
BIBLIOTECA NAZIONALE V.TT. EMANUELE
12
32 1
7

POLITICARVM
Quæstionum centum ac tredecim,

IN ELOQVENTIÆ STVDIOSORVM GRATIAM, STYLVM EXERCERE CVPIENTIVM, SELECTArum, ac in partes tres distinctarum



PARS I.

Cuius materias INDEX *præfixus indicabit.*

AVTORE

MELCHIORE IVNIO WITEBERGENSI: ELOQVENTIÆ Argentinensi in Academia Professore.

F. Angeli à Fide prò Biblioth:



Iuliani Saracini S. m. S. m.



FRANCOFVRTI,
Impensis LAZARI ZETZNERI Bibliopolæ.

M. DC. VI.



PIETATE, ERVDITIONE, VIRTVTE, MORVMque probitate præstantibus DD.

BERNHARDO ET HENRICO WEDEMHOFFIIS *Fratribus, Patricijs Lubecensibus,*

MELCHIOR IVNIVS S. P. D.



AGNVS *semper Eloquētiæ honos habitus: tributum plurimū ijs fuit, eadē qui excellere visi sunt. Verum quænam potissimū ad hanc ipsam parandam necessario requirantur, non inter omnes conuenit. Nihil arti Carneades tribuit: ita hanc nos esse in lucem prognatos contendit: vt & blandiri illis, à quibus aliquid petendum, & rem gestam exponere, & id, quod intendimus, confirmare, &, quod contra di-*

citur, refellere, & ad extremum conqueri ac deprecari poſſimus. Alij artis præceptis, velut Syrenum ſcopulis, ſic affixi adhærefcunt: vt nullo loco numeroque ſtyli exercitationes habeant: de lauta rerum præclararum comparanda ſupellectile minime ſolliciti ſint. Quo nomine apud Platonem male Sophiſtæ audiunt: à Socrate quoque reprehenduntur, quod linguæ ac cordis diſſidium faciant: illam excolant: hoc negligant: verbis concinnam, venuſtam, ornatam, at non rebus & ſententijs bonis inſtructam, eruditam, ſapientem orationem afferant. Neq; id ſane immerito. Quid eſt enim Eloquentia? Copioſe, vt Cicero vult, loquens ſapientia. Quis Oratoris graui nomine dignus? Qui, Craſſo ſi credimus, quæcunque res inciderit, quæ dictione explicanda, non modo compoſite, ornate, memoriter, & cum quadam actionis dignitate, verum etiam prudenter dicere poteſt. Quodnam eiuſdem officium? Vt doceat, vt delectet, vt moueat: quorum nihil præſtabit, ſi aridam, ieiunam, ſterilem, exuccam, exanguem: non eruditam ac ſapientem: non rerum ac ſententiarum floribus conſperſam: non do-

Ctrinæ

ctrinæ notis illuminatam orationem protulerit. Et damnarunt ſemper veteres locutuleios ac loquaces: multum eloquentiæ, parum ſapientiæ habentes: nihil tam eſſe furioſum ſtatuerunt, quam verborum vel optimorum atque ornatiſſimorum ſonitus magnos, nulla aut ſententia, aut ſcientia ſubiecta: inanem loquendi profluentiam, circulatoriam ac ventoſam linguæ volubilitatem oderunt: in illam quoque ſedulo curam incubuerunt, vt omnium eorum, quæ ad hominum mores, ad virtutem, ad vitam, ad Rempubl. ad alia pertinerent, cognitonem cum dicendi ratione coniungerent: ſic operam Rhetoribus dederunt: vt ſapiendi magiſtros, vel loquentes, vel mutos minime negligerent. Teſtis rei huius locupletiſſimus eſt Demoſthenes, qui, vt ex Hermippo Plutarchus refert, Platonis diligens auditor fuit: octies deſcripſit Thucydidem, indeq; plurimum adiumenti ad Eloquentiam accepit. Teſtis Pericles ille, qui propter animorum motus fulminare ac tonare eſt iudicatus: dicendo excelluit, quod Anaxagora Philoſopho præceptore vteretur; non Rhetoribus tantum aures prabe-

 ret.

ret. Quæ cum ita sese habeant, remis, quod aiunt, velisque contendendum est ijs, qui serio Eloquentiæ operam dare, atque inde opis quid & auxilij rebus afferre humanis cupiunt; ne vel naturæ solum bonitate freti, vel verborum suffulti copia ac ornatu: vel præceptorum, quæ in arte traduntur, nuda nixi scientia, forum aliquando premant: longis consiliorum sese committant subsellijs: in legationibus locisque cæteris, dicendi partes aut ipsi sibi sumant, aut impositas ab alijs suscipiant: sed præclararum quoque rerum cognitione sese instruant. Neque etiam in vitæ huius breuitate: in imbecillitate humani ingenij: in eorum, quæ discenda, cum multitudine, tum varietate, difficile hoc, aut τῶν ἀδυνάτων vnum iudicandum est: si modo dicendi ratio bona obseruata, ob oculos illa constituta fuerint, quæ patresfamilias frugi commendata sibi habent. Solent, qui inter Oeconomos numerari laudatos cupiunt, ea, quæ ad alendum familiam sunt necessaria, non in hyeme demum, sed vere & æstate comparare. Idem & Eloquentiæ in studijs tenendum, matureque illa acquirenda,

quæ vsui aliquando publicis in officijs esse poterunt. Solent, qui non inter canalicolas stare olim volunt, ita esse animati, vt non emacitate cum alijs certent: sed, quid vsus requirat, vitæ postulet conditio, flagitet necessitas, considerent. Idem & in Eloquentiæ studijs tenendum: neque tantum operæ singulis in artibus ac scientijs sumendum, quantum illi sibi sumunt, qui vitæ suæ quasi tabernaculum in his collocaturi sunt. Solent, qui ob rei familiaris lacunas macelli ac tonstrinarum fieri fabulæ nolunt, in consilium eos adhibere, qui recte consulere & velle & posse videntur. Idem & Eloquentiæ in studijs tenendum: sunt audiendi, qui docent: sunt muti cõsulendi magistri, libri: sunt communicationes instituendæ assiduæ cum alijs, qui in literis progressus iam aliquos fecerunt. Solent, qui inter triobolares recenseri turpe sibi ducunt, illud cauent, ne, quod dicitur, pedem pinguem manus arida aliquando tangat, ordinem in re familiari seruare: non thori solum locum in interiori domus parte seligere, in calidiori frumentum, frigidiori vinum reponere: verum etiam suas quasi in tribus sin-

gula distinguere: ne quidem vasa anathematica neglegere: sed curare, vt suo quæque loco collocata ac suspensa conspiciantur. Idem & Eloquentiæ in studijs tenendum. Erit futurus Orator non modo in audiendo, in legendo, in meditando, in communicando diligens; laboriosus in colligendo: sed & in asseruando sedulus: in digerendo industrius: locos suos communes habebit: vt, quoties vsus postulauerit, illico res ac materias reperire bonas queat. Vt enim, horrea si desiderentur, absint granaria; inanis aratio, inutilis sementis, infrugifera messis, etiam trituratio vana est: ita nisi custodia accedat ac congestio, omnis in lectione, auditione, meditatione, communicatione labor est superuacaneus: siquidem tam felici præditi ingenio & memoria pauci inueniuntur, vt omnia, quæ legunt vel audiunt, retineant: nec ad manus semper bibliothecæ esse possunt. Atque hæ me causæ impulerunt, vt in Eloquentiæ Studiosorum gratiam, Quæstiones quasdam Politicas, maxime eas & colligerem & seligerem, quæ vsum hodie habent, & de quibus vtplurimum Oratores ac Politici dicere consueue-

ſueuerunt. Ita vero facere hoc conatus ſum, vt authorum ipſorum, qui adducuntur, verba, quantum quidem fieri poſſet, retinerem: vtramq; in partem, tum rationes, tum exempla notarem. Recte nec ne, aliorum iudicium erit. Iſtud affirmare vere queo: nihil hoc in labore propoſitum mihi fuiſſe aliud, quam vt dicendi facultati dedere ſeſe qui cupiunt, ad rerum quoque cognitionem excitarentur: modum qualemcunque viderent, quo in congerendis digerendisque authoribus probatis vti poßint: ſimul etiam materias in promptu haberent: quoties ſtylum in manus ſumere, declamando ſeſe exercere, atque ita præparare vmbratilibus ac ſcholaſticis μελέταις *ad ſerias actiones ſe placeret.*

Primam vero harum Quæſtionum partem veſtro potißimum nomini vt inſcriberem, inque aliorum peruenire manus vellem, ſunt, me quæ mouerunt, plurima. Aliquot ante annos, & quidem bene iam multos, ſumma mihi atque intima amicitia interceßit cum Amplißimo, Clarißimo, Conſultißimoque Viro, D. IACOBO BORDINGO, *I. V. Doctore, vitrico veſtro: cum ambo li-*

bo literis operam Lutetiæ Parisiorum daremus. Iunxit nos tecti mensæque communio: studiorum communicatio copulauit: sociarunt alia, quæ ad beneuolentia quasi conglutinandos homines ponderis momentique plurimum habere solent. Mansit amor ille constans ac firmus: nec, vti fieri alias consueuit, honoribus ipsius mutatus est. Domum idem reuersus: in Iuris Professorum primo ordinem inclyta ab Academia Rostochiensi cooptatus: factus deinde Sereniss. ac potentiss. Daniæ Regis Consiliarius: tum Illustriss. Ducis Megapolitani Cancellarius constitutus: tandem à celeberrimæ Reipubl. Lubecensis Senatu prudentiss. ad Consulatus obeundum vocatus munus, quo summa nũc cum authoritate laudeque fungitur: licet ingrauescente ætate laborum quandam relaxationẽ ac quietem ibidem quæsiuisset: mei tamen, amici veteris, etsi obscuri, neutiquam obliuiscitur: colloquitur mecum per literas, beneuolentiam amoremque in me singularem spirantes: vos vestraq; studia ita mihi diligenter atque sedulo commendat: vt, cum ex aliis, tum hac cura ac solicitudine vere paterno Eundem

erga

erga vos animo affectum esse intelligam. Studiorum poct. gratia ante triennium ad nos ablegati, ita res rationesque vestras cunctas instituistis & adhuc instituitis: vt placeat ingenium: grata vitæ probitas, morum accepta elegantia, constans probata discendi cupiditas sit. Non nihil, non aliud, non male: sed Hoc, cuius causa hic commoramini, agitis. Tempus illud, quod vel otio ignauo, vel conuiuijs, vel ludis, vel rebus alijs interdum consumitur, literis solis tribuitis: in his ipsis ordine bono atque sic versamini: vt Iuris quidem scientiam, tanquam scopum ac finem, semper vobis proponatis: at non interim Historiarum cognitionem, Philosophiam, disserendi dicendique studia atque exercitationes negligatis. Probant hoc, vt alia latere nunc patiar, disputationes de Testamentis conficiendis & infirmandis: hæredibus præterea instituendis, summa hisce diebus cum laude ingenij, doctrinæ, dexteritatis, publice nostra in Academia habitæ. Testantur lectionum auscultationes, non ad ὀφθαλμοδουλείαν aliquam, semel atque iterum, sed serio atque assiduo institutæ.

Euin-

Euincunt Orationes sententijs ingenium & eruditionem præclaram sapientibus, verbis grauibus ornatæ ac perpolitæ. Accedit huc & singularis in doctissimum & ornatissimum Virum D. THOMAM LINDEMANNVM *præceptorem vestrum obseruantia atque obedientia: quæ, vt felicitatis omnis mater est, ita merito huic debetur. Neque enim sic studia hic sua Iuridica tractat, (in quibus ingenij doctrinæq; laudem iam insignem est adeptus) vt vestrorum commodorum obliuiscatur: verum in his ipsis prouehendis curas atque cogitationes suas omnes fixas locatasque habet: sumit (quod tum dicendi, tum iudicandi magister optimus Quintilianus in præceptore bono requirit) parentis erga vos animum: in illorum sese locum succedere existimat, à quibus traditi vos estis. Quibus nominibus & mihi gaudeo, & vobis ac vestris ex animo gratulor, & simul testem hanc meam* προσφώνησιν, *cum obseruantiæ meæ in Amplissimum Clarissimumq; D. Parentem, tum erga vos vestrumq; præceptorem beneuolentiæ atque amoris esse cupio. Quam vt eodem, quo à me instituitur, animo accipiatis,*

etiam

etiam atque etiam rogo : DEVM *quoque Opt. Maxim. precor, deinceps quoque ſtudijs veſtris clementer benedicere : ita profectiones ſuſceptas, actionesque cunctas alias fortunare dignetur : vt domum aliquando ſalui & incolumes reuerſi, magno Parentibus veſtris gaudio, commodo amicis, inclytæ veſtræ patriæ præſidio ornamentoq; eſſe poſſitis. Valete,* ARGENTINÆ *14. Martij, Anno recuperatæ per* CHRISTVM *ſalutis 1601.*



INDEX QVÆSTIONVM POLITICARVM, QVÆ PRIMA in parte continentur.

QVÆ-



QVÆSTIO I.

DE RERVMPVB. GENERIBVS.



QVÆSTIONE de Repub.ordiri placuit: quod iis quantulocunque labore hoc nostro commodare conamur: qui nō sibi, vt aiunt, ac Musis suis canere: verum in luce viuere: hominum habitare oculis: premere forum: consulere aliis cupiunt. Caput vero, quemadmodum Aristoteles *in Rhet.* scribit, & hunc secutus Cicero *in libris de Oratore* affirmat, est: nosse Rempub. cognitos ciuium habere mores. Hoc cum negligitur aut ignoratur: fit, vt tum in consilijs dandis, tum negotijs alijs publicis ἀστοχίαι & διαπτώσεις, aberrationes à scopo & lapsus turpes ac perniciosi plurimi oriantur. Hinc ἀριστοκρατικῶς loquitur Cicero, cum Senatu quando agit: populares δημοκρατικὰς sententias apud Quirites affert: ad Monarchiam prope sese demittit; vbi ad Cæsarem verba facit: neque interim adulationis esse nomine suspectus debet. Etenim, si mercatores non vituperantur, qui secundum fori annonam de mercibus vendendis consilia capiunt: non male nautæ audiunt, quando semel mare ingressi ad ventos sese accommodant: non reprehendūtur Medici, cum ægrotorum consuetudinem, constitutionem corporis, id genus alia obseruant: neque assentationis Orator ac politicus insimulabitur, si Reipub. & eorum, quibuscum agendum, rationem habuerit. Quantopere porro hac ipsa de re sæpe certetur; ostendunt, alia nunc silentio vt inuoluantur,

Vsus quæstionis.

 Oratio-

Orationes Persiæ Electorum, quæ sublato è viuis Cambyse, pro Democratia, Aristocratia, Monarchia sunt habitæ: probant duæ illæ contrariæ apud Dionem *52. libro* vbi Agrippa in eo totus est, Augusto vt persuadeat: imperium Reipub. restituendum, Monarchiam cum Democratia permutandam esse: diuersum Mecœnas statuit.

Genera Rerumpubl. tria.

Sunt autem Rerumpubl. genera tria: Monarchia, vnius principatus: Ἀριστοκρατία, potentia paucorum: Δημοκρατία, multitudinis gubernatio. *Plato in Politico, de Repub. 8. de legibus 3. Aristoteles Ethicorum 8. cap. 10. Polit. 3. cap. 7. Rhet. 1. cap. 8. Plutarchus in libello de vnius dominatione, imperio paucorum, populari statu. Seneca lib. 2. Epist. Epistola 14. Æschines in Timarchum & Ctesiphontem. Isocrates in Nicocle & Panathenaico, Hermogenes de Politiis, Pontanus lib. 4. de Obedientia, Osorius libr. 7. de Regum institutione, Stobæus sermone 45. Bodinus lib. 2. de Repub. Simanca de Repub. lib. 2. cap. 3. Gregorius Tholozanus de Repub. lib. 5. cap. 1. Iulius Barbaranus in sua officina Tit. de principe numero decimo. Sigonius de antiquo Iure Rom. lib. 1. cap. 1. Franciscus Patricius lib. 1. de Regno Tit. 3. & lib. de Repub. 1. Tit. 4. Et Historici: Herodotus lib. 3. Dionysius Halicarnassæus lib. 2. Tacitus libr. 1. Polybius lib. 6. Dion lib 44. & 52. Arrianus lib. 1.* Nec deest ratio ab ipsis dominationum ducta generibus. Quia enim ciuitatis administrandæ ratio est id, quod summam in ciuitatibus autoritatem obtinet: necesse est autem dominatum obtinere & autoritatem, vel vnum, vel paucos, vel multos: Rerumpub. genera tria præcipua oriuntur. *Aristot. 3. Polit. cap. 7.* Deinde horum generum similitudines & exempla quasi à familijs peti possunt; eo quod patrum cum filijs societas præ se regnum ferre videtur; & viri atque vxoris communio Optimatum potestati respondet; fratrum vero coniunctio populari in gubernatione cernitur. *Aristot lib. Ethic. 8. cap. 10. Franciscus Patricius lib. 1. de Regno, Tit. 3.* Confirmant præterea hoc ipsum potentissi-

tentissimarum nationum exempla, quæ principes hasce Rerumpub. formas sibi delegerunt. Sunt Monarchia vsi Iudæi à Saule vsque ad Sedeciam; Assyrij à Nimrodo ad Sardanapalum vsque: Medi ab Arbace vsque ad Astyagem; Persæ à Cyro vsque ad Darium Arsami filium: Macedones à Carano vsque ad Perseum; Romani primum à Romulo vsque ad L. Tarquinium Superbum; post à C. Iulio Cæsare ad hodiernum vsque diem & Rudolphum II. Imp. Galli inde à Pharamundo; Hispani à Pelagio; Dani à Gramo; Suecones ab Humulfo; Vngari ab Attila; Boëmi à Zecho; Poloni à Craco; Britanni à Britone; Scoti à Fergusio. Spartani vero liberam dominationem elegerunt; Athenienses legibus suis contentam administrationem puram populi probarunt. Ex Aristotele quoque, Xenophonte, Thucydide, Plutarcho constat; diu bella inter se grauissima hos gessisse; vt alteri popularem, alteri optimatum statum stabilirent.

QVÆSTIO II.

DE RERVMPVB. DI- *gressionibus.*

ETsi vero mixtiones in his gubernationum atque administrationum reperiantur; tamen formæ nouæ non inde oriuntur; nomen ab eo, quod prædominatur, dependet. *Gregorius Tholozanus libro quinto de Repub. cap. 1.* Nec quæ intentione ac remissione trium harum nascuntur vitia & corruptelæ, genera Rerumpubl. potius, quam παρεκβάσεις, digressiones & aberrationes appellandæ videntur; *Plato in Polit. Hermogenes de Politiis:* Quæ inde oriuntur, quod quo hominum genus ad vitia est magis procliue, à natura propensum ad inferendas iniurias; eò ad iniquitatem facilius dilabitur. *Osorius de Regis institut. lib. 8.*

Tyrannis, & huius nota.

Atque hinc è regno Tyrannis prodijt, propriam duntaxat, non eorum vtilitatem spectans, quibus præest. *Plato in Polit. Aristoteles Polit. 3. cap. 7. & 4. cap. 2. Franciscus Patricius 1. de Regno, Tit. 3.* Nec paulatim aut clam, sed palam & aperta vi abripiens tam sacra quam profana: tam publica, quam priuata. *Plato 1. de Repub.* Libidinem quærens nullis iudicijs subiectam. *Plutarchus de Rerumpub. formis.* plane infinita, nihili faciens modum præscriptum. *Arist. 1. Rhet. cap. 8.* Imperiose, spretis gentium ac naturæ legibus, subditorum bona & libertatem ad diuitias ac libidinem conuertens. *Bodinus libr. 2. de Repub. cap. 1.* Similis parenti; qui sibi ipsi studet: susq; deque filiorum fert commoda: *Arist. 8. Ethic. cap. 10. Patricius lib. 1. de regno Tit. 3.* Et vt sua conseruet, nobiles ac sapientes è medio tollit: Sodalitates prohibet: Academias & Scholas euertit: cauet, ne amice & familiariter inter se ciues viuant: litium semina spargit, alit, fouet: susurrones atque exploratores adhibet: ad egestatem atque inopiam populum redigit: bella nec iusta, nec necessaria suscipit ac gerit: diffidit amicis: vxoribus & famulis indulget: adulatoribus ac hominibus nequam & improbis familiariter vtitur: vt quoque peregrinis potius quam ciuibus aditum ad se atque accessum concedit. *Arist. Polit. 5. cap. 11. & in hunc ibidem Casus.* Talis extitit sub Busyride Ægyptio, qui hospites suos immolare est solitus. *Diodorus Siculus lib. 5.* & Cheope, qui templa claudere iussit; sacrificia prohibuit. *Herodotus libr. 2.* Cambyse Persa, qui deorum simulacris illusit; primores Persarum nulla de causa viuos in caput defodit. *Sabellicus lib. 8. cap. 3.* Alexandro Pheræo, qui & ipse alios viuos defodere, alios, pro ludo, pellibus tectos aprorum & vrsarum, venaticis canibus immissos discerpere & conficere iaculis est solitus. *Plutarchus in Pelopida.* Phalaride Agrigentino, qui æneum taurum, sontibus in eo inclusis, igni admouit, vt recepto æstu mugitus medio cruciatu, non gemitus exaudirentur. *Diodorus Siculus lib. 19.*

Tyranni.

Sabel-

Sabellicus lib.4. Dionysio vtroque Syracusano, crudelitate insigni. *Trogus lib. 21. Valerius Max. lib. 9. cap. 14.* Tarquinio superbo Roman. rege, qui socerum sustulit: subornauit qui qualibet de causa reos facerent: difficiles ad se aditus esse voluit: implacabili vsus est vultu: vt tyrannidem ex professo exercere videretur. *Dionysius lib. 4. Liuius lib. 1. & 2. Orosius libr. 2. cap. 4. Eutropius libr. 1. cap. 10. Plinius de viris illustribus cap. 8. Val. Max. libr. 7. cap. 3. Volaterranus lib. 19. cap. 2.* Tiberio Imp. qui in ore illud crebro habuit: me mortuo terra incendio conflagret: Priamum prædicauit felicem, quod cum patria & regno periisset; plurimos innocentes necari iussit: interdixit ne capite damnatos propinqui lugerent: nemini delatorum fidem abrogauit. *Suetonius in Tiberio, Dion, Cornelius Tacitus Annalium lib. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* Caligula, qui omnia in omnes sibi licere gloriatus est; iactauit illud: Oderint dum metuant: optauit sæpe, vt populus Romanus vnam ceruicem haberet: doluit, sua tempora nullis calamitatibus publicis insigniri: in votis exercituum cædes, famem, pestem, incendia, hiatum aliquem terræ habuit. *Dion, Suetonius in Caligula.* Claudio Cæsare, qui Senatores & Equites Romanos plurimos, non quæstionis, *vt Seneca scribit*, sed animi tantum ac voluptatis causa, & flagellis cecidit & torsit. *Dion, Cornelius Tacitus lib. 11. Annalium. Suetonius.* Nerone, qui carnificinam miserabilem exercuit: optimum ac nobilissimũ quemq; exitio destinauit: vrbem etiam Romanam multis in locis incendit: volentes extinguere ignem, in flammas præcipitari iussit. *Dion, Suetonius.* Domitiano, multis magnisque vitiis polluto, & qui eo quoque dementiæ venit, vt se Dominum ac Deum vocari, scribi, coliq; iusserit. *Dion, Suetonius, Suidas.* L. Antonino Commodo, omnibus incommodo. *Herodianus lib. 1. Ælius Lampridius, Dion.* Antonino Caracallo, cum sæuitum in quoscunque sine misericordia, quaque causa, qui opibus excellerent: securi percussus Papinianus Iurisconsultus,

quod parricidium excusare nollet. *Herodianus lib. 4. Ælius Spartianus, Dion.* Antonino Heliogabalo, non nisi flagitijs claro. *Herodianus libr. 5. Ælius Lampridius.* Opilio Macrino, qui Macellinus pro Macrino fuit appellatus, quod macelli specie domus eius sanguine cruentaretur. *Herod. lib. 5. Iulius Capitolinus, Cuspinianus.* Gallieno abdomini ac voluptatibus dedito, dies ac noctes in vino ac stupris volutato. *Trebellius Pollio.* Maximino, qui alios in crucem sustulit, alios animalibus inclusos interemit, alios feris obiecit, alios fustibus clisit nulla dignitatis ratione habita: omnes generis sui conscios interfecit, ignobilitatis tegendæ gratia; vt & amicos, à quibus pauper adiutus fuerat. *Herodianus libr. 7. Iulius Capitolinus.* In Daniâ sub Iarmerico rege, cuius crudelitas omnem beluinam rabiem superauit. *Saxo Grammaticus libr. 7.* In Suecia sub Ostano, qui Gostagus est pro Ostano dictus, id est, prædiorum raptor lingua Gothica. *Ioannes Magnius lib. 8.* In Vngaria sub Stephano II. qui multos equino fimo infossos enecauit: non paucos adactis per obscœna facibus, aut ardentissima cereorum destillatione iniecta, immaniter cruciauit. *Bonfinius libr. 6. Decad. 3.* In Lituania sub Vitoldo, qui morti destinatos, vrsinis inuolutos pellibus canibus laniandos obiicere est solitus. *Æneas Syluius lib. 2. de gestis Alfonsi, Fulgosus lib. 9. cap. 2.*

Oligarchia & huius nota. Manauit post Optimatum ab imperio Ὀλιγαρχία: in qua ad opum amplificationes, non Rempub. aut virtutem respicitur: pauci, & quidem illi imperium obtinent, quorum res domi amplæ ac lautæ sunt. *Plato in Polit. Aristoteles Polit. 3. cap. 7. & 8. & 5. cap. 6. inque hunc Casus. Patricius lib. 1. de regno Tit. 3.* Fastus & contemptus aliorum viget. *Plutarchus de Rerumpub. formis.* Omne genus immanitatis dominatur: vt sibi quisque caueat. *Patricius libr. 1. de regno Tit. 3.* Discordijs ac dissensionibus cuncta turbantur. *Aristoteles Polit. 5. cap. 6.* Non multum illi familiæ dissimilis, in qua perpetuis sese rixis

mutuo vxores & mariti exercent: liberos negligunt, aut his ipsis crudeliter dominantur. *Patricius de regno Tit. 3.* Qualis Reipub. Atheniensium tum constitutio exstitit: cum de Lysandri sententia, triginta, nomine quidem administratores, re autem verâ Tyranni constituti fuerunt; qui sua pro libidine cuncta egerunt: locupletissimos & optimos è medio sustulerunt: optimates omnes, vel vindictæ, vel auaritiæ saturandæ studio proscripserunt. *Diodorus lib. 14.* Et Romanæ sub Decemuiris, qui pro libitu cuncta administrarunt: suo, non Reipub. commodo officium metiti sunt. *Liuius libr. 3. Fenestella cap. 14. Plinius Secundus de Viris illustribus lib. 2. cap. 21. Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. 2. Bodinus Methodi Hist. cap. 6.* Et apud Heduos, cum inter illorum principes factiones ortæ perniciosæ fuerunt: alij Romanorum, alij Germanorum auxilia euocarunt. *Cæsar libr. 6. Plinius libr. 7.* Et apud Polonos: cum Vaieuodæ duodecim ad rerum gubernacula sederunt: verum sua abusi sunt potentia. *Cromerus lib. 2.*

Profluxit denique à δημοκρατείᾳ populari statu ὀχλοκρατεία, effusa populi potentia, vel potius furentis ac turbulentæ plebis impotentia: in qua egenorum maior, quam publicæ vtilitatis ratio habetur. *Plato in Polit. Aristoteles Polit. 3. cap. 7. & 8. Hermogenes de Polit.* Ordo & Magistratus aboletur: iuris æqualitas immodica licentia quæritur. *Plutarchus de Rerump. formis.* Et ex hac ipsa non vni plus, quam alteri tribuendum esse contenditur: cum nihil interim minus fiat. *Dion lib. 44.* Furibunde omnia peruertuntur. *Osorius lib. 6. de Regis institutione.* Et, vt humilis est seruitus, cum durioribus habenis comprimitur: sic, vbi frænum respuit, admodum insultat: deturbat sessorem: iniuste, crudeliter, sæue agit ac dominatur. *Patricius 1. de Regno Tit. 3.* Atque ita fratribus respondet, qui vel negligentia quadam, vel discordia rei familiaris curam famulis, aut aliis inferioribus committunt. *Idem ibidem.*

Ochlocratia & huius notæ.

Talis Athenis fuisse videtur, cum Pericles statum popularem in Ochlocratiam mutauit: Areopagitarum sublata, aut valde imminuta potestate, ad plebem infimam omnia iudicia, consilia, totiusque Reipub. gubernationem, propositis præmiis ac largitionibus, quasi escam imperij, detulit. *Plutarchus in Cimone*, *Bodinus Methodi Historicæ cap. 6.* Talis & Romæ extitit à seditione Gracchiana vsque ad Syllam & Marium. *Idem ibid. ac legendi Liuius, Appianus, Plutarchus, Diodorus Siculus, Dionysius Halicarnassæus, & alij Romanæ Reip. Historici: ac inter recentiores maxime Carolus Sigonius.* Talis & Thebæorum constitutio: vbi plebs præceps atq; acerba proprio motu omnia egit: at maximas in miserias & calamitates incidit. *Iustinus ex Trogo libr. 11.* Et Corcyrensium, cum seditio sæua exorta, alij Spartanos, Athenienses alij sibi in auxilium aduocarunt: miserabilis ciuium subsecuta cædes est. *Diodorus lib. 13.* Et Argiuorum, vbi à ferocienti plebecula potentes ac locupletes plus duobus millibus ac ducentis interfecti. *Diod. lib. 15.*

QVÆSTIO III.

QVOMODO A DIGRESSIONIBVS Rerumpub. formæ veræ dignoscendæ?

Definitiones singularum formarum Rerumpub. Monarchia

NON ab illis melius hæ dignosci separarique posse videntur, quam definitionibus. Siquidem Monarchia vnius principatus appellatur, qui communi vtilitati consulit. *Aristoteles Polit. 3. cap. 7. & in hunc Casus. Plutarchus de Rerumpub. generibus.* Vnus omnium est Dominus, aut electione aut successione constitutus, qui dominatur, sed κατὰ τάξιν, ordine bono: finem quoque habet, legitime imperare, τὸ δικαίως ἐπιστατεῖν. *Arist. Politicorum 3. cap. 5. & Rhet. 1. cap. 8 Bodinus de Repub. libr. 2, cap. 1.* Obtemperandum quoque esse statuit diuinis imperiis

periis & naturæ: quemadmodum & piis legibus obtemperare cupit. *Bodinus ibid.* Commodum denique illorum, quibus pręest, non suum quærit. *Patricius lib. de Regno Tit 3.*

Aristocratia potestas dicitur paucorum, virtute quidem præditorum, sed plurium vno, hoc est, optimatum: qui sic nominati; vel quia optimi viri Reip. præsunt: vel quia ita præsunt: vt omnia ad illud referant, quod ciuitati & iis vtile est, quibus cum ea communicatur. *Arist. Polit. 3. cap. 7. Bodinus lib. 2. de Rep. cap. 1.* Sic se gerunt: vt sua optimo cuique consilia probent. *Cicero pro P. Sextio.* In qua κατὰ παιδείαν secundum disciplinam agitur, quę legibus subiecta est: finis quoque est παιδεία, disciplina, & τὸ νόμιμον, legibus conueniens; ad gubernacula sedent, qui in ciuitate cum virtute degunt: leges obseruant ac colunt; ciuitatis suæ cognita iura habent. *Arist. 1. Rhet. cap. 8. Patricius de Repub. lib. 1. Tit. 4. Bodinus lib. 2. de Repub. cap. 1.* Hoc habent propositum, quod est præstantissimum, maximeque optabile omnibus sanis, bonis, & beatis CVM DIGNITATE OTIVM. *Cicero pro P. Sextio.* Democratia denique est potestas, cum multitudo ciuitatis administrationem confert ad communem vtilitatem. *Aristot. Polit. 3. cap. 7. in hunc Casus. Patricius de Repub. lib. 1. Tit. 3.* Finis est propositus libertas; quandoquidem nihil aliud popularis multitudo quærit, quam potestatem habere viuendi vt velit. *Aristot. 1. Rhet. cap. 8. Patricius de Repub. li. 1. Tit. 4.* Magistratus sortitione distribuuntur. *Arist. 1. Rhet. cap. 8.* Quod pluribus videtur, id commune esse omnium iudicatur. *Patricius de Repub. lib. 1. Tit. 4.* popularia verè sunt; pax, libertas, otium; populares, quibus in fidem, & quodammodo in patrocinium pax externa, libertas, otium domesticum, deniq; omnia, quæ populo chara atque ampla sunt, committuntur. *Cicero de lege Agraria contra Rullum Trib. pleb. ad populum.*

Aristocratia.

Democratia.

QVÆSTIO IV.

DE RERVMPVB. PRÆSTANTIA; *& quænam ex his cæteris anteponenda ac præferenda?*

Rerumpub. præstantia.

ETsi commemorata Rerumpub. genera difficilem admodum electionem habeant: non quoque careant suis incommodis, sed quemadmodum ferro rubigo, lignis vermiculi ac teredines adnascentes perniciem afferunt: faciunt, vt etiamsi externa omnia nocumenta effugiant, ab ipsis tamen, quæ cognata habent, absumantur: ita Reipub. cuilibet, pro natura illius, peculiaris quædam malitia adnascatur & adhæreat. *Polybius lib. 6.*

PRO MONARCHIA.

1. Ratio ab autoritate.

Tamen plurimi sunt, qui vnius viri principatum ac Monarchiam reliquis Rerumpub. generibus præferunt. *Plato in Polit. Aristoteles Polit. 3. cap. 7. & 5. cap. 10. Xenophon in Pædia Cyri, Plutarchus in libello de vnius & multorum dominatu, Isocrates in Nicocle & Symmachico, Seneca lib. 2. de beneficio, Cicero 3. de legibus, Volaterranus lib. 36. Philologiæ Tit. de Politiis, Pontanus libr. 4. de Obedientia, Beroaldus de optimo statu Reipub. Agrippa de Politiis, Thomas libr. 1. cap. 1. de Principum regimine, Vida libr. 2. de Reip. dignitate, Erasmus in prouerbio: Multitudo Imperatorum Cariam perdidit, Bodinus de Repub. libr. 6. Patricius lib. 1. de Regno Tit. 3. & 13. & de Repub. lib. 1. Tit. 1. Stobæus sermone 45. Simanca de Repub. lib. 3. cap. 2. & 3. Barbaranus in sua officina Tit. de Principe numero decimo. Greg. Tholozanus de Repub. lib. 5. Historici præterea: Herodotus lib. 3. Dionysius Halicarnassæus lib. 1. Iustinus libr. 1. Dion lib. 44. Curtius libr. vltimo, Suetonius in Caligula. Arrianus lib. 2. Æmylius lib. 1. de rebus gestis Francorum, Guicciardinus libr. 2. Tum & Poëtæ hanc maxime commendant*

mendant: Homerus, qui vnum regem requirit, πολυκοιρανίην damnat. *2. Iliad. Eandē laudant: Hesiodus in Theogonia, Euripides in Phœnissis & Archelao.* Sacræ tādem literæ, quæ in Deut. legem regiam iubent: imperandi formam præscribunt: constituunt regem. *1. Regum:* his obtemperare subditos volunt. *Matthæi 22. Rom. 13. ad Titum 3. 1. Petri 2.* Neque sine causa ita sentiunt. Omnium enim antiquissima & prima Reipub. illa forma est: siquidem cum easdem in sedes ac familias homines confluxissent, in iis is, qui ætate antecelluit, naturali quodam iure imperandi authoritatem potestatemq; sibi vendicauit. *Plato 3. de legibus.* Cum deinde homines hac in vita tanquam in exilio sint, & essentia puriori multum inferiores: nec vt olim, libidine mala nulla, aut sine probro ac scelere viuant, diuinior inter homines alios rex est constitutus. *Polyb. lib. 6.* Qui populo præpositus admirationi aliis esset, & facinorosos compesceret. *Herodotus lib. 3. Vida lib. 2. de Reip. dignitate.* Tueretur etiam præstantes viros contra populum. *Aristot. Polit. 5. cap. 10.* Quandoquidem difficile erat plures excellentes viros reperiri, & maxime tunc, cum parui virtutes fierent. *Dion lib. 44.* Omnium quoq; iustissima & æquissima esse Monarchia videretur, quæ principem locum præstantissimo cuique defert, secundum illi, qui à primo proximus est. *Isocrates in Nicocle.* Et est æquissimum, vt vni alicui excellenti viro libenter & sponte ciues obtemperent. *Arist. Polit. 3. cap. 9.* Neque sanæ mentis quisquam reperitur, qui non cupiat eius potius Reipub. ciuis esse, in qua sua virtus non ignoratur, quam nulla re vulgo potior delitescere. *Isocrates in Nicocle.* Sed neque vtilitates & commoda Monarchiæ desunt: quandoquidem, Philosophis vt placet, virtus vnita longe potentior, quam dispersa est; vtilior quoque ad omnes bonas ac rectas actiones. *Patricius libro primo de Regno Tit. 13.* Et cum consociatæ multitudinis sit bonum, vt eius vnitas pacē conseruetur: quanto ad pacem efficacius fuerit,

Ratio 2. ab antiquitate.

Ratio 3. à causis.

Ratio 4. ab æquitate & iustitia.

Ratio 5. ab vtilitate & commodis.

& eius

& eius vnitatem seruandam imperium, tanto vtilius erit: manifestum autem, quod vnitatem magis efficere potest, quod est per se vnum, quam plures. *Thomas libr. 1. de principum regimine cap. 2.* Constat & illud, quod qui iisdem rebus perpetuo præsunt, licet minus ingenijs valeant, longa tamen experientia cæteris antecellunt, &, cum à se omnia perfici oportere sciant, diligenter de singulis negotiis cogitant. Siquidem Monarchæ neminem habent, cui inuideant: occasiones rerum nullas negligunt, sed in tempore omnia peragunt, quia neque Curias neque tempora definita habent: Rempub. vt suam non alienam curant. *Isoc. in Nicocle.* In bello præterea facilius est Monarchis, quam cæteris imperijs, & milites conscribere, & his vel clam, vel palam vti: & aliis persuadere, alios cogere, alios largitionibus adducere, alios alijs officijs demereri. *Idem ibid.* Sed facilius quoque est, vnius viri iudicio ac voluntati satisfacere, quam operam dare, vt multis & variis ingenijs placeas. *Ibid.* Inde porro facile Monarchiæ dignitas ac præstantia deprehendetur, si reliquarum formarum ob oculos constitutæ conditiones fuerint. Habent enim id cæteræ, quod fere is qui imperat, sub imperio ac potestate est: & qui eas gerit, ipse geritur & fertur: vim solidam atque stabilem non habet, qualis in Monarchia est. *Plut. de vnius ac multorum imperio.* Atque ita imperandi authoritas & potestas cancellis exiguis circumscribitur: cum in multos quasi frustatim diuisa ac commutata est. *Plato in Polit. Patricius lib. 1. de regno Tit. 13.* Consilia deinde in aduersarios trahuntur. *Herodot. libr. 3.* Cum plures virtuti incumbunt in publicum, vehementius odia priuatim excitantur & exercentur: vincere in sententia quisque cupit ac princeps esse. Vnde seditiones & cædes, & ad vnius tandem imperium deuenitur. *Herodotus ibid. ac Bodinus lib. 6. de Repub. cap. 4.* Hoc cum spectatur, vt æqualitas sit inter eiusdem Reipub. socios, præclarum dicitur, si nemo plus alio possit: id consequitur, quod iniquum est, vt eadem bonis

Ratio 6. à facili.

Ratio 7. à cōparatione aliarū Reipub. formarum.

bonis & malis tribuantur: inæquales consequantur æqualia: quod improbis prodest. *Isoc. in Nicocle.* Est & illud haud leue incommodum, quod qui non perpetuis Magistratibus funguntur, ante priuatã ad vitam redeunt, quam publicorum negotiorum scientiam aliquam consequantur, erudiantur rerũ vsu: atq; sic idem hic metuatur, quod in morbis, cum sæpe noui medici adhibentur. *Isocr. ibid. Pontanus lib. 4. de Obedientia.* Et, dum alij alios intuentur, multa negliguntur: magna temporis pars negocijs domesticis tribuitur: communium curarum expertes homines sunt, priuata cuique stimulatio. *Isocr. ibid. Tacitus lib. 1.* Virile censetur & forte, quod est præceps: quod modestum aut prouidum, ignauum. *Thucyd. lib. 3.* Quin & inconstantia hic magna, & crebra tãquam tempestatum, sic sententiarum mutatio. *Cic. pro dom.* Tam mutabile hic ingenium & perplexum, vt non facile intelligi possit, quid constanter vulgus velit aut nolit. *Demosth. 1. Olynthiaca, Sallustius in Iugurtha, Tacitus lib. 1. Lipsius Polit. 4. cap. 5.* Vt in mari vnda fluctuat, fortuito agitatur: alius accedit, abit alius: nemini curæ cordique res est publica. *Demosth. de falsa legatione.* Huc accedit, quod multi, tum superioris, tum sui temporis Magistratus, quam pessime vrbi præfuisse cupiunt: vt maximam illi gloriam consequantur: *Isocrat. in Nicocle, Dion.* Licentiam vero habere omnia ex animi sententia agendi aut loquendi, id si in sapiente homine spectetur, felicitatis publicæ causa deprehenditur: si vero in imperio, communis perniciei. Itaque qui eam potestatem homini stulto concedit, hic infanti, aut insano gladium porrigit. *Dion, lib. 52.* Et, si tum recte Respub. geritur, cum neque omnibus consilia de ea agitata vulgantur, neque in aperto agitantur: vel hoc nomine Monarchia reliquis anteponenda, in quibus mala hæc vsu venire solent. *Idem ibid.* Et vt gubernatores cum in re nautica plures dantur, qui simul clauum torquere velint, etiamsi artem gubernatricem tenent, nihilominus seipsos in naui diri- *Ratio 8. à simili.*

genda

genda impediunt, ita quoque in reliquis Rerumpub. formis impedimenta multa & varia injiciuntur. *Bodinus 6. de Repub. cap. 4.* Cum etiam homines ipsi, quibus multitudo est composita, quisq; sibi comparare studeat, quod necessarium duxerit, inque propriam domum inferendum curet: male illa cum Repub. agetur, si in tanta multitudine nemo sit vnus, qui omnium simul curam gerat, & cuius studium, id solum agere & comminisci, quod ad commune ciuitatis bonum late pateat, simulque ad omnes pertineat. *Arist. Polit. 3. cap. 14. & Casus ibid. Pontanus de Obedientia lib. 4. cap. 1.* Quod si vero optime sese habent, quæ Naturæ congruunt, eo quod artifex natura optima & prudentissima, non nisi optima & perfectissima quæque suo in genere efficit; tum quoque ars laudari solet, cum ad Naturam quam proxime accedit: vel hoc quoque nomine Monarchia cæteris præferenda, cum imperium naturale omne ab vno esse constat. Quæ pulchra in mundo habentur, singularia sint: *Thom. lib. 1. de Principum regimine c. 2. Pötanus lib. 4. de obedientia c. 2. Lipsius Polit. 2. c. 2. Casus lib. 3. Polit. c. 7.* Mundi siquidem dispositio ab vno curatore, & rerum vniuersarum domino ac rege DEO gubernatur. *Plato in Polit. Thomas 1. cap. 2. de regimine Principum. Patricius lib. 1. de Regno tit. 13. Casus l. 3. Polit. c. 7.* Vnus sol diei præest: luna itidem est vna noctis oculus: gemini soles si forent, metuendum esset, ne conflagrarent & perirent omnia. *Eustatius in Homerum, Beroaldus de optimo statu Reipub. Stobæus Sermone 47. Patricius libr. 4. de Regno Tit. 13. Lipsius Polit. 2. cap. 2. Casus 3. Polit. cap. 7.* Vnum regnum natura in arce, mentem scilicet rex regum collocauit: in membris cor mouet omnia. *Pontanus 4. de Obed. cap. 2. Casus 3. Polit. cap. 7.* In cæteris animantibus hæc quoque imago vnius imperij deprehenditur: inter quadrupedes leo dominatur: inter aues principatum aquila tenet: gruum volatus longiores non sunt sine duce: habent cerui vnum quem sequuntur: sunt sub rege apiculæ, quo inco-

Ratio 9. à conditione naturæ & rerum naturalium.

incolumi mens omnibus vna est. *Arist. Polit. 3. cap. 7. & ibid. Casus. Basilius in Hexamero, Pontanus lib. 4. de Obedientia cap. 2. Patricius de regno lib. 1. Tit. 13. Lipsius 2. Polit. cap. 2.* Neque hac in re illud negligendum, quod pleræque nationes & gentes dominos iustos habere volunt, & habent: vnum imperij corpus vnius regendum esse animo censent: gentes omnes regibus quondam paruerunt. *Cicero 3. de legibus, Tacitus libr. 1. Annalium, Sallustius in Coniurat. Catil. Isocrates in Nicocle, Bodinus de Repub. cap. 5. Lips. Polit. 2. cap. 2.* Et stant diu Romani Imperatores inde à Iulio Cæsare. *Plut. Dion, Tacitus, Suetonius, Appianus, Ælius Spartianus, Iulius Capitolinus, Volcacius, Herodianus, Ælius Lampridius, Pomponius Lætus, Sozymus, Aurelius Victor, Trebellius Pollio, Flauius Vopiscus, Paulus Diaconus, Cedrenus, Suida.* Et Galli inde à Varamundo reges habẽt; *Æmilius, Arnoldus, Ferronus, Freigius paralipom. Tilius in Chronicis Francicis*: Hispani ab Athanarico, *Rodericus, Sancius, & Rodericus Toletanus, Tarapta de reb. Hispanicis*; Angli à Brittone: *Polydorus Virgilius & Boëtius*: Poloni à Lecho, *Cromerus & Guagninus, Arnoldus itidem Milius.* Dani à Dano, *Saxo Grammaticus, Crantzius, Iohan. Magnus.* Vngari ab Attila: *Bomphinius, Soiterus, & Boscai in Pannonia Chronologia.* Boëmi à Zecho; *Æneas Sylvius, Cromerus & Dubrauius.* Sueci à Magoga: *Iohan. Magnus & Crantzius.* Scoti à Phregusio; *Boëtius & Buchananus.* Etiã Græcorũ vrbes, antequam cæca imperãdi laborarunt cupiditate, sub regio imperio tranquille vixerunt & beate. Est testis Atheniensium Respub. quæ à Cecrope vsq; ad Codrum suos reges habuit: *Pausanias, Mercator, Sigonius de Rep. Athenien si.* Et Lacedæmoniorum, quæ vsa est regibus à Lelege vsque ad Cleomenem: *Xenophon, Pausanias, Heraclides Ponticus de Politiis.* Et Sicyoniorum, quæ sub regio fuit dominatu, ab Agialao vsque ad Ceusippum: *Pausanias, Funccius in Chronologia, Mercator.* Et Thebanorum, quæ tranquille est vsa regibus ab Ogyge vsque ad Xan-

Ratio 10. ab exemplis.

ad Xanthum; *Pausanias:* Vt & Corinthiorum, ab Ephyro vsque ad Thelesten; *Pausanias.* Sicut & Roma suos reges habuit à Romulo vsque ad Tarquinium Superbum; *Dionysius Halicarnassæus, Polybius, Liuius, Florus.* Sed & illi, qui alias habuerunt Reipub. formas in rebus grauissimis & maximis partim vnum imperatorem, partim regem cum imperio exercitibus præficere voluerunt. *Isocrates in Nicocle.* Habuerunt ita Lacedæmonij præter Ephoros suos regem; Athenienses Sophum: Carthaginenses vnum iudicem: Romani vnum Dictatorem: Veneti, Senatores multos, sed vnum ducem. In cæteris denique ciuitatibus, quæ à pluribus reguntur, vnus fere semper est è plebe, nobilitate princeps, ad quem omnia referuntur, & cuius consilio pleraque aguntur. *Pontanus lib. 4. de Obedientia cap. 2. Patricius lib. 1. de regno Tit. 13. Casus lib. 3. Polit. cap. 7.*

PRO ARISTOCRATIA.

1. Ratio ab Etymologia & nomine. Sed non minus rationes sunt in promtu, quæ Aristocratiam commendant. Quid ni enim illa placeret Optimatum potestas, quæ (vti tertia in Quæstione ostēsum) inde dicta Ἀριστοκρατία, quod vel in ea optimi viri gubernacula teneant: vel ita præsint, vt ad communem vtilitatem omnia referant: sint reuera ἄριστοι, viri optimi. *Aristot. Politic 3. cap. 7. Herodotus lib. 3. in Megapysi oratione.* Et in qua deliguntur, qui neque nocentes sunt, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. *Cicero pro Sextio, Bodinus libr. 2. de Repub. cap. 1. & lib. 6. cap. 4.*

Ratio 2. à fine. Qui hoc deinde vnum intuentur, ad id cursum suum dirigunt, quod est præstantissimum, maximeque optabile omnibus sanis & bonis cum dignitate otium. *Cicero pro Sextio.* Virtuti maxime studeat, honores & præmia concedunt: hac ipsa omnia alia æstimāt. *Aristot. 8. Eth. cap. 13. Patricius de regno lib. 1. Tit. 3.* κατὰ παιδείαν morum disciplinam agunt: leges obseruant & colunt. *Arist. lib. 1. Rhet. cap. 8.*

Ratio 3. à Et si Mediocritas omnibus in

bus in rebus laudanda; sunt extrema declinanda vitia; vnius æque, atque omnium, imperia, quasi extrema quędam, repudianda sunt; in Ἀριστοκρατίᾳ, velut in medio, acquiescendum. *Bodinus de Repub. libr. 6. cap. 4.* Præsertim cum necessitas ad Optimatum nos impellere statum videatur; quo modo & in vnius & omnium dominatione semper Senatui ac sapientibus imperij summa rerum committitur; aut omnia deorsum sublapsa ruere necesse est. *Bodin. ibid.* Vix quoque fieri potest, vt in vno tot ac tã multæ virtutes reperiantur, quot & quantæ optimo principi necessariæ sunt. *Plato in Polit.* Longe præterea tutius videtur, cum Optimatibus, quam plebe agere: quod raro turpiter aut indecore agunt, qui maiorum suorum laudes secum periclitari cernunt: qui vero per se ignotus est, maiores suos longe obscuriores habet: paruam admodum iacturam facere sibi videtur, si aliquando delinquat. *Patricius de Repub. lib. 1. Tit. 4.* Et plures facilius, quam vnus aliquis munia Reipub. exequuntur consociatis laboribus. *Aristot. Polit. 3. cap. 7. Cornelius Tacitus lib. 1. Annalium.* Res præterea graues alio modo, alia autoritate, alia grauitate gubernantur, quam apud populum rerum plane rudem & imperitum. *Guicciardin. lib. 2.* Ac, licet non grati semper apud peruersos ciues sint Optimates, dum eos corrigere vehementius conantur: tamen ita sunt molesti, vt medicorum & chirurgorum vincula corpori: quibus artus luxatos suam in sedem restituere student. *Plutarch. in comparatione Cimonis & Luculli.* Hinc cum viua pulchritudine, & vera Aristocratia, depicta Democratia confertur. *Aristot. Polit. 3. cap. 7.* Quæ quidem sæpe grata propter lenissimũ & humanissimum nomen est: re autem vera alia deprehenditur à prudentibus; dum non raro in petulantia Democratia; legum neglectu libertas; confidentia, æqualitas; licẽtia, felicitas posita existimatur. *Isocr. in Areopag. Xenophon de Atheniensium Repub. Bodin. lib. 6. c. 4.* Sunt hic non

mediocritate.

Ratio 4. à necessitate.

Ratio 5. ab vtilitate.

Ratio 6. à facili.

Ratio 7. à grauitate & authoritate.

Ratio 8. à cõparatione Democratia.

pauca alieno arbitrio facienda: tenedum id, quod multitudini placet. *Thucyd. libr. 6.* quæ aut seruit humiliter, aut superbe dominatur. *Liuius Decad. 3. libr. 4.* Neque Monarchia etiam suis incommodis caret. Licet hic pro libidine & impune omnia agere: potestas mera vnius optimum quoque virum extra consuetos sensus abiicit, nascitur ex præsentib. bonis insolentia: inuidetur optimis quibusq;, probantur deteriores: vtile iudicatur criminationes admittere. *Herodot. lib. 3.* In bonos præterea reges ac principes crebro excitantur odia: quia homines existimant, aliorum felicitatem suum damnum; infortunium emolumentum esse: nec tales tuto ac tranquille viuunt, dum molestijs, difficultatibus, curis, tam publicis, quam priuatis premuntur. *Xenophon in Hierone. Dion lib. 52.* Atq; hac de causa plurimi Ἀριστοκρατίαν cæteris Rerumpub. formis prætulerunt & adhuc præferunt. Liberæ Imperij ciuitates pleræque Optimatum statu gaudent: Hebræi Iudices seu Optimates primo delegerunt. *Iosephus libr. 1. Antiquitatum, Sigonius de Hebræorum Repub.* Lacedæmoniorum olim status conflatus fuit è Monarchia, Aristocratia, & Democratia. Habuit enim regem, qui Monarchiam: Senatum, qui Aristocratiam: Ephoros, qui Democratiam repræsentarunt. *Sabellicus libr. Enneadis 5. Sigonius de Spartana Repub.* Romani, Tarquinio Superbo pulso, Aristocratiam habuerunt: pro rege constitutis primo duobus Consulibus, post Decemuiris. *Liuius lib. 2. Dionysius lib. 4. Fenestella. Polydorus Virgilius de rerum inuentoribus libr. 3. cap. 3. Sigonius de veteri iure Romanorum. Bodinus Methodi Historicæ cap. 6.* Habuerunt & Massilienses hanc Reip. formam, & τιμούχους suos honore præditos: ex quibus quindecim extiterunt principes: ex his rursus tres præsides, qui potestate sunt magna vsi: in hunc tamen ordinem non cooptati, nisi liberos haberent, & de ciuium creati sanguine tertiam per generationem essent. *Strabo, libro quarto.* Sic curam

Ratio 9. à collatione Monarchia.

Ratio 10. ab exemplis.

Rhodij

Rhodij plebis gesserunt, non tamen à plebe gubernati sunt: pauperes habuerunt ab Optimatibus victum: nec necessarijs ministerijs fraudata ciuitas est. *Strabo, libro decimoquarto.* Quin & in Gallia, cum reges impotenter dominarentur, optimates imperium susceperunt: sacra, leges, iudiciorum potestatem tenuerunt: nobiles rem curarunt militarem: plebs occupata fuit in agris & opificijs. *Cæsar libr. 6. Bodinus Method. Histor. cap. 6.* Saxones itidem eo tempore, quo Carolus Magnus eos inuasit, duodecim Proceres sibi præfecerunt. *Crantzius libro primo μετροπόλεως.* Omnium vero pulcherrimum exemplum ἀριστοκρατίας Venetorum Respub. suppeditat: de qua legendi sunt autores: *Egnatius libro sexto, capite primo. Contarenus, Iouius, Bembus, Paulus Manutius, Ianotus, Bodinus de Repub. lib. 6. cap. 4.*

PRO DEMOCRATIA.

Sed neque Democratia suis priuanda laudibus est. Cum enim multitudo dominatur, nomen omnium pulcherrimum & speciosissimum ἰσονομίας, æqualitatis iuris, obtinet. *Herodotus libro tertiò in oratione Othanis, Dion libro quinquagesimo secundo in oratione Agrippæ.* Neque Respub. vlla, præterquam populari in statu, consistere videtur: in qua scilicet populus publica (vrbem, theatra, ærarium, leges, honores) in commune quærit: ijsdem perfruendis summa voluptate afficitur. *Bodinus libro sexto de Repub. cap. 4.* Et cum homines ex Dijs sint orti, ad eosdem quoque redituri: sursum respiciunt, nec sub vnius imperio esse volunt: neque ferunt, se laborum, periculorum, impendiorum, participes: rerum meliorum communicatione priuari. *Dion lib. 52.* Et vt natura alterum altero, neque opibus, neque honoribus superiorem fecit: ita popularis status hunc sibi propositum finem habet, vt omnia omnibus æqua sint. *Bodinus libro 6. de Repub. cap. 4.* Et est pro-

Ratio 1. à nomine.

Ratio 2. à necessitate.

Ratio 3. à causa & origine naturali.

Ratio 4. ab

æquitate & iustitia. fecto hoc æquissimum, vt qui eandem naturam acceperunt, ex eadem gente sunt orti, iisdem educati moribus, iisdem legib. instituti, eundem corporum & animorum patriæ vsum exhibent: omnium quoq; cæterorum cõmunitatem habeant. *Dion libr. 52. Isocr. in Areopag. & contra Lochetem. Pausanias in Messenicis. Guicciardin. lib. 2.* Et quidem sic ab initio, exemplo auium, homines politiam cœperunt: vt communis esset labor, cõmunis dignitas; per vices singuli partiri curas discerent: nemo esset honoris expers: null⁹ immunis labore. *Ambrosius in Hexamero.* Habet præterea finem libertatem, qua nihil melius aut præstantius vel conceptis expeti votis potest. *Arist. 1. Rhet. cap. 8. Patricius de Repub. libr. 1. Tit. 4.* Et, vt æquissima est Democratia: ita contra iniquum videtur paucorum imperio multos regi: & eos, qui re quidem tenuiore, cæteris vero nihilo deteriores sunt, magistratibus ac honorib. excludi: cumq; patria sit cõmunis, alios regnum obtinere, alios inquilinorum loco esse, & natura ciues lege Reip. functionibus priuari. *Isocrates in Panegyr.* Nec prætereunda commoda sunt Democratiæ insignia, & propter quæ claris ac magnis ciuitatibus Democratiæ vtiles iudicantur. *Isocrates in Areopag.* Sunt siquidem ibi communia & bona & mala: nihil aduersi alteri, prospera cuncta quisque optat: aliorum misericordia calamitates prosequitur. *Dion lib. 52.* Atque ita auaritia tollitur, seruatur amicitia. *Bodin. lib. 6. de Repub. cap. 4.* Sunt hic clementiora & humaniora omnia, quam in paucorum & vnius dominatu. *Demosth. in Androcionem.* Nihil agitur insolenter, quia sorte Magistratus eliguntur, & quidem administrationis suæ rationem reddere coguntur. *Herodot. lib. 3.* Nemo alium seruitio premere audet, cuius successionem metuere cogitur. *Ambros. in Hexamero.* Etiam libertas in loquendo veritate nixa minime hic cohiberi potest: quæ cum metuitur, verecundia oritur; homines ad honeste viuendum, res capessendas præclaras exci-

Ratio 5. ab antiquitate & vetustate:

Ratio 6. à fine.

Ratio 7. à cõtrario & iniquitate aliarũ formarum.

Ratio 8. à commoditate & vtilitate:

excitantur. *Demosth. in funebri orat.* Collectim præterea vniuersi, quam viritim singuli, magis prosunt, prudentius ac subtilius consulunt multi, quam pauci: non secus atq; cœna illa lautior est atque copiosior, quę multorum sumptibus, quã quæ vnius apparatur: & collectæ in corpore vires plus prosunt, quam separatæ: & multi melius de Musica, quam pauci: & carmine vniuersi, quã singuli iudicant. *Arist. Polit. 3. c. 7. & in hunc Casus.* Idq; vel natura, vel experientia, vel iudicio simplici & corrupto. *Patricius libr. 1. de Repub. Tit 4.* Nec quicquam optabilius aut iucundius est, quam, sublato Tyrannidis metu, libertatem à natura cuiq; datam recuperare. *Bodinus de Repub. lib. 6. c. 4.* Quæ ita est iucunda, vt etiam bestiæ delectationis causa conclusæ, licet copiosius alantur, quam si essent liberæ, non tamen facile contineri sese patiantur. *Cic. lib. 5. de finibus.* Neque vlla de causa alia popularis gubernationis orta *αὐτονομία* videtur, quam aliorum tyrannide: quam cum ferre non possent homines, se in libertatem vindicarunt. *Plato, lib 3. de legibus.* Accedunt huc incommoda, quæ maxime in Aristocratia sese offerunt. Cum enim multi ab honoribus arcentur, iniuriæ autem impatiens natura humana est: virtutis comes inuidia nascitur. *Arist. Polit. 3. cap. 7.* Et dum inter paucos virtuti studetur, priuata odia excitantur: vnde factiones & seditiones. *Herodot. lib. 3.* Vbi vero pauci isti autoritate immoderata Remp. gerunt: Tyrannorum Respub. est metuenda, qui eo vno tyranno erunt perniciosiores, quo pernicies omnis capitalior ac nocentior multiplicata, quam sola, est: vel propter opinionum saltem diuersitatem, ambitionem, varias cupiditates; vbi diuturna concordia sperari non potest. *Guicciardinus lib. 2.* Exemplo est Sicyoniorum Respub. quæ relicta Democratia, Tyrannos est multos ferre coacta. *Plutarchus in Arato*: & Romana, cum Decemuiros habuit, qui decem Tarquinij sunt, ob superbiam, dicti. *Liuius, lib. 3. Decad. 1. Dionysius, lib. 10. & 11.*

Ratio 9. à iucũditate.

Ratio 10. à collatione incõmodorum, quæ in paucorum dominatu.



Orosius, lib. 2. cap. 13. Eutropius, lib. 1. cap. 12. Florus, libr. 3. cap. 24. Volaterranus, lib. 2. cap. 2. & Athenienſis, cum triginta à Lyſandro nomine ἁρμοσταὶ conſtituti & cuſtodes, re vero Tyranni crudeliſſimi fuerunt. *Diodorus Siculus lib. 14 Sigonius de Repub. Athenienſi*; & Polonia, cum, mortuo Lecho, primo duodecim Palatinis gubernacula credidit: poſt eligere Cracum coacta eſt. *Cromerus lib. 2. Polon. Hiſtor.* & Gallia, quæ Hilderico IV. expulſo, ſuo è numero Ægidium elegit, ius qui diceret; ſed aliis aſſumptis: vnde ſuſpiciones & criminationes ſunt variæ exortæ. *Paulus Æmylius Veronenſis in hiſtoriis Gallicis.* Atque hæc non paucos mouerunt, vt Democratiam reliquis Rerumpub. formis anteponerent. Sunt, præter alias non paucas Germaniæ ciuitates, Reſpub. Heluetica, montanæ maxime, quæ populares ac viritim ſuffragia ferunt. *Simlerus.* Athenienſis vrbs, omnium prudentiſſima iudicata, popularis extitit: ac diu expers tyrannidis, inuiolata à barbaris, libera à ſeditionibus fuit. *Iſocrates in Areopag. & Paneg. Herodotus libro quinto, Xenophon de Repub. Athenienſi, Suidas, Pauſanias in Meſſenicis, Plutarchus in Solone, Pericle & Ariſtide, Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 17. Sigonius de Repub. Athenienſi, Bodinus de Repub. libro ſecundo cap. 6.* Neque Romana Reſp. ab hac abhorruit, cum Tribunos plebis delegit, *de quibus Liuius libr. 2. Decad. 1. Dionyſius libro ſexto. Feneſtella cap. 10. Blondus lib. 5. Lætus cap. 28. Alexander ab Alex. libr. 5. cap. 2. Plinius Secundus de viris illuſtribus, cap. 18. Sigonius de vetere iure Romanorum.*

Ratio II. ab exemplis.

QVÆSTIO V.

DE RERVMPVB. MVTATIONE ac interitu.

Vſus Quaſtionis.

QVemadmodum Rerumpub. genera ſingula ſuam laudem, commoda haud leuia exiguaque habent: ita,

ita, quibus illa aut mutentur aut euertantur aut conseruentur, considerandum, & considerandum diligenter erit. Regni priuationem Saulo Samuel prædixit, *1. Reg. 15.* Macedonum potentiam ac gloriam bellicam, vno sub Philippo partam, altero pessum ituram Sibylla vaticinata est. *Pausan. in Achaicis.* Ante Domitiani interitum ita prodigia ac portenta multa præcesserunt: vt ipse affirmaret, futurum aliquid, de quo homines per totum terrarum orbem loquerentur: paucos ante menses quam occideretur, cornix elocuta in Capitolio est: ἔσται πάντα καλῶς· bene cedent omnia. Nec defuit, qui ostentum sic interpretaretur: *Prædictiones mutationum ac interituum imperij & regnorum.*

Nuper, Carpeio quæ sedit culmine, cornix
Est bene, *non potuit dicere; dixit*, Erit.

Suetonius. Dioni apes breue imperium ostenderunt. *Plut. in Dione.* Tarquinio Superbo vultures, aquilarum fœtus implumes dilaniantes, regni amissionem portenderunt. *Alexan. ab Alex. libro 5. cap. 12.* Vitellio gallicaneus, supra caput & humeros residens, futuras calamitates præmonstrauit. *Suetonius.* Lacedæmonijs amittendi imperij signum Devs ante face ardenti ac trabe dedit. *Diodor. Siculus libr. 1.* Crœsi captiuitatem & regni priuationem colubri indicarunt. *Herodotus libr. 1. Plinius lib. 11. cap. 51.* Antequam Alexander Magnus in Persas expeditionem instituit, Darium ferunt Persicam acinacis vaginam mutari iussisse eam in formam, qua Græci eo tempore vtebantur. Vnde Chaldæi vaticinati sunt, ad illos Persarum imperium transiturum, quorum rex esset vaginam imitatus. *Q. Curtius, libr. 3.* Andronico Iuniore Imp. omnes simul, & adolescentes & senes, pileis vsi sunt: non minus in palatio, quam agris, ijsque multiformibus & peregrinis: cum apud superiores Imperatores ætate tantum prouectiores aulici Proceres pileis turbinatis vterentur: adolescentes omnes nudis prorsus capitibus essent. Eodem etiam more in vestibus vsi sunt: vt prudentiores nouitatem aliquam

& destructionem imperij inde diuinarent. *Gregoras l. 2.*

Sed non semper mutationes ac interitus eiusmodi ante denunciantur, indicantur augurijs, portentis, prodigijs: itaque, vnde oriantur, inquirendum erit. Et quidem Democratiam (quæ omnium maxime mutationibus est obnoxia, *vti affirmant Plato in Polit. Aristot. 5. Polit. cap. 5. Polybius libro sexto. Patricius libro primo de regno, Tit. 3.*) inde mutari constat: quod primo in hac multum potest ductorum populi, & adulatorum ἀσέλγεια, petulantia; qui diuites calumnijs onerant: excitant popellum contra potentes ac nobiles. *Arist. 6. Polit. & in hunc Casus. Demosthenes 4. Philip. & contra Androcionem, Theocrinem, Aristogitonem. Cicero 2. Agraria. Plutarchus de Curiositate. Isocrates de Permutatione.* Vnde Pisistratus Atheniensem Rempub. euertit & tyrannidem inuasit: cum inopum causam aduersus diuites tuendam sese suscipere fingeret. *Plutarchus in Solone. Polyanus, lib. 1.* Menestheus, qui Atheniensi plebi, obiecto libertatis somnio, adulatus est: post pulso Theseo, ipse regnum obtinuit. *Plutarchus in Theseo.* Alcibiades, qui blanditijs suis ad res multas nouas fenestram aperuit, Rempub. turbauit. *Idem in Nicia.* Ephialtes, qui ibidem Senatus Areopagi fregit potētiam, ciuibusque affatim meram libertatem propinauit: qua, instar luxuriantis equi, postea desiit populus audire principes: insultare in insulas cœpit. *Idem in Pericle.* Et apud Romanos Gracchi, Saturnini, Rulli, & alij Tribuni plebis, à populo cum plausu excepti & approbati. De quorum origine ac authoritate legendi; *Fenestella, c. 10. Lætus, c. 18. Blondus, lib. 5. Plutarchus in vita Gracchorum, Alexander ab Alex. lib. 5.*

Causa mutationum in Democratia.

Deinde nimia sæpe potestas ductorum vni & alteri conceditur: vbi ambitio tyrannidem excitat: similes tales canibus euadunt: qui ad gregis custodiam aluntur: interim, aut famis intemperantia, aut praua consuetudine in gregem sæuiunt. *Plato de regno, Arist. 5. Polit. c.*

lit. c. 5. Cicero 2. Agraria. Hinc Clearchus Ponticus ab Heracleotis nimium euectus, crudelissimus simul ac superbissimus factus, adorari sese postulauit: vestes dijs familiares induit: ciuium plurimorum necis atque interitus author extitit. *Polyænus lib. 2.*

Accedit huc plebis primo inconstantia & leuitas, quæ mutationibus crebris delectatur: secum post pugnat in electionibus & alijs: tum imperitia magna laborat: postremo quasi naturale odium aduersus nobiles habet. *Arist. 5. Polit. & in hunc Casus.* Quæ omnia Atheniensis Res est publica tum experta, cum per quadringentos primum, deinde triginta tyrannos, post Cassandrum labefactata: rursus per Theramonem, Thrasybulum, & Demetrium restituta est. *Sigonius de Repub. Atheniensi lib 1. cap. 5.*

Causa mutationum & interituum in Aristocratia.

Aristocratiæ deinde cõuertuntur & pereunt ob causas partim communes, partim proprias. Communes sunt: Magistratuum paucitas inuidiosa; ignominia & contumelia in alios: denegati honores sperati: collatio inopiæ cum aliorum diuitijs: tandem ambitio. Propriæ virtutis contemptus: legum vetustarum abrogatio: opes nimiæ, quæ partim ignauos, partim audaces homines reddunt: leuium delictorum neglectio: vicinatum denique ciuitatum dissimilis aut plane contraria ratio gubernandi. *Aristot. Polit. 5. cap. 7. & in hunc Casus.* Hinc Romæ ex Patriciorum dignitate ac potentia patriciorum magni motus excitati; *vt notant Liuius, Plutarchus, Appianus, Florus, alij rerum Romanarum scriptores.* Hinc ibidem Miloni Clodius, patriæ Catilina insidias struxit. *Plutarchus in Cicerone & Cæsare. Salustius in coniuratione.* Ingentes in calamitates populum Romanum Coriolanus coniecit, repulsam ab hoc in Consulatus petitione passus. *Liuius, libr. 2. Dionysius, lib. 7. & 8. Plutarchus in Coriolano, Florus, lib. 1. Fulgosus, lib. 7. Sabellicus, lib. 9. Plinius, de Viris illustribus, c. 18.* Hinc eadem in Repub. propter Appij Claudij

contumeliam ac libidines Decemuiratus sublatus. *Liuius lib.3. Dionysius, lib.10. & 11. Orosius, lib.2. Eutropius, lib.1. Florus, lib.1 Sabellicus, lib.4. Plinius, de Viris illustribus, cap.21.* Hinc Athenis, optimis quibusque ac locupletissimis interfectis, triginta viri de Lysandri sententia delecti, magistratu abire iussi, vrbe eiecti sunt. *Diodorus, lib.14. Xenophon, libro secundo, de Rebus gestis Græcorum.* Hinc in Polonia, ob licentiam paucorum Magistrorum & Voieuodarum, ad vnius deuentum rursus dominatum est. *Cromerus, lib.2.* Hinc Florentini, cum viderent, à nobilibus populares ac plebeios opprimi, vnius euersa tyrannide, plures Rempub. inuasisse: his aut cæsis, aut fractis, aut in exilium eiectis, popularem plane statum constituerunt: tandem in vnius potestatem deuenerunt. *Bodinus, Methodi Historicæ cap.6.* Hinc Spartana in Repub motus magni excitati, euertente omnia Agesilao Ephoro sua auaritia. *Plutarchus in Agide.* Et Milesiorum atque Argiuorum in vrbe seditiones ortæ grauissimæ. *Athenæus, libr.12 Diodorus, lib.15.* Hinc ambitiosa certamina Respub. quassarunt: Athiensem, Clisthenes & Isagoras. *Herodotus, libro quinto.* Themistocles & Aristides. *Plutarchus in Themistocle,* Pericles & Cimon. *Idem in Pericle.* Nicias & Cleon. *Idem in Nicia.* Romanam, Sylla & Marius. *Plutarchus in vtriusque vita. Plinius, de Viris illustribus, cap.67. & 75. Appianus, lib.1 Florus, lib.3. Orosius, libr.5. Eutropius, lib 5.* Cæsar itidem & Pompeius. *Plutarchus in Cæsare & Pompeio. Appianus, lib.1. Florus, libr.3. Orosius, lib.6. Eutropius, lib.6.*

Monarchiæ mutationes & interitus vnde?

Monarchiæ denique sua decrementa sunt certas ob causas orta. Et quidem videntur fatales esse regnorum periodi ac conuersiones, quas Plato numeris assignat: tum esse metuendam mutationem statuit, cum in sesquitertia generatione iunctus quinarius duas harmonias efficit: *Politic.8.* Refutatur vero ab Aristotele, *lib. Polit.5. cap.12. & Caso ibid. & Bodino, Methodi Hist. cap.*

cap.6. his rationibus: quod numeri, res Mathematicæ in rerum existentium agere interitum nequeant: quod à mente ac voluntate humana Respub & ordines ciuitatum dependeant: quod, ita qui sentiunt, diuinæ prouidentiæ plurimum detrahant: diuinis oraculis fidem detrahant: quod ne quidem vitæ humanæ periodus definiri certa queat.

Et sunt causæ aliæ, quæ ab Aristotele *eodem in lib. cap.10.* recensentur: iniusticia, metus, cōtemptus, auaritia, ambitio. Vnde Romæ Tarquinij regno exciderunt: Reip. mutata forma est: quia pater socerū suum Seruiū Tullium insepultum abiecit: iudicia, non ad iura aut leges, sed mores suos retulit. *Liuius, lib. 1. & 2. Dionys. lib.4. Orosius. lib.2. c.4. Eutropius, lib.1. Volaterranus, lib. 19. Sabellicus, lib.6. Fulgosus, libr. 1.* Filius vim Lucretiæ intulit. *Idem ibid. & Plinius, de Viris illustribus, c.8. & 9.* Pœnæ metu ab Artabano interemptus Xerxes, Persarum rex potentissimus, fuit. *Diodorus lib.11.* Sardanapalus, fœminam habitu mentitus, ignauus, luxui ac libidinibus deditus, degens cum scortis, spretus à suis, pyra in regia extructa, incendio se dedit; ex Assyrijs regibus vltimus Monarchiam tenuisse dicitur. *Diodorus libro secundo.* Darij, postremi Persarum regis, superbia quanta extiterit, vel inde colligi potest, quod gemino prœlio victus ab Alexandro Magno, amissis etiam liberis, vxore & matre, quæ hostis in potestatem venerant, superbe ad Alexandrum scripsit: ne regis quidem nomine dignatus est. *Plutarchus in Alexandro, Sabellicus libro quarto.* Animi elatio ac dominandi cupiditas in Perseo, in causa fuit, vt à Persis ad Romanos Monarchia transferretur: qua ille motus Demetrium fratrem veneno per Didam sustulit: patri quoque Philippo insidias struere cœpit: Romanos contra se excitauit. *Plutarchus in Æmylio. Liuius, libr. 4. & 5. Appianus in Mithridatico. Florus libro secundo. Orosius libro quarto. Eutropius, libro primo. Sabellicus, libro octauo. Plinius, de Vi-*

de Viris illustribus, cap.58. Nec imperio Romano, nec ipsi Imperatori auaritia Mauritij profuit: quia pro singulis militibus à Chaiano in prœlio captis, lytri loco, vnum numerare nummū recusauit. *Diaconus in Mauritio.* Nec Iustini II. cui tanta cupiditatis rabies extitit, vt arcas iuberet ferreas fieri, in quibus, quæcunque rapiebat, auri talenta congregaret. *Paulus Diaconus in Iustino II.* Et sunt hæ causæ corrumpentes singularum formarum Reipublicæ.

Causæ generales mutationum in imperiis ac Rebuspub.

Generales porro aliæ, quarum prima in natura posita: siquidem fieri non posse videtur, vt etiā optime constituta Respub. semper maneat: cū omnia facta ac creata intereant. *Plato, Polit. 8.* Altera vitiorum est illorum, qui præsunt. Si enim recte gubernarentur Respublicæ: diuturniores, vel etiam immortales quodammodo essent *Idem 3. de Legibus. Xenophon, de Repub. Lacedæmoniorum. Patricius de Regno, Tit.3.* Vnde quasi oraculum istud habendum: tunc Rempub. perituram, cum ferrū vel æs custodiæ authoritatem obtinuerint: hoc est, ad gubernacula mali aut imperiti sederint. *Plato, Polit. 3.* Tertia, Iniustitia: quia regnum transfertur à gente in gentem propter iniurias, contumelias, dolos. *Syracid. 10.* Neque mirum istud videri debet: quod Respub. cōseruatur propter mutuam communicationem, secundum aliquam proportionem, quæ iustitiæ est: nec potest malitia regnum possidere, quæ ne vnam quidem priuatam familiam regere potest. *Ambrosius 2. Offic.* Quarta, Ignorantia & inscitia, quæ potentiam summam perdit: præsentissima est causa exitij omnium ciuitatum. *Plato, libro tertio de Legibus.* Vnde affirmatur (quod tamen risu excipitur) nullam malorum quietem in ciuitatibus fore, nisi optimates philosophi extiterint, aut philosophos adhibuerint. *Plato, 5. de Republica & Epistola 7. ad Dionis propinquos ac familiares.* Quinta, Ingratitudo & Contumacia subditorum: cum pij principes ac magistratus non agnoscuntur, &

tur,& tyranni à Deo submittuntur. Ita, spreto Samuele, Saul rex fit; *1. Reg. cap. 8.* Salomonem Ieroboamus excipit, *3. Regum cap. 12.* Ezechiam Manasses sequitur, *4. Regum cap. 21.* Sexta, Seditio ciuium: quæ oriri solet, cum pauperes in Democratia vincunt: habent in Aristocratia potentiam diuites superbi, eademq; perperam vtuntur: factio vnius euadit in tyrannidem in Monarchia. *Plato, Polit 8. Aristoteles, Politicorum 5. cap. 1. Casius ibid.*

QVÆSTIO VI.
DE RERVMPVB. CONSERVATIONE.

NEQVE ex allatis hactenus dubitari potest: quænam sint, Respub. atque Imperia quæ conseruent: cum contraria contrariorum sint efficientia: saluti interitus opponatur. *Arist. Polit. 5. c. 8.* Primaria tamen causa conseruans, Pietas ac Religio est; quæ recte fundamentum Reipub, constituitur. *Plato 2. Polit.* & qua sublata simul tollitur fides & societas generis humani, & excellentissima virtus Iusticia. *Cicero, 1. de Natura Deorum.* Ideoque si terras obeamus, inuenire possumus vrbes muris, opibus, numismate carentes: at vrbem nemo vnquam vidit templis ac Dijs carentem: quæ precibus, iureiurando, oraculis non vtatur: non, bonorum causa, sacrificet: non mala sacris auertere conetur. *Plutarchus aduersus Colotem.* Omninoque Reipub. inde felicitas pendet. Neque Romani numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos; sed pietate ac religione omnes gentes ac nationes superarunt. *Cicero de Haruspicum responsis.* Vnde Numa Pompilius Romanorum Rex II. imperium suum à diuinarum rerum obseruatione cultuque auspicatus est: sacra plurima instituit. *Liuius, libro primo, Plutarchus in Numa. Dionysius lib. 2. Florus, libr. 1. Orosius,*

Causa conseruantes Reipublicæ.

ſius,lib.4.Eutropius,libr. 1.Plinius, de Viris illuſtribus, cap. 3. Romanus poſt Senatus ita magni religionem fecit:vt,quotieſcunque à Magiſtratu coactus ille eſſet, id ipſum, quod primo proponebatur, ad religionem pertineret:nullaque,quanquam grauior cauſa,vel quæ celeritatem requireret, morem hunc anteuerteret. *Fulgoſus libr.1.* Concilia & Comitia non inirent,niſi cum præfatione deorum, iiſdemque bene iuuantibus. *Alexander ab Alexandro,libro quarto,capite tertio.* Et habuerunt omnes pene gentes loca ſua ſacra: habuerunt dies feſtos: habuerunt ritus ac ceremonias ſuas. Neque tantum Iudaico in populo religionis extiterunt antiſtites veri;Pontifices,Sacerdotes,Leuitæ,Cantores, Ianitores, Nathinæi:quorum in Exodo ac Leuitico ſacræ literæ mentionem faciunt : meminerunt Ioſephus,Philo & alij:verum etiam inſtituti fuerunt apud Romanos Flamines, Diales, Martiales, Quirinales,Salii:de quibus *Liuius,libr.1. Plutarchus in Numa & Problem. 42. & 46. Feneſtella, Pomponius Lætus, Blondus, Alexander ab Alexan.lib.6. Plinius de Viris illuſtribus,cap.3. Ouidius, libr. 3. Faſtorum.* Apud Athenienſes ἱεροποιοὶ ſacrifici,qui ſacra peragentes obſeruarent,& Boonæ,Miagogi,Orgeones,Geraræ,Ciſtiferæ, Theori,Hieromnemones:*quos ex Pauſania, Plutarcho, Demoſthene, Polluce, Suida, Heſychio notat Sigonius de Repub. Athenienſium, lib. 4. cap. 7.* Imo,cum captis à Lyſandro Athenis,de euertendis iis Spartani conſultarent:Delphico oraculo conſulto, reſponſum tulerunt: Communem Græciæ aram ne moueatis. *Ælianus, lib. 4. varia Hiſtoria.*

Cauſa altera conſeruans,Sapientia eſt. Neque enim magnificis murorum ſtructuris, neque numeroſa ciuium multitudine, vel geritur, vel continetur ciuitas, ſed ſapientia ac moderatione gubernatorum. *Iſocrates in Areopagitico.* Et licet Reſpublicæ labantur ac ruant, tamen ſapientia adhibita facile emendari

dari, & ad rectam reuocari moderationem possunt. *Osorius libro tertio de Regum institutione.* Ideoque sacræ literæ, cognitionem sapientis, tanquam inundationem, abundare, & consilium illius, sicut fontem purum vitæ, affirmant. *Eccl. cap. 21.* Hinc sub Salomone rege felix Iudaici regni status extitit: tanta auri argentique Hierosolymis abundantia; quanta lapidum fuit, *lib. Regum 3. cap. 10.* Sub Augusto tranquillum ac pacatum maxime fuit Romanum imperium. *Suetonius, Dion, lib. 53.* Miserum contra sub stultis Impp. Caligula, Claudio, Heliogabalo. *Suetonius, Tacitus, Dion:* vt & Persicum sub Xerxe, qui Hellesponto compedes ac verbera stulte minitatus est. *Herodotus lib. 7. Diodor. lib. 11.*

Tertia, Legum est obseruatio. Tam enim diu vigent Respublicæ, quamdiu leges in his bonæ dominatum obtinent & obseruantur, *Plato in Critia. Aristoteles 5. Politic. cap. 8. Xenophon de Spartana Republ. Æschines contra Ctesiphontem. Demosthenes contra Aristogitonem. Cicero pro Cecinna, Cluentio, P. Sextio, Philip. 2. In lib. 3. de Legibus, 1. offic. 5. de Finibus. Isocrates in Panegyrico, Sociali, Panathenaico. Plutarchus aduersus Colotem, & in libello de Vitioso pudore. Xenophon, libr. 4. de dictis ac factis Socratis. Osorius libr. 5. & 7. de Regis institutione, Patricius de Repub. lib. 6. Titulo 5. Simanca de Repub. libr. 4. cap. 1. 16. 17.* Hinc Spartæ Timoris templum iuxta Ephororum collocatum tribunal fuit: vt ijs, qui legibus non parerent, pœnæ metus inijceretur. *Alexander de Alex. lib. 2. cap. 4.* Et Atheniensi in Repub. Democratia iccirco progressus habuisse felices putatur quod leges suas religiosissime illa obseruauit. *Pausanias in Messenicis.* Nec postrema tempore belli Punici causa Charthaginensium infortunij, felicitatis Romanorum ea affertur: quod leges tum illi neglexerunt, hi studiose religioseque obseruarunt. *Polybius, lib. 6.*

Quarta, Iusticia est, quæ Regis solium firmat. *Prouerb.*

uerb.16. stabilem Reipub. facit statum: propterea quod pro dignitate præmia cuique tribuit: efficit, vt quæ sua sunt quisque obtineat: in bonorum distributione est diligens: non admittit, vt per vim ac dolum quicquam agatur. *Aristoteles, Politic. 5. cap. 7. & in hunc Casus. Patricius de Repub. lib. 6. Tit. 5.* Cuius vis tanta, vt nec illi quidem, qui maleficio ac scelere pascuntur, possint sine vlla particula Iusticiæ viuere. *Cicero, 1. offic.* Ipsa etiam infestos amicos reddat: hostes perinde, vt magnes ferrum, attrahat. *Constant. Manass. in Annalibus.* Imo iustitiæ seruandæ causa videntur olim bene morati reges constituti. Nam cum premeretur inops multitudo ab his, qui maiores opes habebant: ad vnum aliquem confugiebant virtute præstantem: qui cū prohiberet iniuria tenuiores; æquitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat. *Cic. 2. Offic.* Hinc Aristides ille Atheniensis, ob insignem iusticiam, Græcorum felicitas est dictus: quæ eum tulit ætas, est aurea appellata. *Plutarchus in Aristide. Sabell. lib. 4.* Traianus Imp. ita char⁹ extitit: vt, quoties post Imperator crearetur, faustę acclamationes illæ audirētur: SIS FELICIOR AVGVSTO, MELIOR TRAIANO: prætorij præfectum aliquando eligens, eidemque in manus tradens gladiū, diceret: HVNC CAPE ENSEM: ET SI BONVS FVERO, PRO ME; SIN MALVS, CONTRA ME VTITOR. *Dion, Aurel. Victor, Suidas.*

Quinta, Concordia & dissidiorum fuga: quandoquidem nihil melius est ciuitati, quam vnio; nihil perniciosius, quam diuisio: neque vllæ sunt vires, quæ concordem ac bene moratā ciuitatē diruere possint. *Plato, Polit. 5. Arist. Polit. 5. c. 8. Patricius, de Repub. lib. 6. Tit. 6.* Ostendit hoc Agrippa, legatus ad plebem Rom. dissidentem à patribus missus, fabulâ de membris corporis inter se cum ventre dissidentibus. *Liuius libr. 2. Dionysius Halicarn. libr. 6.* Indicauit Sertorius equis duobus in concionem adductis: quorum alter imbecillis iam

& se-

& senex:alter,magnus ac validus. *Plutarchus in Sertorio.* Docuit Scilurus fasciculis: quando octoginta filiorum pater,morti iam vicinus, fasciculum ex iaculis vnicuique porrigens, confringere iussit. Cum autem defessi omnes nihil effecissent, ipse sigillatim extrahens iacula omnia facile fregit: hoc ipso argumento concordiæ atque vnionis vtilitatem monstrauit. *Plutarchus in Apophtheg.* Idem planum eodem modo conatus est facere I.Tartarorum rex Changius Cham: cum 12.sagittas vno fasce comprehensas 12. filijs frangendas dedit. *Haithonus in lib. de Tartaris.* Probarunt vero pluribus in orationibus Histor. Cicero de iniuriarum obliuione & ἀμνηστίας,*lib. 44. Dionis.* Cyrus ad filios,*Xenophontis libro 8.Pæd.Cyri.*Philippus Macedo ad Perseum ac Demetrium filios, *libro 10. Liuij.* Cecilius Metellus ad M.Lepidum & M. Fuluium Censores,*lib.40.Liuij.* Micipsa ad Iugurtham *in bello Iugurthino Sallustij*: Hermocrates ad ciuitates dissidentes,*libr. 4. Thucydidis*: Bredislaus Boëmiæ rex morti vicinus ad proceres,*lib. 7. Dubrauij*; Alex.Leuistonius ad regni Cancellarium Crichthonium,*libr. 11. Buchanani rerum Scoticarum.*Vnde euertere officio, fœdere, sanguine,amicitia, ciuitate ac patria iunctos qui cupiunt,in id incumbunt, vt, dissidijs inter hos excitatis, mutuo à sese auellant. Ita Sosis Syracusanus à Dione populum abstraxit. *Plutarchus in Dione.* Marius vna ianua principes ciuitatis, altera Saturninum admisit: eosque inter se commisit. *Idem in Mario.* Reso quidam à Gotrico Danorum rege in Sueoniam transfugæ sub titulo missus est: vt seminatis inter Sueonum & Gothorum proceres odijs viam aperiret: qua, in mutuam perniciem ac ciuilia bella prouocati, seipsos perderent.*Ioan.Magnus lib.17.*Soltha Vngarus, communis exitij occasionem captans,ad Stephanum II.Vngarorum regem clam scripsit: Boëmos inermem eum, cum suis ad colloquium venientem, armis circumuenturos

C turos

turos ac capturos: contra Boëmum ducem admonuit, ne regem inermis adiret: paratas enim esse insidias, & sagittariorum manum iam præmitti: atque ita funesti prœlij author extitit. *Bonfinius, lib. 6.*

Sexta, Pœnæ ac castigationes etiam paruorum delictorum: quia maxime imperiis ac Rebuspub. perniciosa intempestiua misericordia. *Aristot. Polit. 5. cap. 8. Thucydides libro tertio.* Suppliciorum cogitatione efficitur, vt à sceleribus hominum animi abhorreant. *Plato lib. 9. de legibus*: aliud malum tollatur. *7. Polit. cap. 13.* futurorum maleficiorum inhibitiones, læsorum consolationes fiant. *Plutarchus de Sera numinis vindicta.* nemo improbe petulanterque agere ausit. *Demosthenes in Midiana oratione*: paucorum supplicio omnes reliqui continuo castigentur. *Iustinianus in Nouel. constitut. 30.* Prohibetur etiam, parua delicta ne noceant: quemadmodum familiari in re exigui etiam sæpe facti sumptus facultates exhaurire solent. *Aristoteles Politicorum 5. cap. 8.* obsint exempla: idem hic quod in strage accidat, cum ipse populus sese premit: nemo ita cadit, vt non alium in se attrahat: primi sequentibus exitio sunt. *Seneca de Vita beata.* Pluribus istud Historici in orationibus probant: Cleon *apud Thucydidem, libro tertio.* Cato *apud Salustium Catilinaria in coniuratione.* Spurius Posthumius *apud Liuium, libro nono.* C. Cassius *apud Tacitum, libr. 14.* Cicero *in Verrinis, Catilinariis, Philip. 8.* Demosthenes *aduersus Leptinem, Cononem, Midiam,* Isocrates *in Areopagitico & ad Nicoclem.* Itaque felix tum Romana Respub. fuit, cum Iunius Brutus duos adolescentes filios, proditionis conuictos, virgis cæsos, securi percussit *Liuius, libro primo. Dionysius, libro quarto. Plutarchus in Bruto. Valerius Max. libr. 5. Plinius, de Viris illustribus, cap. 10. Sabellicus, libro tertio.* Manlius Torquatus supplicio filium affecit: quod Latino in bello contra imperium pugnasset. *Liuius, libr. 8. Plutarchus in Fabio Max. Frontinus, libr. 4. Valerius Max.*

Max. libr. 2. Plinius, de Viris illustribus, cap. 28. Sabellicus, lib. 3. & 6. Eadem in puniendo filio seueritate vsus A. Posthumius Tubero est. *Liuius, libro 4. Valerius Max. libr. 2.* Augustus Cæsar Iulias filiam & neptem propter pudicitiam prostitutam relegauit. *Dion, Suetonius in Augusto.* Nec minus Spartana fortunata extitit, de qua Legatus quidam ad eam missus, vt leges ac instituta Reipub. illius obseruaret: domum vbi rediit, funem, gladium, instrumenta tormentorum alia in Senatu deposuit; Hæc, inquiens, Spartanorum instituta, hæ leges sunt. *Plutarchus in Apophtheg.*

Septima, Innouationis fuga est. *Patricius, libr. 6. de Repub. Tit. 6.* Est enim audaciæ illa mater, superstitionis soror, leuitatis filia, *vt in Epistolis D. Bernhardus scribit.* Ac licet grata sit nouitas; placeat hæc, quemadmodum in Musica, sic rebus alijs: tamen quæ vtilitate iuuare videtur, nouitate perturbat. Prudenter præcipitur: vt in morbis non sunt tentanda noua remedia, si veteribus malis succurri queat: ita non de nouis cogitandum, si veteribus medicina aliqua Reipub. adhiberi incommodis possit. *Simanca, de Repub. libr. 4. cap. 10. ex Augustini Epistola 118.* Sic statuitur, optime cum ijs & extra periculum agi, qui præsentibus moribus ac legibus minus bonis vtuntur, eodem Rempub. modo gubernant. *Thucydides, libr. 6.* Inde Charondas legem tulit: vt, si quis legem abrogare veterem, rogare nouam vellet, collo in laqueum inserto id faceret: vt si illa non probaretur, eo ipso strangularetur. *Diodorus Siculus lib. 12.* Aristoteles eneruare Rempub. legum institutorumque abrogationem affirmat: legem de præmijs inuentorum rerum nouarum plausibilem quidem, at periculosam esse ostendit. *Polit. 2. cap. 6.*

Octaua est Integritas ac vigilantia principum & Magistratuum. *Aristot. Polit. 5. cap. 8.* Seduli enim, vigilantes, industrij tum hostibus, tum ciuibus terrori, grati bonis, & sibiipsis & Reipub. vtiles sunt. *Plato 7. de legi-*

bus. Omnium officiorum laus, imo vita, in diligentia consistit. *Osorius lib. 4. de Regis instit.* Neque inferiorum ordinum culpæ ad vllos magis, quam desides rectores referendæ sunt: *Simanca, libro quinto, de Repub. cap. 12. ex Leonis Magni Epistola 86.* Hinc nec sibi, nec alijs consuluerunt Ninyas & Sardanapalus Assyriorum reges: quorum ille summam regis felicitatem esse arbitratus est, vacuum à curis esse: muliebrem hic vitam duxit. *Diodorus Sicul. libro secundo.* Lucullus; qui Callistheni liberto suo omnium rerum cura atque administratione delegata, luxui ac voluptatibus operam dedit. *Plutarchus in Lucullo.* Tiberius Imp. qui biennio continuo post imperium commissum porta pedem non extulit: defectionum plurimarum causa extitit. *Suetonius in Tiberio.* Honorius imp. qui cum audiuisset Romam à Gothis captam, vrbis nobilissimæ nihili interitum faciens, de Gallina sua, Romæ cognomine, prodita questus est. *Zonaras.* Wenceslaus Imp. qui cum aliquando de arcis cuiusdam conflagratione nuncium accepisset, illud vnicum quæsiuit: num cella vinaria incendio superfuerit: affirmante nuncio; Et nos, inquit, salui sumus. *Cromerus, lib. 16.* Laudantur contra, suntque bene de aliis meriti: Epaminondas Thebanus, qui cum ciues ludis ac compotationibus vacarent, solus arma induit, muros ascendit: sobrium sese esse ac vigilare dixit: quo aliis dormire, & poculis indulgere liceret. *Plutarchus de principe indocto.* Augustus, qui ius assiduo ipse etiam in noctem interdum, idque valetudine afflicta, dixit. *Suetonius in Augusto.* Vespasianus, qui reprehensus à Medicis, quod male habens, tamen imperatoria negotia tractaret, respondit: IMPERATOREM STANTEM MORI OPORTET. *Suetonius in Vespasiano.* Sed non minus vtilis ac necessaria Principum & gubernatorum integritas est. Et facti magni Romani sunt domi industria: foris iusto imperio: animo in consulendo libero, neque delicto,

delicto, neque libidini obnoxio. *Saluſtius in coniuratione Cat.* Fuerunt felices Athenienſes hanc maxime ob cauſam: quod Magiſtratus & officia publica non temere quibuſuis, ſed prudentiſſimis, optimis, vitæque integritate maxime præſtantibus commiſerunt. *Iſocrates in Panathenaico.* Nec poſſunt continere alios ij, ſeipſos qui non continent. *Cicero pro lege Manilia.* Nec ſolum, dum peccant, magiſtratus ipſi corrumpuntur, ſed etiam corrumpunt: pluſque exemplo, quam peccato nocent. *Idem 3. de legibus.* Experti hoc ſunt Ægyptij ſub Amaſi. *Diodorus Siculus, libr. 1.* Romani ſub Tarquinio Superbo, Tiberio, Caligula, Nerone, Vitellio, Heliogabalo, Galieno. *De quibus Impp. qui deſcribunt ſigillatim res geſtas, agunt.* Sext. Tarquinio. *Liuius, libr. 1. & 2. Dionyſ. lib. 4. Eutropius libr. 1. Plinius, de Viris illuſtribus, cap. 8.* Tiberio. *Dion, Cornelius Tacitus, Annalium 1. 2. 3. 4. 5 6. Suetonius in Tiberio.* Caligula, *ijdem:* vt & Nerone atque Vitellio. Heliogabalo. *Herodianus ac Lampridius.* Galieno. *Trebellius Pollio.*

Nona diſſidiorum eſt, inter nobiles ac potentes exoriri quæ ſolent: & niſi legibus ſeueris & pœnis prohibeantur aut coërceantur, factiones, ſeditiones, bella excitari inteſtina conſueuerunt. *Ariſtot. lib. 5. Polit. cap. 8. & in hunc Caſus.* Sunt argumento Conſtantinopolitana in vrbe factiones. Veneta & Praſina, vbi quadraginta fere hominum millia perierunt. *Procopius, libro primo belli Perſici. Zonaras in Iuſtiniano.* Guelforum & Gibellinorum in Italia. *Iouius in Othonis vita.* Apud Piſtorienſes Alborum & Nigrorum *Blondus, lib. 9.* in Valachia Danorum & Draculorum. *Æneas Syluius, Europæ cap. 2.* Athenienſi in Repub. Alcmeonidarum & Calliarum. *Herod lib. 6.* Romana, Vrſinorum ac Columniorum. *Iouius lib. 1.* In Mediolanenſi Vicecomitum & Turrianorum. *Idem in Othone.*

Decima eſt conſeruatio familiarum. Neque enim numero ac multitudine, ſed bonitate ciuium Rei-

pub. est felicitas æstimanda: nec illa iudicanda beata, quæ ex promiscua hominum colluuie ciues multos temere colligit, sed quæ primas & antiquissimas familias maxime conseruare studet. *Isocrates in oratione de Pace.* Eoque nomine Augustus laudatur: quod magnum existimans, sincerum atque ab omni colluuione peregrini ac seruilis sanguinis incorruptum seruare populum, Romanam ciuitatem parcissime dedit: Liuiæ pro tributario quodam Gallo roganti ciuitatem negauit, immunitatem obtulit: facilius sese affirmans passurum, fisco aliquid detrahi, quam Romanæ ciuitatis honorem vulgari. *Suetonius in Augusto.* Claræ quoque inter alia Res sunt publicæ factæ, claras ac nobiles ob familias: Spartana, Agidarum & Proclidarum: *Pausanias in Laconicis. Atheniensis*, Alcæmonidarum & Pisistratidarum. *Idem in Atticis.* Romana, Æmyliorum, Octauiorum. *Plutarchus, Suetonius.*

Vndecima est Census ratione bona atque ἀναλογίᾳ, proportione, institutus. Habuerunt census suos Athenienses, *vti Suidas notat*, à Solone introductos: habuerunt Romani, quos Seruius Tullius Rom. Rex intulit. *Liuius, libr. 1. Dionysius, libro quarto*, habuerunt Iudæi, *Exodi cap. 30. Numerorum cap. 13.* Etiam pœna incensi maxima apud Romanos fuit, siquidem, lege Seruij, publicatis bonis, verberatus venibat. *Dionysius libr. quarto. Sigonius de antiquo iure ciuium Roman. lib. primo cap. 14. de Iure census. Gregorius Tholozanus, lib. de Repub. 3. cap. 5.* Proportione vero hic neglecta multa magnaque in Repub. mala oriri solent. Etenim ad honores ac præmia ciuitatis quod attinet, si in oligarchijs & politijs, censibus minoribus factis, priuatorum æstimationes ad honores premendos non remittant, hic Oligarchia, illic Dynastia oritur. Rursus si censibus auctis æstimationes non intendant, ex politia Democratia, ex Oligarchia, Politia aut Democratia nascitur. *Aristot. Polit. 5. cap. 8.*

Duo-

Duodecima est Συμμετρία, mediocritas & moderatio obseruata in diuitijs, honoribus, amicitijs parandis. Hæc enim neglecta si fuerit, corrumpuntur ciuium animi: quandoquidem secundas & ad voluntatem fluentes res commode ferre non cuiusuis est. Quod si factum hoc fuerit, non oportet ante collatos honores vniuersos adimere: sed sensim ac paulatim hoc facere: aut impedire tales externis negotijs, aut alio modo peregrinari iussos è ciuitate summouere. *Idem ibid.* Vnde Respub. optima iudicatur, quæ ex medijs ciuibus constat. *Idem lib. 4. Polit. cap. 11.* Ad tempus in exilium missi sunt, qui opibus gratia, potentia alios maxime excelluerunt. Inuentus Athenis est Ostracismus. *Plutarchus in Aristide, Nicia, Pericle, Themistoble.* Apud Syracusanos Petalismus locum inuenit. *Diodorus Siculus, lib. 11. Alexander ab Alex. lib 3. cap. 20.* Exilij causa multi sunt Romæ solum vertere coacti, aut ipsi vltro verterunt. Theseus Athenienfi in Repub Solon, Aristides, Themistocles, Pericles, Cimon. *Plutarchus in vitis illorum. Probus Æmylius in vita Themistoclis ac Cimonis. Diodorus Siculus, libro vndecimo.* Spartana, Lycurgus, qui voluntarium in exilium abijt. *Plutarchus in vita Lycurgi. Iustinus libro tertio. Pausanias, Plutarchus in Apophtheg. Laconicis. Sabellicus libro secundo.* Romana Coriolanus. *Liuius, lib. 2. Dionysius, lib. 7. & 8. Plutarchus in Coriolano:* Camillus Dictator, *Liuius, lib. 5. Florus, lib. 1. Plutarchus in Camillo, Volaterranus, libr. 14. Plinius, de Viris Illustribus, cap. 13. Valerius Max. lib. 5 cap. 3.* Liuius Salinator. *Liuius, lib. 7. Valerius Max. libr. 2. cap. 4. Volaterranus, libr. 16. Plinius, de Viris Illustribus, c. 50.* P. Scipio, P. Scipio Africanus, *de quo Plutarchus in Scipione, Valerius Max. lib. 2. c 5. Frontinus, l. 4. c. 7. Fulgosus, lib. 6. c. 4. Volaterranus, lib. 19. c. 3.*

Decimatertia, est Constitutio ἀρχῆς, magistratus certi, qui morum inspector diligens obseruet, ἀσυμφόρως, inutiliter Reipub. viuentes. *Aristot. Polit. 5. cap. 8.*

Hinc Romæ Cenſores creati:ſub quorum poteſtate, diſciplina Romana, regimen Senatus, Equitum Centuriæ,decoris dedecoriſque diſcrimina fuerunt. *Liuius lib.5.Blondus,libr.3.Feneſtella,cap,17. Pomponius Lætus cap.21. Alexander ab Alexandro,lib.3. cap.13.* Et apud Athenienſes: ζητηταὶ,inquiſitores vitæ ac morum: νομοφύλακες,legum cuſtodes: σωφρονισταὶ, iuuenum moribus præfecti: θεσμοθέται, moderationis vindices: γυναικοκόσμοι, animaduerſores mulierum parum modeſtarum. *Plato in Axiocho,Pollux, Demoſthenes in Midiam, Suidas, Athenæus,Plutarchus in Solone, Sigonius de Repuc. Athenienſium lib.4.cap.3.* Et apud Lacedæmonios Ephori: quibus ea fuit data poteſtas, vt quæcunque vellent, etiam regem pœnis afficerent:in Magiſtratu conſtitutos intra tempus abrogarent. *Xenophon de Spartanorum Repub. Plutarchus in Lycurgo.* Et Venetos Aduocatores: quorum cenſuræ leges inprimis obſeruari præcipitur:ita quidem,vt ſi quid contra eas, vel tātillum ab aliquo attentatum aut admiſſum fuerit, ad Quadragintauirale conſilium, aut Senatum referant. *Egnatius,lib.2.cap.4.*

Decimaquarta eſt (quam maximam omni in Reipub.adminiſtrandæ forma Ariſtoteles eſſe affirmat) ſi non per leges ac inſtituta concedatur:vt è Repub. quæſtum Magiſtratus faciant,*lib.Polit.5.cap.8.* Neque enim turpe hoc ſolum eſt,ſed ſceleratum etiam & nefarium. *Cicero 2.officior.* Nec firmi ſanctiue quicquam ab iis expectandum: quorum ſtudia & cogitationes ad auaritiam tantum referuntur. *Demoſthenes aduerſus Ariſtocratem.* Ideoque recte malorum omnium cauſa ab Imperatore Iuſtiniano conſtituitur: pecunias ex officiis conquirere. *Nouellæ conſtit. 8.* Reprehenduntur à Plutarcho Stratocles & Dromeclidas, qui tribunal per iocum auream ſunt meſſem appellare ſoliti. In libello de gerenda Repub. Peſſime Imperium Romanum ſeſe tum habuit:cum ad eius gubernacula Tiberij, Veſpaſiani, Com-

ni,Commodi,Iustini,Mauritij sederunt. *Dion, Suetonius, P. Diaconus.*

Postrema est Ærarij conseruatio : quod dum laborat, tota Respub. laborat. Fit autem hoc, cum aut pecuniæ conquirendæ modi ignorantur vel negliguntur: aut parum diligenter asseruantur conquisitæ: aut rationes publicæ tam rerum, quam officiorum raro exiguntur. *Aristoteles, lib. Polit. 5. cap. 8. & in hunc Casus.* Hinc, *Festus vt notat*, tributorum apud Romanos tria genera, quibus ærarium impletum : vnum in capita: alterum ex censu collatum: tertium temerarium & extra ordinem imperatum. *Sigonius de Antiquo iure ciuium Romanorum, lib. 1. cap. 16.* Asseruatum in Saturni æde. *Iustinus, libr. 43.* quod locus ille aditu omni perseptus, præruptus vndique & ab accessu munitus esset. *Plutarchus in vita Publicolæ. Macrobius, libr. 1. Saturnalium. Alex. ab Alexandro, libr. 2. cap. 2.* Athenienses Delphis thesauros suos omni tempore intactos habuerunt. *Diodorus Siculus, libr. 11. Probus Æmylius in Aristide.* Hebræi Thrace & Tauro Hierecuntis. *Strabo, libr. 16.* Babylonij reges in Zeugina vrbe, *Strabo, lib. 11. Alexander ab Alex. lib. 2. cap. 2.* Estque hic semper cauendum, ne per ambitionem ac prodigalitatem exhaustum ærarium per scelera suppleatur. *Cornelius Tacitus, libr. 2. Annal.*

QVÆSTIO VII.
DE MAGISTRATV. AN ille gerendus?

NOtatis breuiter Quæstionibus de Reipub. generibus, dignitate, causis tum corrumpentibus, tum conseruantibus, ad locum de Magistratu accedendum videtur : quod sine hoc Res esse publica nulla potest: vberrimam quoque materiam, Quæstiones pulcherrimas suppeditat : in quibus Eloquentiæ qui dant o-

peram, vtiliter ſeſe dicendo ac ſcribendo exercere; atque ita Scholaſticis atque vmbratilibus in μελέταις, ad ea, quæ ſerio aliquando tractanda in Repub. præparare queunt. Grauiſſimæ enim ſæpenumero deliberationes atque conſultationes de Principatu, regno, magiſtratu inſtituuntur: Vtrum ille gerendus? An ad eum ſuſcipiendum cogendus quis mulcta aut alia ratione ſit? Num in eodem conſtituendo præſtet, ſorte, an electione, an ſucceſſione vti? Emere ne magiſtratus ac honores liceat? Sint nec ne ad magiſtratus & officia publica admittendi, vltro qui ſeſe ingerunt, prænſant, ambiunt? Num etiã fœminæ ad gubernacula admittendæ? Vtrum hæc ipſa rectius committantur ſenibus, an iuuenibus? Indigenis, an peregrinis? Nobilibus & claris, an nouis & obſcuris? Diuitibus, an pauperibus? Doctis an indoctis, etiam opificibus? An in magiſtratu legendo vitæ ſanctimonia morumque probitas requirenda? Quæ hunc maxime virtutes ornent, dedecorent ac deforment vitia? Quamobrem apitudo & peritia rerum cumprimis ſpectanda? Satius ne ſit perpetuum, an ambulatorium eſſe magiſtratum? Conducat ne Reipub. vni alicui multa officia, plures magiſtratus imponi? Vtrum qui maiores aliquando geſſit, minores oblatos ſuſcipere debeat? Num abdicare ſeſe Magiſtratu ac imperio liceat? An officij ſui rationes reddere teneatur: & ad hoc ipſum cogendus ſit? Sunt deinde Demonſtratiuo in genere laudandi, qui ad honores, magiſtratus, regna, imperia euehendi: celebrandi ex hominibus iam ſublati: reprehendendi, qui aut impediendi, aut deiiciendi. In iudiciali denique genere Magiſtratuum locum non raro accuſationes, aut defenſiones inueniunt: in quibus omnibus, quænam rationes adhibendæ, diſcendum, & diſcendum mature erit.

Primo autem, hic ſeſe quæ offert ac conſideranda quæſtio eſt: VTRVM MAGISTRATVS GERENDVS:

RENDVS: OBLATVS RECIPIENDVS SIT? Vbi in negantem sententiam, & quod

NON GERENDVS AVT OBLAtus suscipiendus Magistratus:

Rationes istæ: quia 1. Magni & clari Viri plurimi delatos honores, Magistratus, oblata imperia respuerunt, aut diu saltem multumque sese excusarunt. Gedeon, qui victorijs insignis, Israelitarum imperium recusauit, *Iudicum 8.* Virginius Romanus, cuius extat Oratio ad milites *apud Liuium libro tertio*: Xenophon, qui oblatum ab exercitu imperium admittere noluit: recusationis aliquot causas attulit, oratione ad eundem habita. *Xenophon lib. 6.* Germanicus, qui cum post Augusti obitum contra Tiberium Imperator eligeretur: neque precibus vllis de sententia dimoueri milites animaduerteret gladium, tanquam sibi mortem vellet inferre, distrinxit. *Dion, lib. 57.* Vespasianus, qui bello Iudaico occupatus, strictis militum gladijs coactus, Imperatorium nomen suscepit *Iosephus, lib. 5. belli Iudaici.* Gordianus senior, qui eorundem minis ad idem recipiendum compulsus est. *Lampridius.* Iouianus, qui cum propter religionis diuersitatem se excusaret: imperare sese nolle diceret infidelibus: cum Christianus ipse esset: etiam se Christianos esse milites responderunt. *Nicephorus, lib. 3. Socrates, lib. 3.* Tacitus Imperator, qui ætatem grandem adducens, inuitus ad Imperij pertractus habenas est. *Flauius Vopiscus. Macrianus ex Trebellij Poll. 30. tyrannis.* Ladislaus, Vngariæ rex, qui ad capessendum imperium multis precibus inuitatus, annuere his noluit. *Bonfinius, lib. 4.* Ludouicus, Thuringiæ Landgrauius, qui Imperator electus hanc recipere dignitatem noluit: quod literas sese nescire diceret, rem Imperio pernecessariam. *Fulgosus, libr. 4.* Fridericus Saxoniæ Elector, qui post Maximiliani I. obitum oblatū imperium

Rationes, quibus probatur, Magistratum non gerendum.

Ratio 1. ab exemplis.

perium ingenti animo recuſauit. *Sleidanus, libro tertio.* Auguſtus Cæſar, qui populo Romano Dictaturam offerente nudo pectore deprecatus eſt. *Suetonius in Auguſto.* Q. Fabius, qui vltimum gerere Conſulatum noluit: quod nec temporis, nec animi idem, qui ante, vigor eſſet. *Plutarchus in eius vita, Pontanus libro ſecundo de Magnanimitate.* Ludouicus Vngariæ rex, qui à Caſimiro Magno rege Poloniæ, in regni ſocietatem adoptatus, petentibus Polonorum legatis, & Vngariæ proceribus, vt regnum Polonicum ſuſciperet: neque è Polonorum, neque Vngarorum iſtud re fore dixit: ſicut nec duobus gregibus expediat, vnum paſtorem habere. Satis & abunde negotij eſſe, vni populo præeſſe: duas Reſpub. vix vlla ratione ſine alterutrius, ſiue adeo vtriuſque, malo & incommodo ab vno adminiſtrari poſſe: licet exorari poſt ab Oratoribus paſſus ſeſe fuerit. *Cromerus, libro 13.* Clodius Albinus, qui cum Commodi Imp. ab exercitu Cæſarianum ad ſe delatum eſſe nomen audiuiſſet: illud recuſauit: priſtinam illam Senatus dignitatem, ab Imperatoribus ereptam, reſtituendam eſſe oratione præclara oſtendit. *Iulius Capitolinus in Clodio Albino.*

Ratio 2. ab odio diaboli, & excitatis ab eodē ſeditionib.

Quæ quidem exempla & Quæſtionis huius vſum monſtrant, & rationes in eadem adhibendas largiuntur, Quibus, quæ ſequuntur, addendæ: quod 2. Ordini huic maxime infeſtus, communis humani generis hoſtis diabolus eſt: contra Magiſtratum ſæpe ſeditioſos ciues excitat. Hinc contra Moſen & Aaronem Iſraëlitæ inſurrexerunt: cum apud Pharaonem pro illis intercederent, *Exodi 5.* Seditionem mouerunt Chore, Dathan, & Abiron, quaſi ſuper Domini hi populum ſeſe eleuarent. *Numerorum 16.* Interempti à ſuis ſunt Imperatores: Galba, Vitellius, Pertinax, Macrinus, Alexander, Gratianus: plures alij, etiam optime Imperio qui præfuerunt, ac Rebuspub. malam interim gratiam à ſuis retulerunt. Primus vrbis Romæ conditor Romulus à

lius à primoribus interfectus, corporeque minutissimas in partes dissecto, occulte sub vestibus per partes asportatus fuit. *Dionysius Hal. libr. 2. Valerius Max. libr. 5.* Solon apud Athenienses in Cypro senectutem transegit: in vincula compactus Miltiades est. Iniquis sunt præmijs dimissi: Cimon, Aristides, Demosthenes, Themistocles, Timotheus, Phocion, *quorum in Vitis Plutarchus meminit.* Parum in Lycurgum grati Spartani fuerunt. *Idem in Lycurgo.* Causam apud Thebanos Epaminondas & Pelopidas dixerunt. *Idem in Vitis.* Apud Romanos eadem sunt fortuna vsi: Camilli, Scipiones, Seruilij, &c. Apud Carthaginenses, Xanthippus, Hannibal. *Valer. Max. lib. 5. & 9.* Vnde Scipio, voluntarium in exilium abiens, Linterni reliquam ætatem egit: moriens ab vxore petijt, ne corpus suum Romam referretur: sepulchro suo inscribi curauit: INGRATA PATRIA NE OSSA QVIDEM MEA HABES. *Liuius, libr. 8. Plutarchus in eius vita. Valerius Max. libr. 5. cap. 3. Orosius libr. 4. cap. 10. Plinius de Viris Illustribus, cap. 49.* Et pater Themistoclis, dehortari eum à Reipub. gubernatione volens, apud mare proiectas illi & neglectas triremes monstrauit: eundemque populi animum in Magistratus iam senes & inutiles factos esse ostendit. *Plutarchus in gerendæ Reipub. præceptis.* Ipse platano arbori similem sese esse dixit: ad quam cœlo pluuioso homines confugiunt: sereno vero eandem lapidibus ac fustibus petunt. *Plut. in Problematibus. Aristoteles, 3. Rhet.*

III. Nihil quoque difficilius est, quam aliis bene præesse: opus magnum & arduum, imperare. *Plato in Epist. 7. Tacitus, lib. 1.* Inter omnia animalia homo maxime, & moribus varius, & voluntate diuersus: in rectores suos magis, quam pecus vllum in pastorem suum, insurgit. *Xenophon 1. de pædia Cyri, Vida libr. 1. de Reipub. dignitate, Patricius in procemio de Regno. Simanca lib. 9. de Repub. cap. 1.* *Ratio 3. à difficultate.*

IV. Mul-

Ratio 4. à molestiis varijs.

IV. Multæ & magnæ molestiæ, sed frustra atque inutiliter suscipiuntur: quod sæpe corruptior ac deprauatior est Resp. quam vt iuuari meliorque fieri queat. Vbi sapientis non est, in superuacuum niti: aut nihil profuturis impendere, si parum authoritatis aut virium habebit. *Seneca ad Gallionem de Beata vita.* Vbi diligentia est plena simultatum: negligentia, vituperationum: seueritas perniciosa: liberalitas ingrata. *Cicero in Oratione pro Flacco.* Magnis licet honoribus colatur Magistratus: tamen multis malis & incommodis agitatur: gaudium furunculi instar habet: latente inflammatione micans: nec liberum & tranquillum spiritum ducit. *Plato in Axiocho, Xenophon in Hierone.* Multa horrenda aspectu videre, multa tangere, ex alienis miserijs molestias capere cogitur. *Plutarchus in Probl.*

Ratio 5. à damno & iactura rei familiaris.

Huc rei familiaris damnum ac incommodum accedit. Dum enim res curantur publicæ; domesticæ peius curantur: nullum ex publico lucrum percipitur. *Plato 1. Polit.* Et qui multa agit: sæpe fortunæ sui potestatem facit, quam tutissimum est raro experiri. *Plutarchus in Demosthene. Simanca de Repub. libro secundo cap. 9. & 10.* Hinc politici ac Magistratus plurimi pauperes. M. Curius, qui Legatis Samnitum aurum offerentibus: cum ipse in foro rapas torreret, malo, inquit, hæc in fictilib meis esse, aurum habentibus imperare. *Florus libro primo cap. 8. Sabellicus, libro octauo. Plinius de Viris Illustribus, cap. 33.* Aristides, qui iustus est nominatus. *Plutarchus in eius vita.* Epaminondas dux Thebanorum fortissimus: qui non nisi vnicam vestem habuit: quæ cum esset resarcienda, domi manere coactus fuit. *Plutarchus in eius vita.* Lysander Spartanus, qui moriens, non tantum reliquit: vt dotem filiæ assequerentur. Vnde & dimittere eas mariti decreuerant: nisi retinere magistratus graui pœna coëgisset. *Fulgosus lib. 4.*

Nec minus iudicia varia & querelæ hominum VI. terrent: quibus satis nunquam fieri potest. *Euripides in Iphigenia.* Male audiunt semper qui præsunt, belli maxime tempore, propter aduersos casus. *Thucydides libro quinto.* Idem Magistratus experiuntur, quod apud Sophoclem de gregibus suis pastores conqueruntur: seruimus his: domini licet simus: tamen & hos, taceant quamuis, audire cogimur: &, quod de Samiis Pericles dixit: similes eos infantibus esse, qui pultem à matribus ac nutricibus capiunt: plorare interim non desinunt. *Aristoteles, Rhetoric. 3.* Ac necesse est, quantumuis recte imperetur, multos irasci: quod non tam multi homines iusti sunt, quam qui iniuriam facere volunt, quorum cupiditates expleri non possunt. Boni autem partim multa magnaque expetunt, quæ assequi nequeunt: partim cum inferiores alijs habentur, ægre molesteque ferunt eamque ob rem culpam vtrique in Principes ac Magistratus conijciunt. *Xiphilinus.* Quin & vitia horum leuicula, libera à censura non sunt: quid illi agant, quemadmodum viuant, inquiritur. *Plato Epist. quarta. Xenophon in Hierone.* Neque res tantum publicæ administratæ, sed & singula verba notari: victus quoque, ioci, domus, ipsa familia, vxor, cubile curiosius conquiri solet. *Plutarchus in præceptis gerendæ Reipublicæ.* Quemadmodum in Cneo Pompeio reprehensum istud fuit: vnico digito caput quod scalperet: vituperatum in Scipione, quod somnum duceret longius: animaduersum in Cimone: quod vinum biberet longius, poculis indulgeret. *Idem ibid.*

Ratio 6. à querelis ac iudiciis hominum variis.

Sed & Inuidia locum maxime hic habet: neque tam modesta vlla felicitas, aut virtus suis vtilis, mitisue extitit, quam hæc non vellicarit. *Sabellicus libro septimo.* Afficit autem & excruciat medullitus: nocet plurimum. Ac tametsi Ostracismus apud Athenienses Democraticæ æqualitatis trutina extiterit: tamen & Inui-

Ratio 7. ab Inuidia, cui obnoxius magistratus.

diæ

diæ popularis ſimul telum infeſtiſſimum fuit: fecit, vt præſtantiſſimi viri poſt res feliciter geſtas exulare fuerint coacti: Themiſtocles in Perſide: Iphicrates in Thracia: Conon in Cypro: Timotheus in Lesbo: Chabrias in Ægypto: Chares in Sigæo. *Athenæus, libro duodecimo.* Ita Thebani Epaminondæ, Leuctrica victoria clari, gloriæ inuidentes, eum priuatum inter ordinarios milites coëgerunt. Pauſanias in Bœoticis. P. Scipio Africanus, & L. Scipio Aſiaticus ob interuerſam prædam Aſiaticam à Tribunis accuſati, & inuidia magis, quam argumentis oppreſſi ſunt. *Liuius, libr. 8. & 9. Plinius de Viris Illuſtribus, cap. 49. & 53. Plutarchus in vita Africani, Valerius Max. libro quarto, Sabellicus libro ſeptimo.* Beliſarius, qui omnibus dignitatibus ac facultatibus exutus à Iuſtiniano Imperatore, apud quem ſumma in authoritate & gratia ante fuerat, ſtipem oſtiatim colligendo ſuſtentare ſeſe neceſſe habuit: vbi, date, inquit, Beliſario eleemoſynam: quem virtus extulit: inuidia & ingratitudo deiecit. *Procopius. Crinitus, libr. 9. Volaterranus, libr. 23. Egnatius libr. 5.* Et hæc in negantem ſententiam rationes afferri poſſunt: in affirmantem contra, & quod

GERENDVS ATQVE SVSCIPIENdus Magiſtratus:

Rationes, quibus probatur, eſſe gerendum Magiſtratum.

Ratio 1. ab inſtitutione diuina.

Valent quæ ſequuntur: quod I. DEVS ipſe Magiſtratum inſtituit: vt ſit vindex in iram ei, male qui agit: neque poteſtas vlla, niſi à Deo eſt, *Rom. 13. cap.* Idem, cum certis officiis deſtinare aliquos vult, hos donis diuerſis ornat: quorundam in pectus nurum infundit, qui gerere Magiſtratus debent. *Plutarchus in gerenda Republica præceptis, ex Platone.* Et vt in Apicularum rege naturale quid reperitur ad gubernandum accommodatum: ardet maculis auro ſqualentibus: maior paulo & longior eſt, quam reliquæ apes, cruribus rectio-

rectioribus vtitur: spiculo caret: quam diu viuit, colitur & obseruatur: aliorum labores circumit exhortanti similis: *vt in Georgicis Virgilius notat: scribit Columella libro 9. cap. 10.* Ita Politicus authoritate à Deo munitur: nec deserere Rempub. debet. *Idem ibid.*

II. Neque mas, neq; fœmina sine imperio ac disciplina agere quicquam debēt. *Plato de Legibus 12.* Ipsaque natura Magistratum requirit: cùm sine ordine cõstare nihil queat: necessariò alij priores, alij posteriores sint: & in omnibus, quæ in vnum disponuntur, quiddam nascatur principis vicem gerens. In corporum vniuersitate corpus cœleste reliqua moderetur: omnia animalia rationale animal regat: hominem ipsum diuinior anima. *Cælius antiquarum lectionum lib. 13. c. 29.* *Ratio 2. à natura cõditione.*

III. Accedit huc necessitas: siquidem corruit populus, vbi nullus gubernator. *Prouerb. 11.* Sunt homines sicut oues absque pastore, *Num. 27.* Ac pisces maris, & reptilia ducem non habentia, *Habacuc 1.* In diuersa omnes distrahuntur, nemine existente qui cõmune bonum curet, & in medium consulat. *Plato, 1. de Legibus. Vida lib. 2. de Reipublica dignitate. Simanca de Repub. lib. 5. cap. 1. & 2.* Seditionum ac licentiæ procellis cuncta agitantur. *Liuius lib. 39.* Leges etiam optimæ, non modo non prosunt ac ridentur, verum plurimum quoque nocent Reipub. *Plato, 6. de Legibus.* Literæ enim sunt: scriptura constant: neque opem ferre sua præsentia possunt: sed vt firmæ ratæque habeantur, Magistratus auxilium implorant. *Demosth. in Midiam.* Imo sine imperio nec domus vlla, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare: nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. *Cicero, 3. de legibus, Dion, lib. 41. Pontanus lib. 4. de Obedientia.* Testantur hoc ipsum non ἀναρχίας modo, verum etiam Interregnorum incommoda. Romæ è viuis sublato interregno, dissensiones ac seditiones plurimæ ortæ. *Plutarchus in Numa.* Alexandro mortuo, verum deprehensum fuit id, Demades *Ratio 3. à necessitate.*

D quod

quod dixit: exercitum eius Cyclopi eruto similem oculo esse: ipse, extremo in halitu interrogatus ab amicis, cuinam regnum relinqueret, Optimo respondit: quod præuideret, ingens sibi funebrale certamen amicorum futurum. *Diodorus, lib. 18.* Dissidentibus inter se Imperij Romani Electoribus de Imperatore, dum nouus eligeretur, qui tumultus, quot factiones, quæ bella sint exorta, exempla docent: Henrici IV. & Rudolphi, Sueuiæ Ducis: Friderici II. & Thuringiæ atque Hassiæ Landgrauij: Friderici Pulchri, & Ludouici Bauari. *Bodinus de Republ. lib. 6. cap. 5.* Quanta Iudaico in populo fuerint scelera perpetrata tum, cum legitimus rex ac magistratus nullus fuit: Spiritus Sanctus ostendit, quando in diebus illis non fuisse, populum qui gubernaret, affirmat, *Iud. 18.* Est enim Magistratus vinculum hoc, per quod Respublica hæret: est spiritus ille vitalis, quem tot millia trahunt: nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda: si imperij illa mens subtrahatur. *Seneca lib. 1. de Clementia. Lipsius, Polit. 2. cap. 1.*

Ratio 4. à simili.

Atque hinc Magistratus confertur cum coryphæo, quo sublato è choro, cantus parum conueniens est: & Duce, quo absente, acies sine ordine procedit: & Nauclero, quo priuata nauis fluctibus obruitur: & pastore, quo ex oculis remoto, grex dispergitur, ac lupo præda fit. *Aristoteles, Polit. 3. cap. 4. & in hunc Casus:* & anima in corpore: sole in cœlo. *Idem, lib. 4. c. 15.* & oculo, quo obscurato reliquæ partes minimè vident, & patre, qui ciues tanquam liberos diligit, ijsque necessaria suppeditat: & Medico, qui diligenter morbos quærit: mala ciuitatis sapienter curat. *Idem, Polit. 3. cap. 4. 5. & 12. In eundem Casus:* & denique vitibus ac arboribus, simul vmbram ac fructum præbentibus. *Ezechielis 31.*

Ratio 5. à commodis priuatis.

Sed & priuatim Magistratus prodest. Illiberalis enim ac sordidi est, sibi tantum viuere: nihil turpius, quam hospitium præbentem Rempubl. deserere. *Plutarchus in Præceptis gerendæ Reipubl.* Neque nostrum quisquam

quisquam sibi soli natus est: sed ortus nostri partem sibi patria vendicat, partem parentes, partem amici. *Plato, Epistola 9.* Propterea quoque hominem veteres φῶτα appellarunt, quod inclarescendi à natura ei amor est inditus. *Plutarchus in libello, An recte dictum: Latenter viuendum.* Turpe est ita viuere, vt nemo te vixisse sciat. Imo, hoc quoque perniciosum: quod, in otio vita consumpta, & animos & corpora perdit: ac, sicut aquæ sub vmbra latentes, non fluentes, putrescunt: ita facultates in vita motuum expertes pereunt. *Ibid.* Magistratus deinde Virum ostendit: &, vt cognosci non potest, integrum nec ne vas sit, nisi liquor infusus fuerit: ita nec homo cognosci potest, nisi imperium ei creditum commissumque fuerit. *Plutarchus in Præceptis Reipub. gerendæ.* Consequitur præterea honorem Magistratus: Deorum dignus appellatione iudicatur: imo non alio animo populus Rectorem suum intuetur, quam si dij immortales potestatem visendi sui faciant. *Psal. 81. Seneca 1. de Clementia.* Honor autem præmium amplissimum: diuinum bonum: *Plato, libro primo de Legibus:* externorum bonorum maximum. *Aristoteles lib. 4. Ethic. cap. 7.* laborem omnem dulcem facit. *Plutarchus de Animi tranquillitate:* præsidium firmissimum vitæ sine metu degendæ suppeditat. *Cicero, lib. 1. de finibus:* vltimo tertæ subit: etiam morti ac funeri inseruit. *Plutarchus in libello, An seni Respub. gerenda.*

Ad obiectiones de ingratitudine, odio, inuidia, seditionibus, incõmodis alijs allatas responsio.

Ac licet ingratitudo, odium, inuidia, seditiones, incommoda alia experiri interdum reges, principes, magistratus necesse habeant: tamen à Deo defenduntur. Vti Moses & Aaron contra lapidationem, *Num. 14.* & contra Chore, Dathan, Abiron ijdem, *Numer. 16.* & Dauid rex contra Absolomum & Sebam, *1. Regum 23. & 2. Regum 18.*

Subditorũ suspicionibus, quere-

Suspicionibus quoque, querelis, reprehensionibus subditorũ facile occurri potest: nec deserenda propterea Respub. Si quis primo ad suspiciones parum cõmo-

lis, reprehensionibus quibus modis occurrẽdum. das conniueat: inimicitias ac dissensiones veras relinquat: susque deque ferat, siue male siue bene audiat: cogitet de eo, quod Onomademus Chiorum princeps dixit: metuere sese, ne, si inimici nulli essent in vrbe, contendere cum amicis inciperent. *Plutarch. in Praeceptis Reipub. gerendæ.* Deinde, si populus aliquid habet suspectum, quod reuera bonum ac vtile Reipub. non cum omnibus, tanquam ex composito, sed, facta quadam separatione ac seiunctione, cum paucis agat: instituti rationes exponat placidè: operam det, vt quasi cõuicti sua à sententia discedant: quemadmodum Romæ Trib. pleb. Senatus restitit. *Idem ibid.* Tum etiam istud consideret, querelis, reprehensionibus, conuicijs effici: vt quis vsquequaque cautus sibique attentus viuat: & neque vel dicat, vel agat quicquam temere, aut inconsiderate, sed vitam tanquam in exacta victus ratione, sine reprehensione conseruet. *Plutarchus in lib. de Vtilitate ex inimicis capienda.*

Inuidia vt occurrendum. Inuidiæ porro vt occurrendum, Cicero docet: vt ostendatur primo, illa, quæ hanc excitarunt, multis magnisque parta laboribus ac periculis esse. Deinde, quemadmodum efficiens horum causa honesta, ita laudabilem finem vsumq; existere: ad salutem ea, non priuatam, sed publicam adhiberi. Tum, quo ad quantitatem, neutiquam magna, aut metuenda, verum mediocria esse. Tandem qualitas eorundem si spectetur, honesta, vtilia, necessaria, *lib. 2. de Oratore.* Neque hanc ad rem istud quod parum facere videtur: quod, vt Poëta ait, tantum

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit:
Tum suus ex merito quemq; tuetur honos.

Multi odio viui habentur: desiderantur ex hominibus sublati.

QVÆ-

QVÆSTIO VIII.

VTRVM MVLCTIS AC POENIS *quis adigendus, aut alia cogendus ratione sit: Magistratum vt gerat?*

QVemadmodum viri prudētes ac cordati diu multumque secum ipsi deliberare solent: gerere necne Magistratum, alijs præesse, commodare patriæ debeant: ita in controuersiam ac quæstionem istud venit; VTRVM, QVI OBLATVM RESPVIT AC RECVSAT MAGISTRATVM; HVNC VT RECIPIAT, COGENDVS SIT? Et quidem quod

AD MAGISTRATVM GERENDVM *inuitus nemo compellendus:*

Rationes, quib. ostenditur, ad Magistratum gerendum cogēdum neminem esse.

Ratio 1. ab exemplis.

Exempla primum docent eorum, qui delatos honores, oblata regna, Dinarchias, Magistratus deprecatione alijsque modis à sese remouerunt. T. Manlius Torquatus, renunciatus Consul, excusata oculorum valetudine, Centuriam illam, quæ suffragium tulerat, reuocari iussit: pessimum ac periculosissimum sese exemplum dixit introducturum: si oculis alienis Rempub. administrandam susciperet: hortatus est, alium magis idoneum vt eligerent. Cum vero cuncti instarent, alium, inquit, quærite, Quirites, ad quem honorem hunc transferatis. Nam si me gerere eum coëgeritis: nec ego mores vestros ferre, nec vos meum perpeti imperium poteritis. Itaq; suffragio denuo inito Consules electi alij fuerunt. *Liuius, lib. 6. Plinius de viris Illustribus, cap. 28. Valerius Max. lib. 6. cap. 4.* L. Quintius Cincinnatus, qui à patribus impetrauit: ne Consulatus sibi continuaretur. *Liuius, lib. 3. Dionysius, lib. 10. Valerius Max. lib. 4. cap. 1. Florus, lib. 1.* Germanicus, qui Imperator à militibus salutatus, excusando, imo gladium distringendo & αὐτοχειρίαν minitando, libe-

ratus est. *Dion ac Suetonius in Tiberio.* Belisarius, qui regnum Italicum à Gothis inuito sibi imponi noluit, *Egnatius, libro quarto.* Seruile deinde ac illiberale videtur, cogi aliquem ad Magistratum gerendum: qui si bonus extiterit; patriæ amans vltro ei inseruire cupit: sin malus; ne petendum quidem ab illo, Reipub, ad gubernacula vt sedeat. Tum neque quisquam bene ac diu istud facit, inuitus ac coactus quod facit. Rursus

Ratio 2. à turpi.

Ratio 3. à damno & incõmodo.

Rationes in cõtrariam & affirmãtem sententiam.

AD MAGISTRATVM GERENDVM *etiam inuitus compellendus:*

Ratio 1. à consequentib. malis.

Ratio 2. à bonorũ ac prudentum natura & conditione.

Ratio 3. à necessitate.

Quod I. si boni ac prudentes oblatos sibi honores ac Magistratus non admittant, eosdem praui & stolidi consequantur. *Plato, Epist. 9.* Bonorum deinde ac prudentum ea natura & conditio: quod quiescere atque obedire, quam imperare alijs, malunt; nec honorum cupidine flagrant. *Plato, lib. 1. de Repub. Simanca, de Repub. lib. 2. c. 8.* Et vt, natura iubente, pars vna potius discrimen subire cogitur, quàm totum pereat: ita Iustitia flagitat, vt boni etiam, periculosum potius Magistratum gerant, quam damnum aliquod Respub. sentiat. *Aristoteles Politic. 2. cap. 7. Et in hunc Casus.* Si quoque nauis instar Respubl. æstimanda, quæ omnium opus manibus officioq; habet: ideoq; in id incumbendum, non modo ne euertatur, sed vt in portum tutissimum sese recipiat: omnium ac singulorum eo consilia, opes, actiones dirigendæ: vt Respub. non seruetur solum: verum etiam indies feliciter augeatur. *Patricius de Republica institutione lib. 5.* Ideoq; & leges hac de re diligenter agũt. Si quis magistratus in municipio creatus munere iniũcto fungi detrectet: per pręsides munus agnoscere cogendus est remedijs, quibus tutores quoq; solent cogi ad munus, quod iniunctum est, agnoscendũ. *Digest. lib. 50. Tit. 4. de muneribus & honoribus:* nisi vacatio concessa; aut afferatur excusatio talis, quæ æquitate nitatur: vt ætatis, imbecillitatis corporis, professionis,

Ratio 4. à legum authoritate.

ſionis, egeſtatis. *Ibid. Tit. 5. de vacatione & excuſatione munerum. & Codicis lib. 10. Tit. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53.* in quibus de excuſationibus munerum, de quibus muneribus nemini liceat ſe excuſare, de ijs qui ætate, vel profeſſione ſe excuſant, vel morbo, vel numero liberorum, vel alijs modis, agitur. Quin & bene conſtitutæ Reſpub. multare eos ſunt ſolitæ, qui magiſtratus & officia publica recuſarunt: Athenienſis, capite: Romana, libertate: Sparta, patria. Et Sophænetus, quod dux declaratus, munus recuſaſſet, 10. multatus minis eſt. *Xenophon de Cyri minoris expeditione, lib. 5.* *Ratio 5. ab exemplis ac pœnis magiſtratũ officiaq; publica recuſantium.*

QVÆSTIO IX.

VTRVM ETIAM PARVIS, LEVIBVS, contemptis rebus ac negocijs Magiſtratus & Inſpectores conſtituendi, &, ſi talia oblata fuerint officia, obeunda?

VT ſuperioris Quæſtionis vſus magnus, cum Magiſtratus deferendi, delati admittendi aut recuſandi ſunt: ita & huius haud exigua vtilitas eſt: cum non magni momenti negocia ac officia committuntur. Vbi in negantem ſententiam; & quod *Vſus Quæſtionis.*

OFFICIA AC MVNERA PARVA non obeunda:

Valent iſta: quod ad magna illico adhiberi, ad nomẽ parandum, conciliandam authoritatem plurimum facit. Deinde, vt in re familiari videmus minutula officia famulis committi: honeſtiora patremfamilias ſibi reſeruare: & in naui non eadem eſſe officia remigũ & gubernatorum: ita non conuenit, ingenijs magnis ac erectis munus vile negociaq; leuia mandare: neq; his, eadem oblata ſi fuerint, ſuſcipere. Tum & ad contemptũ non modo perſonarum, verum etiam Rerumpubl. pertinere videtur: quando paruis ac leuibus negotijs Magiſtratus & inſpectores conſtituuntur. Contra, quod *Rationes in negantem ſentẽtiam. Ratio 1. ab honeſto ac laudabili. Ratio 2. à ſimili. Ratio 3. à turpi.*

OFFICIA AC MVNERA PARVA non contemnenda.

In affirmătem sententiam argumenta.

I. A studio multitudinis.

Illa probant: quia studium multitudinis, & illorum penes quos eligendi est potestas, minimè improbandum. Deinde, cùm in Magistratu moderatio maxime commendetur: huius argumentũ ac signum magnum est, cum quis etiam ad inferiores Magistratus sese demittit. Tum & publica istud vtilitas flagitat. Siquidem Reipublicæ prodest: vt minoribus quoque officijs, quæ contemni solent, aliquid dignitatis ac splendoris ab ijs adijciatur, qui illa suscipiunt: siquidem etiam à Viris Magistratus ornatur.

II. A moderationis indicio.

III. A publica vtilitate.

IV. A necessitate.

V. A fine.

Est præterea vtrumque necessarium: vt nec contemptui sese Politicus exponat, ambiendo magna officia: nec odium in se excitet, petenti Reipub. operam suam denegando. Sunt etiam multa, quæ si quis ipse aut per se agat ac tractet; abiectus idem ac sordidus videri queat: liberalis contrà & nobilis, si ciuitati exhibeat ac præstet. *Plutarchus in præceptis gerendæ Reipub.*

VI. Ab exemplis.

Vnde Cato nullam delati officij partem recusandam esse censuit: modo authoritati & gratiæ parandæ prodesset. Et Epaminondas Thebanus, cum contemptu quodam ac inuidia Telearchum eum ciues elegissent (cuius officium erat curare: vt sordes ex angiportis eijcerentur: recte deriuarentur aquæ: plateæ essent mundæ: sternerentur viæ) munus hoc in sese recepit: addita facti sui ratione: quod non solum Magistratus Virum: sed etiam Vir Magistratum ostendat. *Idem ibid.*

VII. A Reipubl. conditione ac dignitate.

Huc accedit, quod nihil abiectum iudicandum, quod in Republica geritur: nisi malis forte moribus vitiatum fuerit. *Simanca, lib. 2. de Republ. cap. 8. ex Cassiodoro, lib. 6. Variarum.* Neque vlla Reipubl. pars tam est vilis ac contempta, quæ inspectionem ac procurationem non requirat. *Plutarchus in Præceptis Reipub. gerendæ.*

VIII. A

Neque vero Lacedæmonij suos habuerunt tantum

ἁρμοστὰς:

ἁρμοσταὶ: Thessali, Archos. *Dionysius, lib. 5. Alexander ab Alexandro, lib. 4. cap. 23.* Pœni, Suffetem. *Liuius, lib. 3. & 4.* Ægyptij, Diœcetas. *Cicero pro C. Rabirio Posthumo.* Persæ, Megistanas. *Ammianus Marcellinus, & Suetonius in Caligula.* Achæi, Demiurgos: *Liuius, lib. 4.* Thebani Archinos. *Æmilius in Pelopida.* Longobardi, Exarchos. *Volaterranus, lib. 4. Geographiæ*: alij alios maiores Magistratus, quorum meminit Alexander ab Alexandro, *lib. 4. cap. 23.* verum iisdem & minores fuerunt. Nec apud Romanos solum extiterunt Consules, Prætores, atque extra ordinem Dictatores dicti, Censores, &c. de quorum imperio agit Sigonius *libro 3. de Antiquo Iure Prouinciarum, cap. 8. 9. 10.* & Fenestella: sed & succrescentibus negotijs alijs, minores magistratus multi creati: vt Triumuiri nocturni, Monetales, Agrarij, Capitales. *Iidem lib. 1. cap. 20.* Et Atheniensi in Republ. reperti sunt, Phylarchi, Phratriarchi, Demarchi, Prytanes, Proëdri, Epistatæ, Archontes, Polemarchi, Thesmothetæ: de quibus legendi sunt: *Demosthenes in Theocrinem, Midiam, Eubulidem, Polyclem, Leptinem, Neæram, pro Ctesiphonte, Plutarch. in Solone, Xenophon de Atheniensium Repub. Isocrates contra Lochitam; Pollux, Sigonius lib. 4. de Republ. Atheniensium, cap. 2. & 3.* Interim & reperti sunt, qui naualia curarunt: qui de verberibus ac vi quæsiuerunt: qui, Agoranomi, negotiationibus & nundinationibus præfuerũt: id curarunt, ne in emendo ac vendendo mendacij locus aliquis esset: qui, Metronomi, viderunt, vt mensuræ iustæ essent: nemo his deciperetur: qui, Sitophylaces, in eo occupati fuerunt, vt frumentum, farinæ, panes, precio æquo venderentur: qui, Emporij curatores, id spectarunt, vt frumenti, quod in Atticum Emporium adueheretur, partes duæ in Vrbem à mercatoribus deferrentur: qui nautarum ac mercatorum sibi commendatas lites habuerunt: qui vendita à ciuitate administrarunt: qui pecunias, quæ mulctæ nomine pendebantur,

varijs officijs ac muneribus diuersarum nationum & Rerumpubl.

acceperũt:qui, ζητηταὶ, pecunias publicas retẽtas acerbe exegerunt:qui, Sitonæ, externum frumentum Reip. nomine mercati sunt, & recondiderunt:qui, Astynomi, id negotij habuerunt, vt cum decoro ornatu ædificia, tam publica, quam priuata, vt & viæ, conseruarentur: in his collapsa reficerentur:limites communes sine cõtrouersia tenerentur: aquæ, in fontes abunde ac pure euntes, ciuitatem simul & ornarent & iuuarent: qui ad muros veteres reficiendos, τειχοποιοὶ, fuerunt adhibiti: qui præpositi sunt legibus, νομοφύλακες· & iuuenũ moribus σωφρονισταὶ· & γυναικονόμοι mulierũ modestiæ: & virorum sumptibus ac conuiuijs, οἰνόπται: qui rationes poposcerunt magistratuum & curationum, Logistæ. *Sigonius de Repub. Atheniensium lib. 4. cap. 3. ex Demosthene contra Euergum, ad Pantanetum, in Timocratem, Leptinem, Phormionem, Theocrinem, Eubulidem. Aristogitonem, Nearam, Leocharem. Ex Æschine in Timarchũ, & Ctesiphontem: Isocrate in Trapezitica: Plutarcho in Lycurgo, Solone, Themistocle, Pericle: Polluce praterea, Arpocratione, Suida.* Neq, sacra si considerentur, apud populum Iudaicũ locum saltem inuenerunt Pontifices, Sacerdotes, Leuitæ: sed etiam vsus idem fuit cantoribus, ianitoribus, Nathinæis: *de quibus, prater sacras literas, Iosephus lib. 8. & 20. ac Philo de Sacerdotum pramijs agunt: vt & Sigonius de Hebraorum Repub. lib. 5. à cap. 1. vsq; ad 8.*

QVÆSTIO X.

VTRVM MELIVS SIT SVBITO INclarescere, peruenire ad honores, dignitates, Magistratus magnos: an sensim ac gradatim? Et quibus in his modis atque rationibus vtendum?

COniuncta Quæstio hæc cum superiori proxima est: in dubium illud vocat, quod erecta vereque liberalia

beralia exercere ingenia solet: Num melius sit illico, an tarde, & quasi per gradus ad honores, Magistratus, imperia conscendere? Ac quæ hîc viæ & rationes obseruandæ. Neque vtramque in partem argumenta desunt. Et quidem quod sit

MELIVS, SVBITO EMERGERE: AD *magnos peruenire honores: consequi Magistratus: imperia adipisci:*

Argumenta pro ratione subito emergẽdi atq; inclarescendi splendide:

Illa: quod, de Pindari sententia, operum primordia & initia sic instituenda, vt splendentia ac fulgentia sint, sed non vno in loco, verum pluribus. *Plato, lib. 6. de legibus. Aristoteles, Politicorum 5. & Rhet. 1. Plutarchus in Præceptis Reipub. gerendæ.* Deinde vulgi hæc natura ac consuetudo est: vsitata, cõmunia, vulgaria contemnit: probat noua, inusitata, splendida. Vnde etiam fit: vt sæpe peregrini indigenis præferãtur: licet hi multis, quod aiunt, parasangis eos superent. *Plutarchus ibidem.* Tum etiam ab Inuidia magis immunis liberaq; inclarescendique hæc ratio est; quæ ingens virtutum tormentum, &, vt veterum quidam dixit, iumentum diaboli: nulla vero ratione meliori declinari potest, quam actionum initio splendido, illustri, celebri: quod, vt ignis, si subito ac celerior effulgeat, fumum non gignit: eundem excitat, cum paulatim & tarde exoritur: ita subita gloria ex legatione, aut re simili parta inuidiam non parit: sunt huic subiecti, qui paulatim, sensim, gradatim emergunt. *Idem ibidem.*

I. A Pindari testimonio.
II. A vulgi natura & consuetudine.
III. Ab inuidiæ declinatione ac fuga.

Sic Aratus Sicyonius Reipublicæ gerendæ splendidum initium habuit, euersionem scilicet tyrannidis Nicoclis. *Plutarchus in Arato.* Et Alcibiades, qui iuuenis adhuc clarus est factus, cum contra Lacedæmonios bellum excitauit. *Thucydides lib. 5. Plutarchus in Nicia.* Et Cn. Pompeius, qui, cum ob res gestas triumphum peteret, hic vero propter leges & ætatem ei denegaretur, maxime à Sylla: cogitare illum iussit, plures

IV. Ab exemplis eorum qui subito inclaruerũt,

solem

solem orientem, quàm occidentem adorare: etiam alia obtinuit à populo præter leges & morem Romanorum, *Liuius, lib. 39. & s. 109. Plutarchus in Pompeio, Appianus, lib. 1. belli ciuilis. Eutropius, lib. 6. Florus, lib. 3. Volaterranus lib. 18. Plinius de Viris Illustribus, cap. 77.* Et P. Cornelius Scipio, qui, cum per ætatem Romæ Consulatũ petere non liceret, ædilitatem petens, Consul est à populo Romano designatus propter res præclare in Hispania administratas. *Plutarchus in Scipione. Polybius, lib. 5. Orosius, lib. 4. Florus, lib. 2. Volaterranus, lib. 19. Plinius de Viris Illustribus, cap. 49.*

Et hi quidem omnes fortitudine sua & rebus militaribus clari sunt facti, quemadmodum Iulius Cæsar victorijs plurimis claruit. *Plutarchus in Cæsare, Dion, Suetonius.* Et Augustus, qui adolescens adhuc multis ac potentibus hostibus sese opposuit, eosdemque vicit. *Dion, lib. 45. & in sequentibus. Suetonius. Cicero in Philip. 3. 5.* Alexander Magnus, qui ante ætatis annum 33. totum fere terrarum orbem armis sibi subiecit: continuo victoriarum cursu ad Hypanim vsque peruenit. *Curtius, Arrianus, Plutarchus in Alexandro.* Sed sunt etiam aliæ viæ ac rationes, quibus subito quis inclarescere, & ad honores, dignitates, Magistratus peruenire, illustre comparare nomen potest, etiam tranquillis ac pacatis temporibus.

Rationes inclarescẽdi subito, pacatis ac tranquillis temporib.

I. Iudicium magnum recte administratum.

Prima est Iudicium magnum recte administratum: quod ingenium requirit ac prudentiam; experientiam diuturnam: amorem & studium boni, non priuati, sed publici. *Arist. Polit. 4. cap. 16. Plutarchus in præceptis gerendæ Reipubl. Cicero 3. Off. & in Oratione pro Cluentio. Demosthenes contra Midiam, Theocrinem, Calippum.* Ita magnũ ac celebre nomen Salomoni regi etiamnũ adolescenti peperit iudicium de infante altero viuo, mortuo altero latum, *3. Regum 3.* Areopagiticum apud Athenienses nobile iudicium extitit: quo nihil constantius, nihil seuerius, nihil fortius fuisse, Cicero *lib. 1. ad Atti-*

ad Atticum ſcribit: prouerbium de ſeueris ἀρεοπαγί-τας teſtatur. Magnam Romæ laudem adeptus L. Caſſius eſt, quem Quæſitorem ac Iudicem fugiebant ij, quibus periculum creabatur: populus Romanus veriſſimum & ſapientiſſimum iudicem putabat. *Cicero pro S. Roſcio.*

Altera, Legatio, verum magna. Vbi requiritur, vt qui legatum agit, ſit vir primo διάπυρος, quaſi igneus: hoc eſt, acer, ſtrenuus, induſtrius, integer etiam & candidus. Secundo, animoſus ac confidens, non timidus & meticuloſus. Tertio, habeat mentem, valeat ingenio: ſit inſtructus prudentia ac conſilio, & quidem ſubito. Poſtremo, ſit eloquens: non aliorum in dicendo vti opera cogatur. *Plutarchus ibid.* Hoc nomine Ser. Sulpicius celebratus: dignus ſtatua iudicatus à Cicerone eſt, *Philipp. 9.* Laudatus Crates Philoſophus, qui ab Athenienſibus legatus ad Demetrium Poliorcetem miſſus, obſidionis ſolutionem ab eo impetrauit. *Plutarh. in Demetrio.* Agis commendatus Spartanus, qui ad Philippum regem legatus miſſus, ſolus ſine comitatu regem acceſſit: cumque rex admiratus hoc eſſet; veni, inquit, vnus ad vnum: legatorum aliorum tacite ſumptus perſtringens. *Idem in Apophtheg. Laconicis.* Clarus eſt factus Anaximenes, qui, cum miſſus ad Alexandrum Magnum eſſet; Lampſacenis vehementer iratum, vt eum placaret: ille vero eo viſo, iureiurando affirmaret, nihil eorũ, quæ Anaximenes, quamuis præceptor, peteret, ſe conceſſurum: prudenter ac ex tempore; hoc ergo, inquit, à te peto rex, vt Anaximenis præceptoris tui patriam funditus euertas: eoque dicto effecit, vt vel inuitus Alexander Lampſacenis parceret. *Pauſanias, lib. 6.* M. Popilius Lænas, qui ad Antiochum Epiphanem legatus à Romanis ablegatus, celebre inde nomen reportauit, quod animo magno infractoque regem cunctantem reſponſumque differentem, virga circumſcripſit, ne vltra ſpacium illud diſ-

II. Legatio magna.

In legato quæ requirantur.

ſerendo

ferendo exiret: eoque Antiochum adegit, vt bellum contra Ptolomæum regem, populi Romani amicum susceptum, omitteret. *Liuius, libro quadragesimo quinto.* Illustres verò Eloquentia reddit legatos: Cineam, qui teste Pyrrho, plures Oratione sua, quam rex armis, vrbes subegit. *Plutarchus in Pyrrho*: Scopelianum, qui à Domitiano Imp. legatus missus, dicendi facultate singulari, quod petijt, impetrauit. *Philostratus*: Eustathium, qui eiusdem ob vim, Sapori Persarum regi in legatione gratissimus extitit. *Eutrop.*

III. Restitutio ac renouatio bene constitutorum, sed neglectorum in Repub.

Tertia via ac ratio est: Restitutio & renouatio eorum, quæ præclare quidem prudenterque in Republica constituta: post vero in desuetudinem venerunt, & neglecta sunt: vt & emendatio ac correctio illorum, quæ cum damno atque dedecore introducta in Rempublicam fuerunt. Vtrumque enim magnum laudeque dignum: & ab interitu ac contemptu vindicare, quæ semel lata atque instituta in Republica prudenter ac vtiliter fuerunt: & mature occurrere; nec locum ijs in eadem concedere, quæ pręter dedecus, etiam damnum dare magnum posse videntur. Quo nomine Cato ille Censorius clarus Romana in Republ. extitit. *Plutarchus in eius vita. Liuius, lib. 3. & 4. Volaterranus, lib. 14.* & Auidius Cassius Imp. *Vulcatius.*

IV. Magni momenti causa recte feliciterque in iudicio disceptata.

Quarta est Causa ac Controuersia magna recte feliciterque in iudicio disceptata: defensio fidelis hominis miseri ac deserti. Vnde celebres Romæ facti; Iulius Cæsar, Cato vterque, L. Lucullus, M. Tullius Cicero, Hortensius, Sulpitius: plurimi alij. Et commendatur hæc ratio *libro secundo Officiorum, & Quintiliano libro Institutionum Oratoriarum 12. cap. 7.* quod crediti sint ita clari iuuenes obsidem Reipublicæ dare malorum ciuium accusationem: quia nec odisse improbos, nec simultates prouocare, nisi ex fiducia bonæ mentis, videbantur: &, vt catuli generosi feris, ita hi malis infesti. *Plutarchus in Lucullo.*

Quinta

Quinta est *παῤῥησία*, dicendi libertas, aperta atque ingenua defensio Iustitiæ aduersus potentes. Vnde Romæ L. Philippus, Athenis Phocion celebritatem sunt nominis adepti. *Plutarchus in gerendæ Reipublicæ præceptis.* Verum periculosum interdum hoc esse ostendit: Callisthenes apud Alexandrum: Telesborus apud Lysimachum regem: Antiphon apud Dionysium Siciliæ Tyrannum. Itaque caute hîc ac prudenter agendum, ne pro authoritate & claritate nominis *παῤῥησίᾳ*, dicendi libertate, quæsita, odium atque exitium nobis creemus: maxime apud eos, qui fœnum, quod aiunt, in cornu ferunt: longas manus habent. Qua de re Plutarchus *in libello de amici & adulatoris discrimine agit*: vbi non paucos docet opinari tum sese libere dicere, cum conuiciantur: & alieno tempore vti *παῤῥησίᾳ*, atque ita homines adulatoribus obijcere. Iubet deinde libertatem lenitate temperare: nimiam copiam remouere: vt & leuitatem, contumelias, risum, scurrilitatem, ostentationem, captationem popularis applausus: obseruare decorum mediocritate. Modos præterea tradit mitigandæ libertatis dicendi: similium scilicet rerum vituperatione: alienæ personæ introductione: confessione ingenua eorundem in nobis delictorum: laudatione aliqua vel ante, vel post, posita: culpæ translatione in alios: expositione vtilitatis ac necessitatis *παῤῥησίας*: indicatione malorum, quæ ex intempestiuo silentio aut adulatione oriuntur: separatione & exceptione: distinctione admonitionis atque accusationis: præteritione, præcisione: promissione emendationis; voto ac optatione: deprecatione veniæ: *ἦθει*, vt agatur *ἠθικῶς* & *ἀσείστως*, infinire: nominetur nemo: ideoque irasci nemo queat, nisi qui de se ante confiteri voluerit.

V. Dicendi libertas.

Quomodo caute ac prudenter dicendi libertate vtendũ: hæc ipsa mitiganda: ne periculum creet.

Sexta via ac ratio est susceptio inimicitiarum, cum non omnibus, sed ijs tantum, qui primum authoritatem ac

VI. Inimicitiarum

Susceptio. tem ac dignitatẽ inuidiosam, formidolosam & terribilẽ habent: sunt deinde improbi homines, cùm redegerunt suam in potestatem Rempub. non virtute ac fortitudine quadam, sed vel dolo, vel audacia atque temeritate. Facile enim hic populus mutatur: vno ab extremo ad alterum venit: deiecti in locum sæpe deijcientem euehit. Hinc Athenis Phocion & Demosthenes clari sunt facti: quia Macedonicæ sese potentiæ opposuerunt: animose ijs restiterunt, qui hanc quouis modo inuehere conati sunt. Romæ insignem nominis gloriam sibi Cicero peperit: cum inimicitias suscepit contra Clodium, Pisonem, Vatinium, Agrarios, Catilinam, Antonium & alios. *Plutarchus in Cicerone.* Præmijs atque honoribus amplis condecorati fuerunt, tyrannos qui represserunt: Thrasybulus, Dion, Timoleon, Aratus & alij.

VII. Neutralitas. Septima est Neutralitas, vt ita loquamur: vt cum exortum est aliquod dissidium, diuersas in partes diuersi abeunt: nulli harum sese quis immisceat: sed medium ac communem omnibus præbeat: consilia, dicta factaque sua ad pacem & concordiam in Republica dirigat. Etsi enim medijs hisce ac neutralibus idem sæpe accidat, quod in medio habitantibus euenire solet, vt vtrinque scilicet premantur: victoris præda fiant: legẽ tulerit Solon, vt qui ciuili in discordia nõ in alterutra sese parte adiunxerit, sed solitarius separatusque à communi malo ciuitatis secesserit: domo, patria fortunisque omnibus careret, exul extorrisque esset. *Plutarchus in Solone, Gellius lib. 11. cap. 12. Lipsius, Politicorum lib. 5. cap. 6. Gregorius Tholozanus, lib. de Republica 22. c. 4.* nec rationes hic deesse videantur: tamen nihil virum bonum ac sapientem magis decet, quam à ciuilibus sese dissidijs subtrahere: nec pax & concordia constitui vlla potest, nisi medij aliqui sint, qui dissidentes inter se partes componant: non etiam istud raro accidit; vt, quod in fabulis lupus ait, homines aliud

aliud loquantur, aliud ſentiant: tertium quærant aliquem, quem opprimant. Qua de cauſa laudatus Atticus fuit: qui æque periculoſum eſſe ſtatuit, ciuilibus ſeſe ductibus atque maritimis committere: ideoque ciuili in bello neutri ſe parti adiunxit, ſed quieuit. *Nepos in vita Attici. Lipſius, vt ſupra.* Et Pollio, qui ad bellum Actiacum proficiſci noluit, licet à Cæſare rogaretur, vt hoc faceret. *Velleius Paterculus, lib. 2.* Vt verò hæ pro ijs rationes ac modi militant, qui ſubito emergere atque inclareſcere cupiunt: ita non minus pugnant, pro via cōtraria, qua ſenſim, pedetentim, & velut per gradus quoſdā ad honores, dignitates, magiſtratus peruenire licet: quodque ſit

Argumenta contraria pro ratione pedetentim ac gradatim emergendi & inclareſcendi.

MELIVS PEDETENTIM, SENſim, gradatim honores, Magiſtratus, imperia conſequi:

Probant: quod primo, etſi illuſtrior ac ſplendidior ille modus ſit, quo celeriter & ſubito inclareſcere licet: tamen cum periculo haud exiguo idem coniunctus: hic contra vt obſcurior & tardior, ita tutior ac diuturnior eſt. *Plutarchus in gerendæ Reipublicæ præceptis.* S[illegible]idem, de prouerbij ſententia, ſubito quod ſit, etiam [illegible]rire ſubito ſolet. Et in paruis honoribus timor exiguus: in magnis tumor magnus: in illis lapſus inſignis non reformidatur: in his metuitur: vti morbi acuti periculoſiores quam lenti eſſe conſueuerunt. *Ariſtoteles, lib. 5. Polit. cap. 8. & in hunc Caſus.* Neque natura illico perfectum quicquam producit: neque alijs in rebus ſumma ante officia demandantur, quam in inferioribus ac medijs data documenta fuerint. Neque in re nautica naues actuariæ aut cataphractæ, aut barbotæ, aut barziæ committuntur, niſi remos ante qui duxerint, exercuerint ſe in celocibus, lembis, cymbis. Nec in bello Imperator, aut equitum magiſter, aut

I. à diuturnitate ac incolumitate.

II. à naturæ exemplo.

III. ab exemplo artium aliarum.

 ordi-

ordinum ductor subito quis euadit: tyro ante, & miles triarius, veteranus extiterit: intermedios gesserit honores: egerit tesserarium, optionem, signiferum, necesse est. Et Ecclesiastica in disciplina gradus certi fuerunt, in quibus se exercuerunt, qui ad sacerdotij dignitatem aut Episcopatus contenderunt.

IV. à legũ præscripto & authoritate.

V. ab exemplo Rerumpubl.

Etiam leges ciuiles iubent: vt gradatim honores deferantur, & vt à minoribus ad maiores perueniatur. *Digest. lib. 40. Tit. 4.* Neque Romæ facile licuit, transcensis medijs honoribus, tribunatu plebis, prætura, ædilitate, ad Consulatum statim tendere: singulari istud exemplo T. Flaminio, Scipioni Affricano, Q. Metello, Augusto & paucis alijs contigit: dignumque memoria est, quod Plutarchus refert, Tribunos plebis Fuluium & Manlium, cum Flaminium consulatum petentem impedire conarentur, demonstrasse: mali rem exempli esse, iuuenem nondum Reipublicæ quasi primis sacris & mysterijs initiatum, ad summum honorem contra leges perrumpere. *Plutarchus in Flaminio, & P. Scipione. Appianus lib. 3. bellorum ciuilium.*

VI. ab exemplo virorum magnorum, qui gradatim ad honores ascẽderunt.

Sensim ita ac gradatim ascenderunt: Aristides iustus, sed pauper: Phocion Athenienses: Pammenes Thebanus obscurus: Agesilaus apud Spartanos, qui *teste Xenophonte, & Plutarcho in eius vita,* claudus, paruus, aspectu deformis, animo interim magno præditus, tandem rex est factus: M. Cato apud Romanos, qui perquam obscuris parentibus ortus, ad summos in Republ. honores peruenit.

Ratio gradatim emergendi.

Ratio vero hoc modo emergendi atq; inclarescendi est: cum iuuenes senibus, obscuri claris adhærent: doctis indocti sese applicant: magnis ac potentibus infirmi se adiungunt, eorundemque authoritate crescunt, ac velut radices agunt in Republica. Quemadmodum enim hæderæ solæ relictæ in altum non euehuntur: validas autem celsasque arbores amplexæ, vna crescunt & attolluntur: ita adolescentes ad ho-

nores

nores ac dignitates ascendunt: cum doctis, claris, prudentibus, magnis viris sese adiungunt. *Plutarchus in gerenda Reipublicæ preceptis* Ita Aristides Athenis inclaruit, cum Clistheni sese adiunxit: Romæ magnus factus Cato est, cum Qu. Fabio Maximo adhæsit: L. Lucullus illustris euasit, cum L. Lucullum coluit: Lysandri authoritate & opera promotus Agesilaus est: ad honores Epaminondas Thebanus peruenit, cũ Pammenem ducem amauit ac coluit: Gabriam secutus Phocion nomen est magnum adeptus.

Quam tamen ad rem duo necessaria esse videntur. Vnum, vt non temere ad cultum atque imitationem omnes proponantur, eum in finem, vt emergamus in Republica, sed adhibito iudicio, ij quærantur ac eligantur, qui non ἁπλῶς, simpliciter, clari, aut potentes, sed propter virtutem sunt: nec dominatum quærunt in alios, aut honoribus suis velificantur; aut inuidia quadam laudem ac gloriam adolescentibus subtrahunt. Quod fecerunt quidam: vt T. Quintius, qui propter felicitatem in bello odisse cœpit Philopœmenem Achæorum ducem: & Antonius Augustum: Traianum Adrianus: Pompeium Marcellinus: Michaëlem Imp. Basilius Macedo: Trebellium Iustinianus. *Qui ad cultũ ac imitationem proponẽdi.*

Alterum, vt gratitudo adsit: acceptorum maneat memoria. Multi enim multos amant, colunt, obseruant, comitantur: sed dum claues adhuc, quod dicitur, quærunt: his inuentis, cuculis magis ingrati euadunt. Laudatus ob gratitudinem in Gabriam Phocion est: commode hoc nomine Lucullus audiuit, qui fidem semper Syllæ præstitit. Commendatus Lælius fuit; qui, cum maleuoli Scipionis dicerent, omnium actionũ eius authorem Lælium, Scipionem tantum histrionem esse: nõ elatus hoc iudicio populi, Scipionẽ contempsit, sed constanter gloriam eius defendit. Nec minorem laudem Affranius reportauit, *Gratitudo necessaria.* *Gratitudinis exempla.*

qui petiturus Consulatum, cùm alijs fauere Pompeium videret, petere desijt: ne Pompeium offenderet. Placet enim populo ista modestia, multos amicos parit: minus sustinetur odij atque inuidiæ, si euentus instituto non responderit. Vt contra Agesilaus reprehenditur, qui ingrate ac contumeliose Lysandrum tractauit, intempestiua ambitione atque æmulatione motus. *Plutarchus in gerenda Reipublicæ præceptis.* Ita Ioas, rex Iudæorum, ingratus in Zachariam extitit. *2. Paralipom. cap. 24.* Leonidas in Agidem. *Plutarchus in Leonida.* Cassander in Antiochum. *Pausanias in Atticis.* Adrianus in Tatianum tutorem suum, & alios, quibus imperium debebat. *Ælius Spartianus.*

QVÆSTIO XI.

VTRVM, QVI VLTRO SESE INGERUNT & ambiunt Magistratus, admittendi?

SVnt qui leuitate quadam orta, aut ex inani gloriæ cupiditate, aut auaritia, aut contentionis studio, aut otio molesto, aliorumque negotiorum penuria ad Reipublicæ capessenda negotia aspirant: longa subsellia, & puluinos tantum non somniant: minime interim probandi, & ad Magistratus gerendos admittendi videntur. Vt enim domestico fumo qui laborant, foris sociennos quærunt: quibus miserias animo suo, vt ille ait, expuere conantur: & in circulis ac leschis sine causa hærent: in macello & tonstrinis noua venantur: ita publica officia ambiunt, inque hæc ipsa sese ingerunt quidam; quia, domi quod agant, non habent. Verum infelices in gubernatione sunt, quod per iocum ac ludum publica negotia tractant: post eorundem cum dolore atque dedecore difficultatem experiuntur. *Plutarchus in gerenda Reipublicæ præceptis.* Ambitione deinde qui laborant, similes Histrionibus sunt: qui ad Thea-

Ambientes Magistratus minime probandi & admittendi.

Ratio 1. à causis.

Ratio 2. ab imperitia gerendæ Reipub.

Ratio 3. à simili.

Theatrum ſeſe componunt, ſcenæque inſeruiunt: duo interim incommoda magna: ſeruitutem & προσκρούσεις, offenſiones plurimas, ſentiunt. *Idem ibid.* Cum Ixione conferti compararique videntur: qui apud Poëtas dicitur cum nebula pro Iunone concubuiſſe, atque ita Centauros procreaſſe: quod ambitioſi, dum cœlum ſeſe digito attingere opinantur, plerunque facinora adulterina & exilia edunt: monſtroſos ac centauricos habent impetus: multa propter imperandi cupiditatem iniuſte agunt. *Plutarchus in Agide.* Tum & imperandi illa cupiditas leuitatem præ ſe quandam ferre videtur: authoritatem nullam parit. Imo quo quiſque Magiſtratum appetit auidius: eo magis à populo contemnitur, ſeque ipſum commendare neceſſe habet. *Plutarchus in gerenda Reipublicæ præceptis.* Verum poſt deprehenditur, quod Seneca ſcribit; ambitionem ad dignitatem non, niſi per indigna, ducere. *Ratio. 4. à turpi.*

Exemplo ſint Abimelecus, qui ſeptuaginta fratres propter regnandi cupiditatem interemit: in Sichemitas occupauit imperium, *Iudicum. 9.* Cambyſes, qui eadem de cauſa Smerdem fratrem è medio ſuſtulit, *Herodotus lib. 3.* Antoninus, qui ſupra matris pectus Getam fratrem obtruncauit; hoc addidit: SIT DIVVS, MODO NON VIVVS. *Herodianus lib. 4.* Sigebertus, Clotharij Francorum regis filius, qui fratrem Childericum incautum occidit. *Ritius lib. 1.* Boleslaus, Vratislai Bohemorum regis filius, qui fratrem Wenceslaum ex hominibus abire coëgit, *Sigebertus.* Frengo Danorum rex, qui fratrem ſuum trucidauit. *Saxo lib. 3.* Lechus Craci Polonorum regis filius, qui fratrem Cracum incautum in venatione necauit. *Cromerus lib. 2.* Richardus II. Anglorum rex, qui Thomam fratrem ex inſidijs interfici curauit. *Polydorus lib. 20.* Conſtans Imperator, qui fratrem Theodoſium hanc cum morte commutare vitam coëgit, *Cedrenus.* Lacedæmonij, Græciæ imperium affectantes pacem communem per

Antalcidam constitutam violarunt. *Diodorus Siculus, libro 15.*

Ratio 5. à legum autoritate.

Et peccatum hac in re varijs modis Romana in Republica, vindicatum itidem legibus latis fuit: *quas Sigonius, lib. 2. de iudicijs, cap. 30. recenset.* Pœtelia, contra nundinas & conciliabula prensandi causa instituta: Bæbia, Æmilia aduersus largitores lata: Cornelia, Fuluia: prohibente, ne suffragia donis ac muneribus emerentur. Maria, quæ, *vt Cicero lib. de legibus 3. scribit,* pontes in Comitijs angustos fecit: ne cui suffragatori ad rogandum locus in ijs pateret. Fabia, quæ de numero sectatorum egit. Acilia, Calpurnia: quæ statuit, vt, ambitus damnati qui essent, ijs neque magistratum capere, neque in senatum legi liceret: pecunia simul mulctæ loco, vt & exilium, intentaretur. *Dio, lib. 36.* Aufidia: qua constitutum fuit, vt domi diuisores qui haberent, aduersus Rempublicam facere viderentur. *Cicero in Epistolis ad Atticum, libr. Epistol.* Licinia, in eos lata, qui sodalitia & ambitum commisissent. *Cicero pro Plancio* Pompeia, quæ eiusdem accusatores, magno præmio proposito, constituit. *Dio.* Iulia Augusti, qua statutum fuit: vt, qui largitionibus magistratum petijssent, quinquennio vacarent. *Dio, libro 54.* Meminerunt harum legum etiam Suetonius in Cæsare, *Cicero libro 1. Officiorum, & libro 3. de Legibus: vt & in Orationibus pro Murena, Cluentio, Sylla, Plancio, in Vatinium habitis. Manutius de legibus Romanis. Nicolaus Gruchius de Comitijs Romanis, libro primo, capite 5.*

Agunt præterea contra ambitum dominandiq; cupiditatem: Plato, *libro primo & septimo de Republica: quarto de legibus.* Aristoteles *Politicorum tertio, capite septimo.* Isocrates *in Areopagitico.* Seneca *libro secundo de Beneficijs, Animique tranquillitate.* Et leges ciuiles, quæ volunt: vt, si quis contra legem Iuliam ambitus in municipio magistratum aut sacerdotium petierit,

tierit, centum aureis cum infamia puniatur. *Digest. libro 48. Titulo 14. de lege Iulia ambitus. Cod. lib. 9. Tit. 26. Instit. lib. 4. Tit. 18. de publicis iudicijs:* vbi inter ea etiam lex Iulia de ambitu recensetur.

QVÆSTIO XII.

VTRVM LARGITIONIBVS VTI, & emere Magistratus ac honores liceat?

EX ijs, quæ modo vndecima sunt in Quæstione notata, etiam de hac quid sit sentiendum; facile intelligitur. Etsi enim tum exemplis, tum rationibus probari posse videatur: quod

LARGITIONES AC NVNDINAtiones admittendæ: emendi Magistratus & honores:

Pro largitionibus rationes.

Quia I. Magni ac clari viri hac ratione vsi. Cæsar largitionibus effusisque sumptibus ita populum Romanum mouit, vt nouos magistratus ac honores quisque quæreret, quibus eum afficeret. *Plutarchus in Cæsare.* Imperium Iulianus obtinuit, cum militibus promisit, daturum quæ vellent: habere sese magnas opes, plenos auri argentique aceruos. Eodem tempore illud ipsum fuit licitatus Sulpitianus, vir consularis ac præfectus Vrbi. *Herodianus lib. Ælianus Spartianus.* Antonius Heliogabalus vendidit honores, & dignitates, & potestatem, tam per se, quam per omnes seruos. In Senatum legit sine discrimine ætatis, census, generis, pecuniæ merito. *Ælius Lampridius in Heliogabalo.* Philippus militum animos largitionibus demulcens, Imperium adeptus est. *Zosimus. Pomp. Lætus in Philippo.* Idem consecuti sunt multi alij, auctionibus quasi factis.

Ratio 1. ab exemplis.

Ratio 2. à consuetudine Romanorum, ac Carthaginensium.

Etiam Carthaginensi in Republica velut laudabile, concessum fuit, Magistratus emere: quam vt rectam ac præclaram commendat Aristoteles *lib. Polit. 2. cap. 11.* Et Romæ olim in honorum petitione nō modo adhibiti amici, propinqui, necessarij fuerunt: probati salutatores, deductores, sectatores, suffragatores: admissæ nomenclationes, appellationes blandæ: verum etiam grata extitit benignitas in dandis congiarijs, prandijs præbendis, gladiatoribus exhibendis, locis parandis, pecunijs diuidendis. *Sigonius, lib. 2. de Iudicijs, cap. 30. ex Liuio, Cicerone, Asconio.*

Ratio 3. à simili.

Et si feudum à cliente vendi inter agnatós iure potest; multi magistratus sic dantur, vt iuris hæreditarij vim habeant: quid ni emere eosdem liceret? *Casus in lib. Polit. 2. c. 9.*

Ratio 4. ab vtili & honesto.

Cum præsertim & vtilitati illud & honestati inseruiat: quandoquidem ita Res crescit publica: ditiores ij fiunt, penes quos eligendi potestas est: & liberalitas atque gratitudo laudem parit: neque turpe, mercari officia: si modo, qui dat, non secreto, sed publice det: & cupiat prodesse: & sit idoneus. *Geminianus.*

Ratio 5. à modis & conditonib. largitionū.

Atque ita opes ac diuitias suas ostendat: quæ neutiquam in legendo Magistratu negligendæ: propterea quod (vt alia omittantur, quæ post afferentur) fieri non posse videtur: vt is, cui desunt rei familiaris facultates, recte fungatur magistratu, & otietur. *Aristoteles, Politic. 3. cap. 11.* Rursus argumenta plura & meliora sunt, quæ probant contrarium:

QVOD NON LARGITIONIBVS *vtendum: nec Magistratus & honores emendi.*

Contra largitiones rationes.

Ratio 1. ab incōmodis.

Quia I. Reipublicæ male constitutæ argumentum, cum Magistratus venales sunt: principatus ac regna pecunia parantur. *Plato, lib. 8. de Republica.* Efficit hoc vt maiore in honore atque precio sint diuitiæ, quam

virtus,

virtus, & vt tota ciuitas immoderato pecuniæ studio dedita sit. Quicquid autem honoratum principes ciuitatis, & dominatum in Republica obtinentes existimarint: idem & reliquis ciuibus tale videatur necesse est. *Aristotelet, 2. Politic. capite 11.*

Probabile est porro eos, qui magistratus emerunt, cum impensam fecerint in magistratum, assuescere quęstum facere. *Idem ibidem.* Et certe prouincias spoliari, ac nummarium tribunal, audita vtrinque licitatione, alteri vendi non mirum: siquidem, quod emeris, vendere Iuris gentium est. *Seneca, lib. 1. de beneficijs.*

Ideoque Seuerus Imperator nundinationes tales prohibuit: necesse esse dixit, vt, qui emit, vendat. *Lampridius in Seuero.* Nero Imperij initio Senatui promisit: nihil suis in penatibus venale sese permissurum. *Simança, libro 6. de Republica capite 16. ex Cornelij Taciti libro tertio Annalium.* Alexius Angelicus initio proclamari iussit, Magistratus sese non venditurum, sed, delectu ex optimis habito, gratuito mandaturum. *Nicetas libro secundo.* *Ratio 2. ab authoritate.*

Quin ad ipsius Magistratus contemptum & officiorum publicorum res hæc facit: quandoquidem pretium quod habet, hoc ipso vilescit. *Quintilianus, libro 12. Institution. Orator. Simanca, libro 6. capite 17.* Vnde in Nouellis Constitutionibus, *Const. 8.* Imperator cum mandat, vt Prouinciarum Præsides puris vtantur manibus: ab omni acceptione abstineant; solis ijs contenti sint, quæ à fisco dantur: non aliter fieri illud posse affirmat: nisi & ipsi cingula sine mercede percipiant: nihil omnino dantes nec occasione suffragiorū, neque ijs qui cingula habent, nec alij omnium vlli. Et additur ratio ibidem: Quod aurum qui dat, atque ita administrationem emit; non dat hoc solum, quantum occasione adinuentum suffragiorum est: sed & aliud extrinsecus addit amplius occasione commodi, administrationem aut dantibus, aut spondentibus: & *Ratio 3. à contemptu, quem largitiones inducunt.* *Ratio 4. à testimoniis ac legibus.*

sic vno principio illicito dato, plurimas necesse est manus circumire eum, qui donationem facit. Leges ergo, non exempla, hic valeant, quorum quisnam exitus extiterit, Historici ostendunt, ex quibus illa depropta fuerunt. Et vt alijs de causis Aristoteles Carthaginensium Rempubl. commendat: ita propter venales magistratus reprehendit: incommoda recenset, quæ inde oriri solent.

Ratio 5. à testimonio Aristotelis.

Nec feuda, ac iuris hæreditarij vim habentia, vt vendantur, sed alium in finem esse data constat: quemadmodum & illud: minime vel publice, vel priuatim nundinationes tales prodesse: sed ruinam atque interitum, tum Magistratibus & Imperijs, tum iudicijs afferre: cum horum fundamentum Iustitiam subtrahat: nec tam in mandandis honoribus ac officijs publicis ad opes sit respiciendum, quam alia spectanda, de quibus deinceps agetur.

Obiectorum refutatio.

QVÆSTIO XIII.

VTRVM SEXVS RATIO HABENDA: *etiam fœminæ ad gubernationes ac Magistratus admittendæ?*

CONtrouersa admodum hæc quæstio, multisque in regnis ac Dinarchijs agitata: Num muliebre imperium admittendum? Rerum administratio penes fœminas esse debeat? Et quidem, quod

A GVBERNATIONE AC IMPERIO *Fœminæ non excludendæ:*

Rationes pro muliebri imperio.

Ratio 1. ab exemplis.

Probant primo exempla: Deboræ, quæ magna cum laude populum Iudaicum rexit, *Iudicum 4.* Semiramidis, quæ ob formam & prudentiam bellicam à Nino, Assyriorum rege ducta, mortuo illo, Babylonem vrbem condidit: vniuersam Asiam præter Indos subegit: quadraginta duos annos regnauit. *Diod, lib. 2. c. 5.*

A cuius

A cuius post tempore receptum fuit: vt vxores regum post eorum morem regnarent. *Arrianus lib. 1.* Quin & morem hæc introduxisse fertur, vt maritis vxores imperent: harum illi dictis audientes esse cogantur. *Alexander ab Alexan. lib. 4. cap. 8.* Zarinæ Sacarum reginæ, ad quam Parthi à Medis defecerunt: quæ barbaras gentes plurimas suam in potestatem redegit: vrbes condidit multas: admirationi cunctis extitit. *Diodorus, lib. 2.* Semiamiræ, Heliogabali matris: cuius in gratiam Senatulus, id est, mulierum Senatus, Quirinali in Colle Romæ est admissus. *Lampridius in Heliogabalo.* Zenobiæ, Odenati vnius ex triginta Tyrannis coniugis, quæ, multorum sententia, fortior marito extitit. *Trebell. Pollio in 30. Tyrannis.* Post Odenatum maritum, imperiali sagulo perfuso per humeros habitu, donis ornata, diademate etiam accepto, nomine filiorum imperauit. Cui Aurelianus Imp. in quadam ad Senatum Romanum Epistola laudem tribuit: quod sit prudens in consilijs: constans in dispositionibus: grauis erga milites: larga, cum necessitas postulat: tristis, cum feueritas poscit: illius sit, quod Odenatus Persas vicerit: & fugato Sapore, Cthesiphontem vsque peruenerit. *Idem ibidem.* Eudociæ, quam morti vicinus Constantinns Ducas Imperator liberis matrem, Imperatricem ac nutricem ac dominam reliquit, mandata Imperij administratione: quod ei modesta videretur, nec minus ad tractationem rerum apta, quam ad liberos educandos ingeniosa. *Zonaras in Constantino Duca.* Irenes, quæ mortuo Imperatore Leone, vna cum filio Constantino, decimum tum ætatis annum agente, Imperium suscepit: cuius quamdiu imperio obtemperauit, cuncta domi ac foris sese bene habuerunt: nullæ populorum querelæ, nulli bellorũ motus: pace & otio omnia floruerunt: secus eadem ab imperio remota. *Zonaras & P. Diaconus in Cõstantino & Irene.* Theodoræ, quæ pellendi tyranni causa extitit. *Zonaras in Mi-*

in Michaële Calaphate & Zoë ac Theodora sororibus. Vendæ in Polonia, Craci filiæ, cui regnum Poloni detulerunt: quæ Ritigeri Marcomannorum ducis nuptias respuit, principem se esse malle inquiens, quam principis vxorem. *Cromerus lib* 2. Libussæ, Croci Bohemorum Ducis filiæ: quæ Bohemiam totam sola primo gubernauit: post Primislao rustico nupsit, cum seditiosa multitudo Virum expeteret, qui sibi dominaretur. *Æneas Syluius.* Margaritæ, quæ Daniæ ac Noruegiæ regina creata, Sueonum rege Alberto superato, etiam Suecorum regnum inijt. *Ioannes Magnus, lib. 19* Alexandræ, qnæ ab Alexandro, Iudæorum rege marito, administrando regno ex testamento præposita, licet duos haberet filios, Aristobulum & Hircanum, nouem annis principatum summa cum laude administrauit. *Iosephus, lib. 13.*

Ratio 2. à conditione sexus fœminei.

Nec deinde rationes desunt: quandoquidem sexum neque censura, neque Virtus eligit. *Seneca, Epist. 3. Lipsius, Polit. 2. cap. 3.* Non semper masculum quicquid gignitur perfectius eo est, quod fœmininū nascitur. *Cabotus, libro 1. disputationum, cap. 38.*

Ratio 3. ab exemplis fœminarū in consiliū adhibitarum.

Et sunt inuentæ, etiam adhuc inueniuntur non paucæ præclare instructæ parat æque ab ingenio, prudentia, doctrina, animi magnitudine, gubernatione dignę: grauissimis in negotijs ab hominibus laudatissimis in consilium adhibitæ. Egregia multa, leges plurimas & vtilissimas, Numa II. Roma. Rex, iussu Egeriæ Nymphæ, vxoris suæ, tulisse dicitur. Notum illud Poëtæ:

Illa Numæ coniunx consiliumque fuit.

Ouidius, 3. Fast. Liuius, lib. 1. Plutarchus in Numa, Florus, lib. 1. cap. 2. Cicero lib. 1. de legibus, Valerius Max. lib. 1. cap. 3. Cyrus Persarum rex Aspasiam suam consuluit: eidem obtemperans arduis in rebus, bene feliciterque rem gessit. *Ælianus, lib. 12.* Liuia, Augusti Cæsaris vxor, quam in consilijs dandis prudens exti-

terit

terit: vel artificiosa illa oratio ad maritum habita ostendit: in qua rationes exponit, quibus aduersariorum ac hostium occurrendum insidijs sit. *Dio, lib. 55.* Theodora Iustiniani Imp. Coniunx in consilium de rebus grauissimis adhibita. *Ioan. Magnus, Gothicarum Hist. lib. 13.* Quod & ipse fatetur, cum *Nouel. Constit. 8.* hæc, inquit, omnia apud nos cogitantes, & hic quoque participem consilij sumentes eam, quæ à Deo data est, nobis, reuerendissimam coniugem; ad hanc sacram venimus legem, &c. Lacedæmonij quoque mulieres publicis in consilijs assumere, adhibere in Curia ad exequenda negotia sunt soliti: earundem arbitrio decreta multa fecerunt. *Aristoteles, lib. 2. Polit. cap. 7. Plutarchus in Agide & Comparatione Numæ ac Lycurgi.* Athenienses veteres has consilijs publicis interesse ac suffragia ferre voluerunt. *Varro.* Apud Gallos, quoties de bello aut pace consultandum fuit, illas quoque consuluerunt. *Plutarchus de Virtutibus mulierum.*

Etiam priuatim Vxorum monita maritis plurimum profuerunt: vt Pithei, quæ ab auri cupiditate nimia eum abduxit, cum omnia auro concinnata afferri iussit: cibum nullum apposuit fame laboranti. *Plutarchus ibid.* Iuliani, quæ ob exactiones nimias Imperatorem reprehendit: effecit quoque, vt has ipsas postea detestaretur; fiscũ lienem appellaret: quod eo crescente, artus reliqui tabescant. *Aurelius Victor in Iustiniano. Tiraquellus in Legibus connubialibus, lege 11. n. 11. vbi & Catalogus bene longus earum mulierum habetur, quæ eruditione ac doctrina viros superarunt.*

Magno præterea animo præditas fortesque esse easdem nemo negabit: cum ob fortitudinem Debora commendetur, *Iud. 4.* & Iudith, *cap. 13.* & Semiramis Nini vxor. *Iustinus lib. 1.* & Tomyris, quæ Cyrum superauit. *Herodotus lib. 1.* & Amazones. *Diodorus Siculus, lib. 3.* & Artemisia Cariæ regina, quæ pro Xerxe contra Græcos streue fortiterque pugnauit. *Herodotus, lib.*

Ratio 4. à fortitudine fœminarũ.

tus lib.8. Valasca Boëma, *Dubrauius, lib.2.* Plures aliæ, quarum meminit Plutarchus *in libello de Virtutibus mulierum, Gregorius Tholozanus, lib.7. de Repub.c.11.*

Ratio 5. ab authoritate legum.

Quin & leges vitium illud antiquæ subtilitatis corrigunt: quo alia iura fœminarum & masculorum constituta in successionibus testamentarijs & ab intestato fuerunt; *Cod. lib. 6. Tit. 28. de liberis præteritis vel exhæredatis. & Nouella 115. cap. 3.* Et vnum ordinem in omnibus ponere sese nepotibus & pronepotibus affirmant: non ferentes fœminam à masculo in talibus minui: quod neque masculus ipse in se, neque fœmina solum ad natiuitatis propagationem sufficiens sit: sed, sicut vtrumque eorum cooptauit DEVS ad generationis opus, ita etiam eandem vtrisque seruandam æqualitatem esse censeant. *Nouella Constitutione decimaoctaua.* At sunt & contra rationes, planum quæ faciunt: quod

Rationes contra muliebre imperium.

A GVBERNATIONE AC IMPERIO *Fœminæ excludendæ.*

Ratio 1. ab authoritate diuina.

Quia I. lex diuina subesse, non imperare viris fœminas iubet, *Genes. 3 & 1. Epist. D. Petri, cap. 3. ad Ephesios 5. ad Colossenses 3. ad Corinthios 1. capite 11.* Deinde Naturæ lege magis ad imperandum aptum, quod est masculum quam quod fœmineum est: nisi forte à natura ipsa defecerit. *Aristoteles Politicorum 1. cap. 8. Bodinus, lib.6. Politicorum cap.5. Lipsius, Politicorum 2.c 3.*

Ratio 2. à lege natura.

Quia viris dedit prudentiam, animi magnitudinem, robur, vim imperandi mulieribus ademit: aut saltem imbecillam, languidam imperfectam concessit. *Arist. Polit. 1. cap. 8.* Largita hæc eadem calliditatem est: instruxit dolis harum pectus: sed vim negauit, ne inexpugnabiles essent: frangeret vires timor. *Plato, 7. de Legibus. Seneca in Octauio. Lipsius, Polit. 2. cap. 3.* Accedit huc loquacitas. Qui enim fœminæ aliquid committit, idem facit, ac si in foro denunciaret voce præconum omni-

omnibus. *Antiph. apud Stobæum, Sermone 72.* Et merito, inquit illa, loquaces omnes habemur: nec mutam repertam vllam esse hodie dicunt mulierem vllo in seculo, *Plautus in Aulularia.*

Quin & virilia munera multa sunt fœminarum sexui ac pudori contraria. Magistratus enim publica est persona, & palam atque publice sui facere copiam debet: contra ergo muliebrem pudicitiam est visum bonis, hominum eas consortijs interesse. *Bodinus, lib. 6. de Republica.* Fœminæ est, manere domi: tolerare colo vitam: famulas ad lumina longo exercere penso: *vt Virgilius requirit 8. Æneid.* *Ratio 3. à turpi.*

Huc accedit, quod, quo magis ob naturæ imbecillitatem animorum sunt motibus obnoxiæ; eo, quoties legum frænos licentia perruperint, longius progrediuntur; difficilius reuocantur; ad modestiam vix vnquam redeunt: quippe morborum ac remediorum iuxta impatientes. Quod si quæ inter eas fortiores videntur, eo magis sunt periculosæ: quod vehementiores impetus habeant: & quæ tædio sexus fœminam semel exuerunt, etiam vltra curas viriles licentiam extendere volent. *Buchananus lib. 12. rerum Scoticarum in oratione Kennedi.* Neque illud contemnendum, quod quanto quisque sui minorem fiduciam habet, tanto facilius aliorum dicta & facta ad suam contumeliam accipit: vehementius irascitur: ægrius pacatur: immoderatius vindictam exercet: & velut contemptum sui vlciscitur. Hæc omnia, quam sint Magistratum gerentibus aduersa, nemo ignorat. *Idem ibid.* *Ratio 4. à petulantia ac insolentia muliebris sexus.*

Vt nihil de eo nunc dicam, quod male rem fœminæ ad gubernacula admotæ gesserunt. Crudelis ac iniusta Attalia: Cleopatra libidinosa simul & sanguinolenta: Semiamira Heliogabali mater meretricio more viuens, turpia cuncta exercens in aula: Senatusconsulta videns ridicula de legibus matronalibus: quæ quo vestitu incederent? quæ cui cederet? quæ ad cuius oscu- *Ratio 5. ab exemplis male administrata Reipub. à muliebri sexu.*

osculum veniret? quæ pilento, quæ equo saginario, quæ asino veheretur, quæ carpento mulari, quæ boū? quæ sella? & vtrum pellicea, an ossea, an eborata, an argentata? quæ aurum vel gemmas in calciamentis haberent? *Ælius Lampridius in Heliogabalo.* Vnde cautum post etiam fuit, ne vnquam mulier Senatum ingrederetur: vtque inferis caput eius dicaretur deuoueretur que, per quem factum istud esset. *Idem ibid.* Alexandro Imp. atque adeo imperio Romano toti mater Mammæa nocuit plurimum, cum domi eum retinuit: muliebri pauore, & charitate filij nimia: suadens, alios potius periculis exponeret, quam ipse in acie consisteret. *Herodianus in Alexandro.* Nec eidem multum Liuia Tiberij mater profuit: quæ superbia reliquas fœminas omnes longo post se interuallo reliquit: extra consuetudinem populi Romani introduxit plurima. Quæ indigne ferens Tiberius nihil post insolens agere ei permisit: etiam decretos honores, exceptis minimis, improbauit. *Dion lib. 57.*

Ratio 6. à turpi. Quin & seruum nimis seruitium est mulieribus obedire: & vbi hæ imperant, non modo à libertate, sed etiam à seruitute homines degenerant. *Tacitus, de moribus Germanorum, Lipsius, libro 2. Politic. 3.*

Ratio 7. à testimoniis. Vnde Romanis moribus prohibitum erat iudicare, vel arbitrium suscipere. Et DEVS, quoties nominis sui hostes vlturum sese minitatur, fœminarum imperijs eos subditos fore minitatur: quasi malorum omnium extremum illud sit. *Esaiæ 8. Bodinus, libro 6. capite 5.* Itaque, vt tulerint quidem in summo honoris gradu nationes quædam fœminas, non illas quidem iudicio & suffragio electas, sed nascendi sorte oblatas: nullus tamen vnquam populus, cum libera essent suffragia, cum Virorum quantulacunque esset copia, sibi fœminas præfecit. *Buchananus, rerum Scoticarum lib. 12. in Oratione Kennedi.*

QVÆ-

QVÆSTIO XIV.

VTRVM IN MAGISTRATV LEGENdo ætatis ratio habenda?

Vsus quæstionis.

QVemadmodum sexus est ratio in mandandis Magistratib⁹ habēda: ita spectanda ętatis quoq; ratio est: nec incommode quæritur: Iuuenibus ne an senibus illi committendi. Et peccari hîc vtrinq; solet, cum vel adolescentuli imperiti rerum, senioribus præferuntur: vel, his plane exclusis, magistratuş dantur senibus admodum decrepitis, & iam pueris factis. Magnum vero quæstio hæc vsum habet: cum ad regnum aut principatum aliquem obtinendum quis commendandus: quod de ætate iuuenili obijcitur diluendum est: quēadmodum Cic. in Philipp. Augustum Cæsarē commendat: refellit id, quod de legibus annalibus à nonnullis obijciebatur. Quod autem

SENIBVS MAGISTRATVS GERENDUS: Res capessenda publica:

Rationes pro Senib.

Ratio 1. à testimonio S. Scripturæ.

Probant, quæ sequuntur: quia primo in antiquis sapientia, & in multo tempore esse prudentia: annorum multitudo sapientiam docere dicitur. *Iob. cap. 2. & 32.* Speciosum canicici iudicium, & speciosa veteranis sapientia, gloriosus intellectus & consilium habetur, *Ecclesiast. cap. 25.* Væ esse terræ illi docetur, cuius rex puer est, *Eccl. 18.* Deinde nomen hoc indicat, clauum imperij seniores tenere oportere. Appellarunt Spartani Magistratus suos πρεσβυγενεῖς, natu grandiores, & γέροντας, senes: à senio nomen apud Romanos Senatus accepit: γερουσίαν Curiam vocari Romulus voluit. *Plutarchus in libello, An Senibus Respublica gerenda? & in vita Romuli.*

Ratio 2. à nomine & appellatione.

Ratio 3. ab autoritate Platonis,

Legibus præterea constituendum esse Plato monet, ne quis Magistratum quenquam gerat, qui pauciores,

& legum ciuilium. quam quinquaginta annos habuerit. Iuuenes non admittit, quod soleant esse simplices & minime mali & improborum hominum versutijs facile circumueniantur: cum earundem affectionum exempla in se minime habeant. *lib.3 & 5. de Republica.* Quin & leges ciuiles hoc requirunt, quæ ad Rempublicam administrandam nolunt ante vicesimum quintum annum vel ad munera, quæ non patrimonij sunt, vel honores minores admitti. *Digest. lib. 40. Tit. 4.*

Ratio 4. à consuetudine Romanorum & aliorũ. Et ætas in legendo Senatore certa Romæ est obseruata. Nec consulatus geri potuit ante quadragesimum tertium annum: prætura ante quadragesimum, ædilitas & quæstura ante vigesimum septimum. *Gruchius, lib.1. de Comitijs Romanorum. Sigonius, de antiquo iure ciuium Romanorum lib.2.cap.2. Gregorius Tholozanus, lib.4. de Repub. cap.5.* Etiam ad iudicandum annus ætatis legitimus trigesimus quintus fuit. *Suetonius in Augusto.* Apud Chalcidenses infra quinquagesimum annum Magistratum gerere nemo potuit: vti nec Spartæ. *Heraclytus de Politijs. Plutarchus in Lycurgo.*

Ratio 5. à conditione ac moribus Senum. Neque id immerito; siquidem est in senibus mens ac intelligentia. *Arist. Polit.7. cap.16. Cicero in Catone.* Senescentibus vitijs, feruore & audacia ætate sublata, consilium indies crescit: est corporis infirmitas, mentis sobrietas: senescentibus corporis membris, sensibus emollitis, in consilium proxima transeunt. *Liuius, lib.3. Simanca de Repub. lib.7. cap.8.* Accedit experientia, & rerum multarum vsus: vt tertium quendam oculum senes habeant, quo rerum euentus facile prospiciunt. *Plato 3. de Repub. Isocrates in Epistolis, Epist.6. Euripides in Phænissis. Sophocles in Thyeste.* Et, vt medicus ille melior dicitur, qui diutius inter ægrotos versatus est, aut ipse æger extitit: ita senex acutius prospicere iudicatur, quid expediat, quàm iuuenes.

Ratio 6. ab ordine naturæ. Sed & ordo naturæ hoc requirit: vt iuuenes senili sub disciplina viuant: vt quæ à minus perfecto ad perfectum

fectum progressa, iuuentutis obsequium, imperium senectutis docet. *Arist. Polit. 7. cap. 14. Casus.*

Et possunt ita obtrectationes atque odia vitari: quia carent odio ac inuidia senes: aut, si est inuidia, similis fumo est, qui cum initio adeuntibus ad Rempub. quasi incensus largius offertur, postquam hi effulserunt, euanescit. *Plutarchus in libello, an Seni Respub. gerenda.* Sed & hac de causa Senibus Respublica capessenda, vt iuuenes multos ad administrandam Rempub. recte informent. *Idem ibidem.* *Ratio 7. à commodus.*

Cum vero & authoritas plurimũ in Magistratu possit: vel hoc nomine senum ratio habenda, vtpote in quorum vultu obseruanda maturitas apparet: plurimum quoque authoritatis apud populum conciliat. *Ibidem.* Est contra adolescentiæ ac florentis ætatis propria temeritas. *Cato de Senectute.* Per ætatem iuuenes imprudenter multa faciunt: nec rerum ante exitus vident: sunt maxime in eo vituperandi, quod illos, quorum sequi consilia debebant, aspernantur. *Cominæus libro septimo.* Ad honores euecti intemperanter atq; insolenter sese gerunt: ad aliorum iudicia & opiniones respiciunt: peiora facile præcepta audiunt. *Seneca in Thyeste.* Affectus vehementes habent, eosdemque regere nequeunt. *Idem in Troad. Aristoteles 2. Rhetor. capite 12.* Itaque prouerbio trito, HASTA IVVENVM; CONSILIA SENVM, vsurpatur. *Plutarchus, an Senibus gerenda Respublica.* Et in Senatu constituendo lex diuina Seniores septuaginta cogere mandat, qui cæteris sapientia, prudentia ac scientia præstent. Sapientia, vt pietatem ab impietate secernant: prudentia, vt turpe ab honesto seiungant: scientia, vt verum à falso distinguant. *Bodinus, libro tertio de Republica, capite septimo.* Et quales esse soleant ad gubernacula adolescentes adhibiti, Roboamus docet, qui relicto seniorum consilio, seipsum maxima regni parte priuauit, *libro tertio Regum, capite duodecimo.* Et Alexius, *Ratio 8. ab authoritate Senum.* *Ratio 9. à conditione adolescentum.*

qui Manueli Comneno adhuc puer successit in imperio. Ob immaturam vero ætatem consilijque inopiam, nullam officij sui rationem habuit: inani fastu ac superbia elatus, venationibus & equitationibus incubuit: puerorum, cum quibus colluderet, familiaritate est vsus. *Nicetas.*

Ratio 10. ab incommodis, quæ oriuntur, si impuberes in regno succedant.

Quantum vero regnis noceat, si regum filij, etiam impuberes, in regno succedant, coronentur, tutorum arbitrio subiecti; vel Caroli VI. Gallorum regis exemplum ostendit: qui cum solo nomine rex esset, æmulatione factionum Gallia intestinis bellis misere agitata: Angli à Burgundione euocati, regnum occuparunt: & rege suam in potestatem redacto, quas voluerunt fœderis conditiones scripserunt. *Æmylius lib. 10. Polydorus lib. 23.* Et Frothonis III. sub quo rege impubere Dania miserrime improborum præsidum tyrannide oppressa est. *Olaus lib. 8.* Neque tamen ita senum ratio habenda, vt alij prorsus amandentur: sed &

Pro Iuuenibus rationes.

IVVENES AD HONORES AC MA-*gistratus admittendi.*

Ratio 1. à vitiis & incommodis Senum.

Non enim omnis senectus venerabilis & apta, sed illa, quæ non canis, sed meritis albescit. Et est canicies animæ in canis cogitationibus ac operibus fulgens. *Simanca lib. 7. de Republica cap. 8. ex D. Ambrosii Epistola 60.* Sunt deinde senes decrepiti bis pueri: nonnulli παιδογέροντες, ratione ac consilio pueri. *Plato in Axiocho 1. & 7. de legibus.* Ac propterea legum constitutio non permittit, vt si septuagesimum annum excesserint, magistratum gerant. *Plato lib. 6. de legibus.*

In Senectutem præterea, quicquid in natura est ruinosum ac interitui obnoxium, confertim sese effundit: & quidem ita, vt nullis remedijs illa imbecillitas auerti queat. Quod si quis tardius velut debitam vitam non reddiderit; natura tanquam fœneratrix instans ac vrgens ab alio aspectum, ab alio auditum, sæpenume-

penumero vtrumque tanquam pignus exigit. *Plato in Axiocho.*

Ratio 2. ab exemplis eorum, qui ob ſenium oblatum ſuſcipere imperium recuſarunt.

Ideoque Imperium oblatum quidam ſuſcipere recuſarunt. Macrianus admittere illud noluit, quod ſenex eſſet, equitare ad exemplum non valeret, lauandum ſibi eſſet frequentius, edendum delicatius: iuuenes quærere iuſſit. *Trebel. Pollio.* Sunt ad hæc Senes ſuſpicaces, paruis & anguſtis animis prædití, meticuloſi, queruli, vtilitatem magis, quam honeſtatem ſpectant. *Ariſtoteles Rhet. 2. cap. 12.* Vt contra adoleſcentes prædití multis, quæ ad Rempublicam capeſſendam neceſſaria.

Ratio 3. à virtutibus & conditione Iuuenum.

Sunt animoſi ac fortes: ſunt laudis ac gloriæ cupidi: in rebus agendis honeſtatem, non vtilitatem, propoſitam habent. *Ariſtoteles ibid.* Nec annorum ſpatium, ſed ingenium ac diligentia in cauſa, vt alios prudentia ſuperent. Ideoque nulla in conſilijs ætas repudianda. *Iſocrates in Archidamo.*

Ratio 4. à legum authoritate.

Et leges, cum de ijs agunt, qui ætatis impetrant veniam, ob anticipatam ætatis prudentiam gratiam adoleſcentibus faciunt: dant poteſtatem iudicandi ac gerendi Magiſtratus: ſed ita, vt non minores ſint 14. annis. Etſi enim, de Catonis ſententia, ſenilis iuuenta præmaturæ mortis eſſe ſignum videatur; mature magnum ingenium vitale non iudicetur: tamen ſunt adoleſcentes, in quibus aliquid ſenile: prudentia ætatem ſupplet. *Cicero 4. Philipp.* Et ab excellenti atque eximia virtute ætatis progreſſus non expectandus. *Idem 5. Philip.* Et Iuuenes ad Imperia ac Magiſtratus fuerunt euecti.

Ratio 5. ab exemplis eorum, qui iuuenes ad imperia ac magiſtratus euecti.

Dauid fratrum ſuorum minimus rex eſt Iudæorum electus, *1. Samuelis cap. 16.* Salomon duodecim natus annos, *3. Regum cap. 3.* Alexander Magnus cum res maximas geſſiſſet, tertio ac trigeſimo anno mortem obijt. Romæ Coruinus, Marius iunior, Scipio Affricanus, Pompeius, Auguſtus, alii ob ſingularem rei militaris

disciplinam ingeniique candorem ante tempus Consulatum & alios honores consecuti sunt. *Plutarchus in vitis. Appianus lib. 3. bellorum ciuilium. Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 3. Plinius de Viris illustrib. cap. 29. 49. 68. 77.* Alexander Seuerus puer adhuc à Senatu Cæsar est factus. *Lampridius, Volaterranus lib. 23.* Gordianus anno ætatis 11. vel, vt alij, 13. vt Iunius Cordus dicit, 16. *Iulius Capitolinus.* Otho III. annos vix 11. natus: MIRABILIA MVNDI dictus propter sapientiam ipsam ætatē superantem. *Sigebertus in Chronicis.* Carolus V. cui ætate non magna prædito diadema est superimpositum, *Sleidanus lib. Comment. 1.* Carolus VIII. Francorum rex anno 13. regnum iniјt. *Ricius lib. 3 Franciæ regum.* Raymerus III. annum ætatis quintum agens patri in Hispania successit. *Ricius lib. 2.* Henricum Proceres Angliæ nouennem regem crearunt. *Polyd lib. 16.* Et sane si in Magistratibus ætas certa obseruanda sit; fit, vt magna Virtutis indoles prius extinguatur, quam prodesse Reipublicæ possit. *Cicero 5. Philippica.*

De quæstione proposita quid sentiendum.

Concludendum igitur videtur, non à Magistratibus & officijs publicis excludēdos omnes adolescentes, sed tantum rerum imperitos ac rudes esse, coniungendos cum senibus, vt, quod Plato de vino nimis forti scribit, diluendum illud aqua esse, & insanum Deum sobrio aliquo temperandum: ita coniungendam cautionē senilem cum feruente studio adolescentum. *Plutarchus in gerendæ Reipub. præceptis.* Cogitandum senibus, etiam se aliquando adolescentes fuisse, & consilijs atq; actionibus suis ad honorum gradus ascendisse, idq; accidere etiam alijs posse; maxime ijs, quib. recta voluntas adest. *Demosthenes Epistola 5.* Ideoq; male illos facere, qui iuuenum commodis ac honoribus obstant: non secus atq; arbores vetulæ subnascentes arbusculas vmbra sua premere & necare solent. *Plutarchus in gerendæ Reipublicæ præceptis.*

QVÆ-

QVÆSTIO XV.

VTRVM PATRIÆ RATIO IN LEgendo Magistratu habenda? Peregrinis hic potius, quam indigenis committendus?

Controuersa & hæc maxime Quæstio est. Sunt enim qui à Magistratibus ac officijs publicis prorsus peregrinos excludunt: non nisi indigenas ad hæc esse promouendos censent: repetiuntur rursus, qui ea ipsa credere exteris, quã suis malunt. Vnde odia, cõtẽtiones, factiones, b[illegible]lia intestina sæpenumero & subditis & Principibus perniciosa oriuntur. Atqui sane quod *Quæstionis vsus.*

INDIGENÆ PEREGRINIS anteponendi:

Rationes pro Indigenis.

Euincunt rationes quæ sequuntur. Siquidem DEVS ipse mandat; vt, si eligendus Magistratus, è numero fratrum eligatur: neque rex constituatur, qui alterius gentis sit, *Deuteronomij 17.* Bene constitutæ Respub. Romana, Carthaginensis, Atheniensis, & hoc tempore Veneta, & aliæ Magistratus suos ciuibus tradunt. *Patricius lib. 3. de Repub. Tit. 2.* Apud Massilienses, qui laudem æquitatis legum habuerunt, nemo τιμοῦχος creatus fuit, nisi qui liberos haberet, & de ciuium sanguine tertiam per generationẽ ortus esset. *Strabo lib. 4. Geographiæ.* Syracusani quoque non nisi priscis ciuibus & familijs vetustis magistratus adhibuerunt. *Diodorus lib. 11.* Et, si non vtile iudicatur, ciues esse peregrinos: quod fortiores facti tales indigenas expellunt, Respub. turbant, seditiones excitant: quemadmodum Achæi Trœzenios, Thurij Sibaritas, Samij Zancleos, Chalcidenses Amphipolitas eiecerunt. *Aristoteles Polit. 5. cap. 3.* multo minus illud probandum videtur, vt Magistratus peregrini gerant. *Ratio 1. ab authoritate diuina.* *Ratio 2. ab exemplis bene constitutarum Rerumpub.*

Experientia quoque testatur, contraria in eodem *Ratio 3. ab*

 loco

incommodis peregrinorum.

loco cohabitare non posse: peregrinos & aduenas fructum ciuitatis deuorare, non secus atque locustæ segeti nocere solent. *Aristot. ibid. & in hunc Casus.* Et homines peregrini peregrinos secum sermones adferunt: vnde noua de rebus iudicia oriuntur; ex quibus fieri non potest, quin affectus multi, consilia talia nascantur, quæ plane diuersa ab instituta Reipublicæ ratione: quæ est instar vocum consonantia, nec discrepantiam admittit. *Plutarchus in Lycurgo.* Imo sunt, qui putant principem nouum, si sentiat sese inferiorem ad principatum conseruandum, non posse melius sibi consulere, quam si omnia incipiat innouare: nouos constituat magistratus, ad eos homines eligat nouos. *Machiauellus de Republica lib. 7. cap. 26.* Ac licet princeps externus bene rem gerat; tamen quia moribus & ingenio differt, nec erga populum repræsentare potest eam beneuolentiam, ac si indigena esset: faciles oriuntur dissensionum occasiones, Vnde vt se tueatur princeps; necesse habet, vt copias aliunde addùcat: militum sese præsidio muniat: qui beneficiis & honoribus postea aucti, odium atque inuidiam multitudinis in se concitant. *Comminæus lib. 5.* Exempla hoc testantur: Wilhelmi Neapoleos & Siciliæ regis, qui cum Gallos eueheret ad honores atque officia, prçteritis indigenis; magnam sibi inuidiam conciliauit; fecit, vt omnes Galli vno tempore interficerentur: Hardicanuti, Regis Daniæ & Angliæ, vbi etiam Dani ab Anglis cuncti interfecti sunt, Vngarorum, qui à Polonis cæsi omnes fuissent: nisi regiam arcem occupassent, post certis conditionibus domum rediissent. *Bodinus lib. 6. de Republica cap. 5.* Alberti Magnopolensis, qui in Sueonum regem electus, cum Teutonibus loca & officia publica committeret, nobilissimas virgines ac viduas in extraneorum & indignissimorum coniugia consentire cogeret: à suis vinctus ac in carcerem coniectus fuit. *Ioannes Magnus lib. 11.*

Huc accedit, quod longe sunt faciliores & proniores ad obtemperandum conciues, quam si à peregrinis res agatur. *Patricius de Republica lib.3.Tit.2.* Cumque caput sit, nosse Rempublicam, perspectos habere ciuium mores: ciuibus vtique rectius ac tutius, quam peregrinis & exteris Respublica committitur: vtpote quibus subditorum ingenia non sunt nota, perspecta instituta, explorati mores. *Arist. lib.1. Rhet. cap. 6. Cic. 2. de Oratore.* Multo quoque diligentius ac fidelius Rempublicam indigenæ, quam alienigenæ gerere solent. Vnde, alia silentio vt inuoluantur, Boëmi ne externis publicam salutem crederent, ad indigenas cucurrerunt: Georgium Pogiebrachium, cuius in longa gubernatione iustitiam, virtutem, prudentiam & integritatem sat exploratam habuerant, repulsis competitoribus externis, regem suum declararunt. Vngari Matthiam Coruinum. *Bonfinius lib.9. Decad.3.*

Ratio 4. à commodis indigenarū.

PEREGRINI AB HONORIBVS *non excludendi.*

Rationes pro peregrinis.

Verum non quia comparatione facta, indigenarum ac ciuium est ratio habenda in honoribus & magistratibus mandandis; iccirco ab his excludendi prorsus peregrini sunt. Nam & Numa Pompilius, non modo non patricius, sed ne ciuis quidem Romanus, ex agro Sabino, autoribus patribus Romæ regnauit. *Liuius lib. Plutarchus in Num. Florus lib. 1. Dionysius lib. 2. Orosius lib. 4. Eutropius lib. 1. Plinius de Viris Illustribus, cap. 3.* Lucius Tarquinius Priscus, Græci Demarathi filius, rex est Romæ factus viuis adhuc Anci liberis. *Liuius lib. 1. Florus lib. 1. Dionysius lib. 3. Eutropius lib. 1. Plinius de Viris Illustribus, cap. 6.* Nec etiam exactis regibus, clausa peregrinæ Virtuti fuit. *Liuius lib. 4. in Oratione Canulei.* Est M. Perpenna, Græcus natione, Consul Romæ factus: & L. Cornelius Balbus Gaditanus. *Plinius lib. 5. cap. 5. Eutropius lib. 4.* Etiam fami-

Ratio 1. ab exemplis eorum, qui peregrini Magistratus gesserunt.

liæ præcipuæ ac Consulares è peregrinis ortæ Romæ fuerunt; & quidem tum solida domi quies, & aduersus externa Romani floruerunt. Ac sane omnia quæ vetustissima nunc creduntur, ante noua fuerunt: & quod exemplis nunc tuemur, inter exempla olim erit. *Cornelius Tacitus lib. 11. in Oratione Neronis pro peregrinis.* Inter Imperatores post bene imperio præfuerunt: Nerua, oppido Narniensi genitus; Aurelius Victor; Traianus, qui nec Italus erat, nec Italicus, sed Hispanus, à Nerua Imperator designatus; quod censeret, Virtutem cuiusque, non patriam, æstimari & ponderari oportere. *Dio in Nerua.*

Ratio 2. ab authoritate peregrinorum.

Neque exempla tantum pro peregrinis faciunt, sed & rationes ab his stant. Siquidem authoritas peregrinorum maior, quam indigenarum est: minus in patria sua homines, quam apud exteros honorantur: quod multi, qui cognoscunt infirma eorum, semper in memoriam illa reducunt: etiam malitia quadam defectus magis, quam Virtutes considerantur, Errat prætérea multum in iudicando populus, cumque alios pares esse videt genere, vel alia ratione; omnino pares eos esse credit. *D. Thomas in Matthaeum.*

Ratio 3. ab incommodis, quæ oriuntur si peregrini excludantur.

Accedunt huc incommoda plurima, quæ oriuntur, cum indigenæ peregrinis præferuntur. Si enim multi sunt qui ambiunt, æqua potestate ac gratia præditi: populus in factiones distrahitur: oriũtur inter ambientes controuersiæ & contentiones graues: mutuis rapinis ac cædibus Respub. diuellitur. *Bodinus de Repub. lib. 6. cap. 5.* Nascuntur etiam inimicitiæ, cum in ciuem ciues vel iustissimè animaduertunt: vt & Iustitia sæpe exulat: dum in propinquitatis communione amicitiam natura ipsa parit. *Simanca de Repub. lib. 8*

Ratio 4. ab institutis ac cõsuetudine aliarũ nationum.

Hinc in Gallia, etiã ex cõstitutione Philippi Pulchri regis & Caroli V. idẽ obtinuit, qui alienigenas ciuibus suis præfecerũt: ne, si ciues ciuibus præessent, vel nimia indulgentia illis parcerẽt, vel veteri quodam odio prę-

termo-

ter modum in eos sæuirent. *Guagninus lib. 9.* Itaque peregrinitas non prorsus reijcienda: & si (quod fieri interdum solet) hæc inuidiose ab indigenis obijciatur, illud afferendum, quod Cicero aduersarijs suis respondet: non peregrini habendi, quorum iam & nomen & honor Vrbi inueterauit, & hominum famæ & sermonibus: neque patiuntur se ab alijs verborum iactantia inani superari, nisi Virtute vincantur. *pro Sylla.*

Peregrinitas si obijciatur; quid respondendū.

QVÆSTIO XVI.

AN GENVS IN MAGISTRATV obseruandnm?

Quæstionis vsus.

AN in deferendo Magistratu quoque generis ortus, familiæ sit ratio habenda; haud, opinor, incommodè quæri solet. Sunt enim qui ad familias tantum nobiles ac vetustas hic respiciunt: homines nouos obscuroque natos loco, etsi Virtute præditos, prætereunt: contra alij, vt ægre illis faciant, hos promouent. Itaque rationes in vtramque partem quæ afferri possunt, notandæ considerandæque erunt.

Spurij toroq; illegitimo nati ad imperia ac Magistratus an admittendi

Pro Spurijs.

Neque vero de Anengijs, Scotijs, Parthenijs, toroque illegitimo natis esse dubitatio potest. Etsi enim huius generis homines non pauci in alios imperium obtinuerint: Iephta Galaadites, Israëlitarum Iudex, *Iudicum 11.* Themistocles Abrotoni meretricis filius, qui hac etiam de causa in gymnasio Cynosarges tantum extra vrbem exercebatur; in quo Spurij soli conueniebant. *Plutarchus in Themistocle, Athen. lib. 13.* Timotheus scorti filius, qui dux Atheniensium factus, cum aliquando carperetur, quod ex matre huiusmodi esset; illi sese gratiam habere dixit, quia ob illam Cononis filius esset. *Athen. lib. 13.* M. Brutus ex Seruilia, Catonis sorore impudica, quæ palā stupri commercium cū Cæsare Dictatore habuit. *Plutarch in vita Bruti* Helio-

liogabalus Antonini Caracallæ Imp. & Symiamiræ filius. *Ælius Lampridius & Capitolinus.* Alexander Imp. filius Mammeæ. *Cuspinianus.* Theodoricus Ostrogothorum rex, Valamiri, & Aurilenæ concubinæ filius. *Ioannes Magnus lib.9.* Carolus Martellus Papini filius nothus ex Alpaide pellice, *Æmylius lib.1.* Manfredus Friderici II. spurius ex concubina Blanda, *Cuspinianus.* Adelstanus, Anglorum rex Edoardi I. filius, ex Edgina puella rustica. *Polydorus lib. 6.* Sint quoque sæpe ingeniosi, fortes, felices, tamen in eligendis ac constituendis Magistratibus etiam ad genus & natiuitatem respiciendum est.

Contra spurios.

Ratio 1. à consuetudine.

Itaque Indi certos præfectos habuerunt, scrutatores natiuitatis & mortis cuiusque, & Romani præfectos ærarij, qui in æde Saturni singulos ciues de natis suis audiuerunt. Vnde & intra tertium diem liberis nomina imponere coacti fuerunt. *Strabo lib.15.* Plato quoque vult, vt Candidati Magistratus alicuius, eo tempore, quo Comitia habentur, in ara DEI nomen suum, & patris, & gentis, & tribus in tabula scriptum deponant: atque ita quasi in testimonium DEO vocato profiteantur se legitime natos esse, *lib.6. de legibus.* Et Aristoteles in Politicis suis non vult, vt spurius in regno succedat, *lib. Polit.3. cap.11.* Neque rationes hîc desunt.

Ratio 2. ab authoritate Platonis & Aristotelis.

Ratio 3. à malis & incommodis quæ spurijs admissis oriuntur.

Cum enim admittuntur tales, quasi faces accenduntur libidinum: dantur præmia adulterijs. *Aristot. Polit. 4. cap.6. & in hunc Casus.* Magistratus infamia & macula insigni notatur, cum tales ad subsellia, consilia ac honores admittuntur. *Idem ibid.* Nec possunt non timide demisseque tales rem gerere, quia animi spiritum deprimit genus subdititium & adulterinum, & cũ quis meminit scelerum parentum suorum. *Plutarchus de Educatione liberorum. Euripides in Hippolyt.* Ac tametsi eiusmodi homines generis infamiam auro nonnunquam redimant, tamen ijs similes sunt, qui ligneum nasum tingunt. Nam neque hîc color vitium expun-

Ratio 4. à conditione & ingenio demissorũ.

expungit, neque illic aurum indolem mutat. *Treuiris Apophthegmate 15.* Verum extra controuersiam hoc esse videtur. Illud dubitationem habet, vtrum generis ac familiæ ratio in honoribus & officijs mandandis habenda? Et quidem quod

RESPICIENDVM IN MAGISTRATIBUS *committendis ad genus ac familiam:*

Rationes pro genere ac familia præstanti, vetusta, nobili.

Probant quæ sequuntur: quia I. boni ex bonis ordine ac dispositione naturæ procreantur: simile sibi simile gignit. *Aristot. lib. 1. Polit. cap. 8.* Nec tantum est præclarus ac magnificus thesaurus liberorum, parentum Virtus, nobilitas & gloria, si ea homines non abutantur; sed inest quoq; in illa vis admirabilis & occulta propagandæ Virtutis ac in stirpem deriuandæ. *Plato in Menexeno. Plutarchus de liberorum Educatione.* *Ratio 1. à Natura vi ac effectu.*

Deinde ad Virtutis indolem plurimum valet, esse aliquem bono nobilique loco natum: quod qui generosa stirpe orti non sunt, simulare Virtutem, eamque constantem habere non possunt. Qui autem antiquo à semine bonorum genus ducūt, perpetua virtute pollent. *Dio lib. 44. in Oratione Antonij de laudibus Cæsaris.* *Ratio 2. à conditione obscuro ac ignobili loco natorum.* Raro quoque turpiter agunt, qui tali loco nati: quoniam maiorum suorum laudem secum periclitari cernunt: quemadmodum paruam contra iacturam illi faciunt, cum delinquunt, qui obscuris parentibus nati sunt, ipsi quoque ignobiles. *Patricius de Republica lib. 1. Tit. 4* Nihil esse turpius arbitrantur ei, qui aliquid se esse opinatur, & laudem affectat, quam parentum & maiorum gloriam dilapidare, & occasionem laudis quærere non ex seipso, sed maiorum gloria. *Plato in Menexeno.* *Ratio 3. à contrarijs ingenijs ac moribus nobilium.*

Huc accedit, quod etiam leuia delicta obseruari in nobilibus animaduertunt: quemadmodum grauius se- *Ratio 4. à metu of-*

uius se-

fensionis ac reprehensionum. uius feruntur, sunt maiori dedecore verrucæ in facie, quam næui alijs in membris, quæ teguntur. *Plutarchus in libello de Republica gerenda.* Sunt præterea nobili loco laudis atque gloriæ cupidi: à natura autē homines ita animati, vt bona illa, quę ante habent, augere, non imminuere vel amittere cupiant. *Aristoteles libro secundo Rhetoric. capite 16. de Nobilium ingenijs ac moribus.*

Ratio 5. à comparatione nobilium & obscurorum. Sed & illud considerandum est, facilius cum illustribus ac nobilibus, quam nouis & obscuris agi: quia hi non irascuntur parua ob delicta, obscuri ac noui succensent & puniunt grauiter: quia dum ignoscunt alijs, suam imbecillitatem argui putant: dum puniunt grauiter, potentiam suam demum intelligi & confirmari opinantur. *Xiphilinus in Tiberio.* Et asperius nihil est humili cum surgit in altum. Exemplo sit Maximinus è pastore Imperator factus, qui crudelitatem summam exercuit cum in alios, tum vero nobiles, quo suam ignobilitatem tegeret. *Herodianus, Iulius Capitolinus.*

Ratio 6. à dignitate ac splendore publico. Neque illud contemnendum, quod splendor ac maiestas singularis Reipublicæ accedit, cum ad gubernacula nobiles sedent, in quibus singularis virtus ac generis splendor lucet. *Aristoteles Politicorum lib. 3. cap. 8.* Et vt facilis sit gubernatio publica, tria requiruntur: sapientia, ne erretur: potentia, vt, quæ decernuntur, in actum producantur: & familia, vt contemptus tollatur, adsit authoritas. *Simanca libro 5. de Republica capite tertio, ex D. Thoma.*

Ratio 7. ab exemplis Rerumpub. ac nationũ diuersarũ. Itaque apud Spartanos, Athenienses, Corinthios istud more receptum fuit: vt penes certas familias, & quidem nobiles regiæ dignitates, officia publica alia essent. *Herodotus libro 5. Pausanias libro 1. de Spartanorum regibus, Strabo libro octauo, Dionysius libro 2. Plutarchus in Theseo.* Ac leges Romuli inter alia hoc habent: sacra & Magistratus patres soli peragunto: plebeij

beij agros colunto. *lege.* 2. 3. 4. Et Germani reges ac Magistratus suos elegerunt ex generis nobilitate: vt belli duces ex Virtute. *Corn. Tacitus de moribus Germanorum.* Non spectarunt corporis robur, vt Medi: non pedum perniciem, vt Lydi: non pulchritudinem, vt Indi: non diuitias, vt Æthiopes: non molem & obesitatem corporis, vt Gordij. *Alexander ab Alexandro lib.4. capite 23.* Et, vt recte hæc sese habeant: ita

NON EXCLVDENDI PRORSVS ab honoribus ac Magistratu noui aut obscuro loco nati.

Rationes pro hominibus obscuris ac nouis.

Ratio 1. ab exemplis.

Saul, patris sui asinas amissas quærens, rex vngitur: pascens oues Dauid. *lib. Samuelis 1. cap.10. & 16.* Amasis, qui cum apud Ægyptios pauper & obscurus ad regium culmen peruenisset, eoque nomine contemneretur à suis; ex aureo vase, quod turpes ad vsus seruierat, Iouis simulachrum confecit, confectumque collocauit in vrbis eminentissimo loco. Quod, cum religiosissime coleretur, simulachrum ex eo conflatum esse dixit, in quo prius pedes Ægyptij lauabant: nunc autem religiosissime coli. Idem sibi contingere, qui prius plebeius, nunc eorum rex esset. *Herodotus lib.2.* Darius Hystaspis filius, Cyri pharetrophorus, rex post Persarum factus. *Herodotus, lib. 3.* Andolobinus, qui hortulum colens, ab Alexandro vero Magno Sidonijs imperare iussus: Hæ, inquit, manus satis ad victum fuerunt: nihil habenti nihil defuit. *Sabellicus lib. 4.* Themistocles, cuius obscurius genus fuit, quam quod ad gloriam conferre aliquid posset. *Plutarchus in eius vita.* Iphicrates, patre sutore natus, qui, cum generis illi ab Harmodio obscuritas obijceretur: Meum, respondit, à me ipso genus initium sumit: tuum autem in te desinit. *Idem.* Tullus Hostilius, qui IV. Romanorum est rex pastor creatus; quod operam præclaram ad-

uersus

uersus Sabinos nauasset, *Liuius libro 1. Dionysius lib. 3. Florus lib. 1. Plinius de Viris Illustribus, cap. 4.* L. Tarquinius Priscus, Græci Demarathi, mercatoris filius, qui Romæ rex est V. factus. *Liuius lib. 1 Dionysius lib. 3. Florus lib. 1. Plinius de Viris Illustribus cap. 6.* Seruius Tullius, qui Corniculani & Ocrisiæ ancillæ filius recte ac laudabiliter Romæ imperium gubernauit. *Liuius lib. 1. Dionysius lib. 4. Florus lib. 1. Valerius Max. lib. 3. Plinius de Viris Illustribus cap. 7.* Terentius Varro, lanij filius, Consul Romæ est factus. *Val. Max. ibid.* Et M. Æmylius Scaurus, cuius pater, ob paupertatem, carbonarium negotium exercuit. *Plinius de Viris Illustribus, cap. 72.* M. Porcius Cato, qu Thusculi, ignobili loco ignobilis ortus optimus & Senator & Imperator & Orator est habitus. *Plutarchus in eius vita. Liuius lib. 3. & 4, Plinius de Viris Illustribus cap. 47. Valerius Max. lib. 3.* C. Marius, qui loco humili obscuroque natus septies Romæ Consul est factus: Iugurtham captum ante currum egit: Cymbros in Gallia, in Italia Teutonas vicit. *Plutarchus in vita Marij, Florus lib. 3. Plinius de Viris Illustribus, cap. 67. Valerius Max. lib. 2.* Pro se ac nouitate & obscuritate familię fortiter pugnat apud Salustium in bello Iugurthino M. Tullius itidem homo nouus, in Consulatu multis alijs prælatus, patriæ pater dictus. *Plutarchus in eius Vita. Ipse 2. Agraria & pro P. Sylla.* Sed & Imperatores post non pauci sunt facti Romani, obscuro nati loco. Et Augusti proauus restio, auus argentarius fuit. *Suetonius.* P. Ætij Pertinacis pater mercator. *Iulius Capitolinus.* L. Septimius Seuerus ignobilis. *Xiphilinus, Ælius Spartianus.* Opimius Macrinus seruus. *Dion in Macrino.* Max. Puppienus, qui patrem fabrum ferrarium habuit. *Cuspinianus.* Probus, qui nobiliore matre, quam patre, patrimonio moderato, affinitate non magna, tam priuatus, quam Imperator nobilissimis virtutibus claruit. *Flauius Vopiscus*, Aurelianus obscuriore familia ortus.

Idem

Idem, qui illud notatu dignum addit: non magnorum principum virtutibus summam sciendi esse, vbi quisque genitus sit, sed qualis in Republica fuerit. Diocletianus scribæ filius. *Pomponius Lætus, Aurelius Victor.* Galerius Maximinianus parentibus agrarijs prognatus, qui pastor primum armentorum extitit. *Cuspinianus.* Iustinus Thrax, qui teneris ab annis suum ac boum custos, post lignarij cuiusdam minister Imperator est factus. *Zonaras.* Pipinus Eremita ex Præfecto Prætorij rex Francorum creatus ob ignauiam Childerici Francorum regis. *Ritius lib. 1. de regibus Francorum.* Bamba ab aratro ad principatum euectus & electus in regem Hispaniarum. *Idem lib. 2. regum Hispaniorum.* Præmislaus rusticus Bohemorum rex factus. *Cromerus lib. 2.* Piastus agricultura & mellificio vitam sustentans Polonorum sceptrum obtinuit. *Idem ibid.* Agathocles Syracusanorum rex, cuius pater figulinam exercuit. Vnde in conuiuijs inter vasa aurea fictilia quoque adhibere solitus est, vt eodem tempore & paternæ obscuritatis, & magnitudinis, in quam ipse euaserat, species repræsentaretur. *Iustinus lib. 12. Valerius Max. lib. 12. cap. 13.* Villegisius, patre fabro plaustrorum natus, ab Othone II. Imperatore ad Moguntinensem Archiepiscopatum & Electoratum euectus omnibus in locis plaustri rotam depingi curauit cum hac inscriptione: VILLEGISI QVIS SIS, QVIS FVERIS MEMENTO. Mos inde obtinuit, vt rota hæc Archiepiscopo Moguntino pro insigni data, & ab Henrico II. confirmata fuerit. *Bruschius.*

DEVS enim, qui in altis habitat, humilia respicit: suscitans è terra inopē & de stercore pauperem erigēs, *Psalm. 112.* euehit ad honores ac dignitates Iosephum è carcere, *Geneseos 41.* Gedeonem frumenta purgantem *Iud. 6.* Danielem captiuum, *Danielis 8.* Mardochæum, *Esther 10.* *Ratio 2. à more & iudicio DEI.*

Est deinde in Magistratu legendo Virtutis maxime *Ratio 3. ab iis, quæ in*

G ratio

Magistratu legendo spectanda. ratio habenda. *Plato in Menexeno.* Et, vt venator canem quærit, non id, quod à cane natum sit: & rei equestri deditus, non quod equo prognatum sit, sed equum spectat: ita longe à scopo aberrant, qui quærunt, non quis sit aliquis, sed ex quibus ortus sit. *Plutarchus in vita Syllæ. Vopiscus in Aureliano.* Neq; tã homines, quã hominũ actiones bene constituta Repub. cõsiderandæ: ei plurimum tribuendum, cuius in animo Virtus inest. *Aristoteles, Politicorũ 3. cap. 8. Velleius Patercul°, lib. 2.*

Ratio 4. à commodis. Oritur præterea, quo nihil vtilius, amor ac beneuolentia ciuium in Magistratus, cum etiam tenuioris cõditionis homines promouentur: excitatur Virtutis studium & diligentia in rebus peragendis. *Idem ibid.* Qui enim magnis nati in familijs sunt, cõmendatione maiorum suorum virtutem promotam habent. *Cicero pro Plancio.* Omnia illis beneficia dormientib. deferuntur. *Idem lib. 5. in Verrem.* Si forte deliquerint, maiorum fortia facta, vetus nobilitas, cognatorum & affinium opes, multæ clientelæ præsidio adsunt. *Salustius in oratione Marij ad Quirites.* Nouis contra hominibus alia ratione viuendum est: quia alia infima sunt; spes omnis in ipsis, quam necesse est Virtute ac innocentia tutari. *Idem ibid.* Et in his errato nulla venia; recte facto exigua laus, & ab inuitis expressa proponitur: non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium ostenditur, *Cicero, 2. Agraria.*

Ratio 5. ab incommodis. Accedit huc, quod qui præter genus nihil habent, non Virtute præditi, tincti doctrina sunt; ad gubernacula adhibiti non plus prosunt, quam obsoniorum fumus inanis ad corpus nutriendum prodest, qui tantum nares prouocat. *Treuirus, apophthegmate 126* Imo sæpe imaginum maiorum beneficijs præfecti bello, ignari omnium tales trepidant, & aliquem ex populo quærunt sui officij monitorem. Atque ita fit, vt, qui imperare iubetur, sibi Imperatorem alium quærat. *Salustius in Oratione Marij.*

Vni-

Vt nihil de eo nunc dicatur, quod multi sunt degeneres, & naturæ quasi monstra, liberorum tantum numerum complent. *Seneca ad Martium, Epist. 12.* & generosissimarum imaginum fœtus in aliquod dedecus deuoluunt: lucem à maioribus acceptam in tenebras conuertunt. *Valerius Max. lib. 3.* Vnde prouerbiū; Heroum filij noxæ. *Erasmus in prouerbijs, Chiliad. 1. Centuria 6. prouerbio 32.* Differit hac de re Ælius Spartianus, & neminem prope magnorum Virorum optimum & vtilem filium reliquisse ostendit. Aut sine liberis Viri, inquit, interierunt, aut tales habuerunt plerique; vt melius fuerit, de rebus humanis sine posteritate discedere. Et, vt ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius, quod vtile esse posset Reipublicæ Quid Camillus? num sui similes habuit? Quid Scipio? Quid Catones. qui magni fuerunt? Quid de Cæsare? Quid de Tullio loquar, cui soli melius fuerat liberos non habere? Quid de Augusto, qui nec adoptiuum bonum filium habuit, cum illi eligendi fuisset potestas ex omnibus? Falsus est etiam ipse Traianus in suo municipe ac nepote diligendo. Quid Marco felicius fuisset, si Commodum hæredem non reliquisset? Quid Seuero Septimio, si Bassianum non genuisset, qui fratrem Getam in matris sinu occidit: qui nouercam, quinimo matrem, vxorem duxit: qui Papinianum, Iuris asylum & doctrinæ legalis thesaurum, quod parricidium excusare nollet, interemit. *In Seuero.* Sed extiterunt degeneres multi alij. Rexit summa cum laude Iraëliticum populum Moses: at in Eliesere & Gersâ filijs nihil laude dignum fuit, ideoque in Hebræorum historia de ijs non nisi perexigua, vt de abiectis mos est, mentio facta. *Fulgosus, lib. 3. cap. 3.* Magnus Atheniensi in Republica ac potens Pericles fuit: at stupidi filij Paralas & Xanthippus. *Plato in Alcibiade priore.* Quantum Germanicus animi vigore, prudentia, morum honestate præstitit: tantum

Ratio 6. à παρεκβάσεως filiorum & posterorum magnorum Virorum.

Exempla degenerum.

Caligula filius eius ignauia, libidinibus, stultitia ab eo degenerauit. *Suetonius.* Valerianus Imperator omnibus virtutibus præditus Galienum filium reliquit, qui propter insignem ignauiam ac mollitiem triginta tyrānis imperij inuadendi occasionem dedit. *Trebellius Pollio.* Caroli Magni magna in liberis instituēdis cura fuit: sed euentus dispar extitit: filij patri dissimiles, excepto Ludouico Pio. *Auentinus libro quarto, Æmylius lib. secundo.* Henricus II. Imp. laudatissimus: at filium Henricum III. reliquit, à paternis virtutibus prorsus degenerem. *Egnatius lib.3.* Et ostendit Aristoteles fortium & animosorum filios, cum deficiunt & παρέκβασιν faciunt, temulentos, prodigos, crudeles, furiosos euadere: vt Alcibiadis & Dionysij: grauium vero ac doctorum, ignauos, simplices, bardos, asininis ingenijs præditos: vt Socratis & Hippocratis, *lib.2. Rhetoricum cap. 15. de Nobilium moribus & ingenijs.* Fiunt autem παρεκβάσεις digressiones tales, vel fato, vt Demostheni placet: vel educatione indulgenti apud magnos, qui φιλοστοργίᾳ ardentiori vtuntur: vel institutione negligenti apud publicis negotijs occupatos, vt Plutarchus in libello περὶ παίδων ἀγωγῆς censet: vel naturali rerum omnium inconstantia ac mutatione in deterius, vt Aristoteles *in loco ante notato* docet allata similitudine ab agris sumpta: quod, vt in agris interdum magna frugum φορά, vbertas ac copia; interdum αὐχμός, penuria & egestas, est: ita in familijs nonnunquam magnorum Virorum quasi copia & vbertas; interdum vero penuria exoritur: Viris claris ac bonis improbi ac nullius precij homines succedunt.

Causæ, cur degeneres multi: heroum filij noxa.

Itaque cum maiorum ac parentum suorum solis quis rebus gestis meritisque fretus, honores ac officia petit; respondendum, quod Antigonus II. adolescenti cuidam respondit, qui patris fortis ipse non fortis stipendium petijt: οὐ πατραγαθίης, ἀλλ' ἀνδραγαθίης ἕνεκα, non ob patrias, sed proprias cuiusque viri virtutes, mercedem

Vt respondendum iis qui solis maiorum ac parentū meritis nituntur.

cedem ac munera dare soleo. *Plutarchus in Apophtheg.* Cum veteris prosapiæ multarumque imaginum homines in obscuris Virtutem despiciunt; dicendum, quod apud Salustium Marius dicit: tales semetipsos ac maiores suos despicere, quibus non minus ab ipsis ex virtute aliquando nobilitas cœpit. *In bello Iugurthino.* Et, quod Cicero *pro L. Murana* habet, eiusdem animi ac ingenij est; posteris suis amplitudinem nominis, quam non acceperis, tradere: & memoriam prope intermortuam generis sui virtute renouare. Et *pro Plancio*; vbi gradus exponuntur, quibus ad honorum conscendendũ culmen est: Cum equidẽ semper, inquit, laboraui primo, vt honore dignus essem: secundo, vt existimarer: tertium mihi fuit illud, quod plerisque plurimum est; ipse honos.

Obscuri ac noui quib. rationibus defendendi

QVÆSTIO XVII.

VTRVM IN HONORIBVS AC MAgistratibus mandandis opes & facultates spectandæ?

Rationes pro diuitib. contra pauperes.

QVæri, nec incommodè quoque, solet: vtrum in mandandis honoribus ac officijs publicis etiam facultates ac diuitiæ sint considerandæ? opulenti egenis anteponendi? Et quidem

SATIVS ESSE VIDETVR DIVITIbus quam pauperibus Magistratus committi.

Ratio 1. à commodis.

Quia res ac pecunia obsidis & pignoris est loco apud Rempublicam & amoris in patriam: fides in hac ipsa & fundamentum olim erat. *Gellius, lib. 16. cap. 10.* Et qui bene rebus suis consulunt, etiam publicis prospecturos verisimile est: vt contra qui sibi malus est, alijs bonus neutiquam erit: nec diligentiam ac prudentiam in Republica adhibebit, qui domui suæ præesse nescit.

Caligula filius eius ignauia, libidinibus, stultitia ab eo degenerauit. *Suetonius.* Valerianus Imperator omnibus virtutibus præditus Galienum filium reliquit, qui propter insignem ignauiam ac mollitiem triginia tyrãnis imperij inuadendi occasionem dedit. *Trebellius Pollio.* Caroli Magni magna in liberis instituẽdis cura fuit: sed euentus dispar extitit: filij patri dissimiles, excepto Ludouico Pio. *Auentinus libro quarto, Æmylius lib. secundo.* Henricus II. Imp. laudatissimus: at filium Henricum III. reliquit, à paternis virtutibus prorsus degenerem. *Egnatius lib.3.* Et ostendit Aristoteles fortium & animosorum filios, cum deficiunt & παρέκβασιν faciunt, temulentos, prodigos, crudeles, furiosos euadere: vt Alcibiadis & Dionysij: grauium vero ac doctorum, ignauos, simplices, bardos, asininis ingenijs præditos: vt Socratis & Hippocratis, *lib.2. Rhetoricum cap. 15. de Nobilium moribus & ingenijs.* Fiunt autem παρεκβάσεις digressiones tales, vel fato, vt Demostheni placet: vel educatione indulgenti apud magnos, qui φιλοστοργίᾳ ardentiori vtuntur: vel institutione negligenti apud publicis negotijs occupatos, vt Plutarchus in libello περὶ παίδων ἀγωγῆς censet: vel naturali rerum omnium inconstantia ac mutatione in deterius, vt Aristoteles *in loco ante notato* docet allata similitudine ab agris sumpta: quod, vt in agris interdum magna frugum φορά, vbertas ac copia; interdum αὐχμός, penuria & egestas, est: ita in familijs nonnunquam magnorum Virorum quasi copia & vbertas; interdum vero penuria exoritur: Viris claris ac bonis improbi ac nullius precij homines succedunt.

Causæ, cur degeneres multi: heroum filij noxæ.

Vt respondendum iis qui solis maiorum ac parentũ meritis nituntur.

Itaque cum maiorum ac parentum suorum solis quis rebus gestis meritisque fretus, honores ac officia petit; respondendum, quod Antigonus II. adolescenti cuidam respondit, qui patris fortis ipse non fortis stipendium petijt: οὐ πατραγαθίας, ἀλλ' ἀνδραγαθίας ἕνεκα, non ob patrias, sed proprias cuiusque viri virtutes, mercedem

cedem ac munera dare soleo. *Plutarchus in Apophtheg.* Cum veteris prosapiæ multarumque imaginum homines in obscuris Virtutem despiciunt; dicendum, quod apud Salustium Marius dicit: tales semetipsos ac maiores suos despicere, quibus non minus ab ipsis ex virtute aliquando nobilitas cœpit. *In bello Iugurthino.* Et, quod Cicero *pro L. Murana* habet, eiusdem animi ac ingenij est; posteris suis amplitudinem nominis, quam non acceperis, tradere: & memoriam prope intermortuam generis sui virtute renouare. Et *pro Plancio*, vbi gradus exponuntur, quibus ad honorum conscendendũ culmen est: Cum equidẽ semper, inquit, laboraui primo, vt honore dignus essem: secundo, vt existimarer: tertium mihi fuit illud, quod plerisque plurimum est; ipse honos.

Obscuri ac noui quib. rationibus defendendi

QVÆSTIO XVII.

VTRVM IN HONORIBVS AC MAgistratibus mandandis opes & facultates spectandæ?

Rationes pro diuitib. contra pauperes.

QVæri, nec incommodè quoque, solet: vtrum in mandandis honoribus ac officijs publicis etiam facultates ac diuitiæ sint considerandæ? opulenti egenis anteponendi? Et quidem

SATIVS ESSE VIDETVR DIVITIbus quam pauperibus Magistratus committi.

Ratio 1. à commodis.

Quia res ac pecunia obsidis & pignoris est loco apud Rempublicam & amoris in patriam: fides in hac ipsa & fundamentum olim erat. *Gellius, lib. 16. cap. 10.* Et qui bene rebus suis consulunt, etiam publicis prospecturos verisimile est: vt contra qui sibi malus est, alijs bonis neutiquam erit: nec diligentiam ac prudentiam in Republica adhibebit, qui domui suæ præesse nescit.

Isocrates ad Demonicum, & de Pace. Æschines in Timarchum & Ctesiphontem. Neque enim tales ingenium & animum, sed locum tantum mutant. *Æschines contra Ctesiphontem.* Nec, nisi multitudine ac magnitudine, rerũ priuatarũ cura à Reipub. gubernatione differt: aut quicquam aliud est regnũ vel ciuitas, quam magna familia; & viciſſim domus, quã parua quædam Respub. Xenophon, lib. 3. de dictis ac factis Socratis.

Ratio 2. à conditione diuitum.

Sunt præterea diuites rerum experientia instructi melius quam pauperes, quia non domi, vt pauperes, delitescunt, sed in luce viuunt. *Aristoteles, lib. Politicorum 2. cap. 7.* Domesticis negotijs minus, vt pauperes, impediti, diligentiam maiorem in rebus publicis tractandis adhibent. *Isocrates in Nicocle.* Cumque in Magistratu non tantum amor subditorum, sed etiam potentia requiratur, hanc ad rem diuitiæ plurimum commodant, *Arist. Polit. 5. cap. 9.* Faciunt, vt magnificentius sese homines gerant: minus circumagantur precijs & affectibus. *Liuius, lib. 1. Aristot. Polit. 2. cap. 7. & in hunc Casus. Æmyli⁹ lib. 1.* Vt cõtra onus graue, morbus Reipub. magnus, paupertas. *Plutarchus in Lycurgo:* res perniciosa in imperãte tenuitas: animal periculoſſimũ, rex pauper. *Simancá, lib. 3. de Repub. cap. 15. ex Caſſiodori lib. 11. variarum.* Eo egestas impellit, vt munera capiantur, quæ sapientum oculos excæcant; verba iustorum subuertunt, *Deut. 16.* Ideoq; mortis illud pœna dignum vitium iudicatur. *Plato lib. 12. de Legib.* Damnatur etiam à legibus ciuilibus, quæ requirunt, vt qui præsides sunt gentium, ciuiles administrationes habent prouinciarum, puris vtantur manibus, & ab omni acceptione pro illis abstineant, solis iis contenti, quæ à fisco dantur. *Nouell. Const. 8.* Contemptum adhæc parit, qui Magistratui perniciosus est. Vnde Phormio Atheniensis vir bene moratus, sed male nummatus, claſſi præfectus, imperium recusauit, quod diceret: pauperem se & obæratum, nec authoritatis satis apud milites, nec mẽtis ad

Ratio 3. ab incommodis paupertatis.

nis ad cogitandum habiturum. *Pausanias in Atticis.* In causa insuper est: vt timide cuncta agantur. Neque enim audent pertusa dicere læua homines. *Iuuenalis, Satyra 7.* verum ligatam linguam habent. *Plutarchus de audiendis Poëtis.* Vitiorum ac flagitiorum faces accendit: libidini rerũ nefandarũ stimulos admouet. *Plato lib. 4. de Repub.* Iubet quiduis & facere & pati, virtutisq; viã deserit arduam. *Horatius, lib. 3. Carminũ, Oda 24.*

Et habuit Dauid rex Iudæorum argenti mille millia talentum, id est decies centena millia, & auri centum millia, quæ mille millia talenta argenti valent. Etiam Salomonis immensæ opes fuerunt: fecit idem, vt tanta esset auri argentique copia in Hierusalem, quanta & lapidum, *lib. 3. Regum, cap. 10.* Aurelianus Imp. factus, cum Magnates interrogaret, quo pacto imperandum esset, responsum tulit: AVRO ac FERRO munitum eum esse oportere; illo apud amicos, hoc apud hostes. *Zonaras in Aureliano.* Carthaginenses non optimos solum, sed & ditissimos censuerunt magistratibus admouendos: quod arbitrarentur fieri non posse, eum qui egestate premeretur, recte, syncereque magistratum gerere, aut quietem optare. *Cælius, lib. 20. cap. 24.* *Ratio 4. ab exemplis.*

Etiam Census apud Romanos in Senatore ac Magistratu laudatus fuit, ne splendor ordinis amplissimi rei familiaris angustiis obscuraretur. *Sigonius de antiquo iure ciuium Rom. libro secundo cap. 2.* Et ante Augustum census senatoribus fuit sestertium octingenta millia, qui auctus post fuit. Quin etiam si posteaquam lectus esset Senator, censum labefactasset, ordinem amittebat. *Idem. Alexander libro quarto cap. 11.* Et laudabatur Tiberius, qui præterquam quod censum Senatorium iuuit, & honestam paupertatem subleuauit innocentium. *Cornelius Tacitus libro secun-* Vt & Nero, qui Senatoribus tenui familiari in reconstitutis annua salaria constituit. *Alexander, libro quarto, cap. 11. Suetonius in vita Neronis.* In Atheniẽsi *Ratio 5. à Censu, qui in Magistratu obseruatur.*

quoque Republica Solon ex censu Magistratus quingentorum modiorum & iugerum constituit. *Plutarchus in Aristide, ac Solone.* Thebanorum quoque lex fuit, vt mercenarij annos decem à foro abstinerent, suisque acquisitis bonis honeste viuerent, antequam ad Magistratum admitterentur. *Aristoteles, lib. 3. Polit. cap. 3. Valerius Maximus, lib. 4. cap. 4.* Cęteris ergo paribus in Magistratibus constituendis diuitiarum ratio habenda. Interim

Rationes pro pauperibus.

PAVPERES NON EXCLVDENDI *prorsus ab honoribus & Magistratibus.*

Ratio 1. ab exemplis eorum qui pauperes Magistratus gesserunt.

Thebanorum enim Imperator clarissimus Epaminondas tam pauper fuit; vt vnicam tantum vestem haberet: quæ cum resarcienda esset, domi est manere coactus. *Plutarchus in Epaminonda.* Aristides Atheniensis adeo pauper perijt, vt domestico sumptu funerari non potuerit: filiæ paternæ, virtutis causa, publico ære sint matrimonio locatæ. *Plutarchus in Aristide.* Lamachus Alcibiadis ac Niciæ Collega, Vir fortis, ita inops ac tenuis extitit; vt, quoties dux electus ab Atheniensibus esset, necesse haberet exiguum pecuniolæ in vestem ac crepidas expensum ferre. *Plutarchus in Nicia.* Et apud Romanos

Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis:
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum:
Sordida Serranus flexit dictator Arena.

Cn. Scipio post res prospere feliciterque in Hispania gestas summa in paupertate decessit: ita vt filias publice Senatus ob inopiam dotaret. *Frontinus, lib. 4.* L. Æmylius Paulus ad tantam paupertatem peruenit, vt, eo mortuo, dos vxori, nisi diuenditis bonis, exolui non potuerit. *Plutarchus in Æmylio. Plinius de Viris Illustribus, cap. 56. Valerius Max. lib. 4. cap. 3.* Ladislaus II. Vnga-

Vngariæ rex, in eas angustias rei familiaris venit, vt interdum, mensæ, quod apponeret, non haberet. *Sambucus in Appendice Bonfinij.*

Ac sane paupertas per se turpis non est, nisi sit indicium socordiæ, intemperantiæ, prodigalitatis: viro temperanti, laborioso, iusto, forti, & qui omnibus virtutibus præditus in publico versatur, paupertas magni animi testimonium præbet: cum non possit magnas res gerere, qui paruas curat. *Plutarchus in Aristide.* Est mater industriæ: experiri multa homines docet: imo omnes artes perdocet. *Plautus in Sticho.*

Ratio 2. à commodis paupertatis.

Neq; quicquam absurdius ac perniciosius est, quam dignitatem quæstu, ordinem precijs metiri, cum sæpe aut furtis & rapinis, aut casu quodam fortunæ dentur & eripiantur. *Bodinus, libro tertio de Republica, capite octauo.* Neque ars sordida, sed mens; non facultas, sed virtus; non adiumenta fortunæ, sed ornamenta animi in electione spectanda. *Aristoteles Politicorum 3. capite 3. Casus ibid.* Et sæpe etiam olitor, secundum prouerbium, valde est opportuna locutus: summa ingenia in occulto latent. *Plautus in Capt. Erasmus in Prouerbijs, Chiliad. 1. Centuria 6. prouerbio 1.* Quemadmodum rursus sæpe reges, ciuitates, nationes per opulentiam magna imperia amiserunt, quę per Virtutem inopes ceperant. *Sallustius in fragmentis.*

Ratio 3. ab ijs, quæ in Magistratu ac dignitate spectanda.

Neque id mirum videri debet. Siquidem vbi bonus deteriorem diuitijs magis charum magisq; acceptum videt: primo æstuat multaq; in pectore voluit. Sed vbi gloria honorem magis, indies Virtutem opulentia vincit: animus ad voluptatem à vero deficit. Quippe gloriâ industria alitur: vbi eam dempseris, ipsa per se Virtus amara & aspera est. *Idem ibid.* Negligentiam præterea opes ac diuitiæ pariunt, pereundi perdendique omnia desiderium per luxum & libidinem inuehunt. *Liuius, lib. 1.* His qui abundant, insolentes redduntur: imo ex insolentibus insani fiunt: tyranni euadunt, qui

Ratio 4. à malis & incommodis quæ oriuntur, cum solæ diuitiæ spectantur.

populum, vt leones, prædam faciunt: eius frangunt vires. *Aristoteles, Polit. cap. 7. Casus ibid.*

Ratio 5. à testimonijs & authoritate Platonis & Plinij.

Itaque Plato operam esse dandam monet, vt qui vtiliter ac decenter Magistratu fungi debent, sint diuites bonis animi, iustitiæ, sapientiæ, pietatis auro abundent, *lib. 7. de Repub.* Et queritur Plinius, quod Census Magistratus ac equites faciat: cum sit sanctius & vtilius inquirere, non quale matrimonium habeat Magistratus, sed cuius existimationis sit, & quomodo anteactam vitam transegerit? *lib. 14.*

QVÆSTIO XVIII.

VTRVM ERVDITIO AC DOCTRINA *in Magistratibus & officijs publicis consideranda?*

QVemadmodum vero allata hactenus moueri sæpe solent, cum Magistratus eligendi, concedendæ dignitates, demandanda officia sunt: ita & illud non raro in quæstionem venit; Vtrum eruditionis ac doctrinæ sit ratio habenda? Et quidem, quod

Rationes contra Eruditionem ac doctrinã

ERVDITIO ET DOCTRINA MInime *in Magistratu ac officijs publicis spectanda:*

Ratio 1. ab incõmodis.

Probant, quæ seqnuntur: quod doctos alere Consiliarios Principes ac Magistratus possunt: imperitia deinde cum modestia coniuncta vtilior esse videtur peritia ac doctrina, quæ adiunctam immodestiam habet. Qui imperiti sunt, imbecillitate sua agnita, legibus simpliciter obtemperant; iudicant ex æquo ac bono: periti & docti legibus sæpe sapientiores videri, suam in consultationibus præualere sententiam cupiunt. *Thucyd. lib. 3. in Clionis Oratione.* Et Symboli loco Imp. Licinius illud vsurpare est solitus: PESTES REIPVB.

LITTERÆ.

LITERÆ. *Eutropius.* Et Gothi negarunt, literas discendas ei esse, qui inter enses ac hastas versari aliquando debeat. *Macrobius lib. 1. de bello Gothico.* Et Ludouicus XI. Carolum VIII. Gallorum regem filium latine scite quicquam vetuit, præter illud vnum: QVI NESCIT SIMVLARE, NESCIT REGNARE. *Æmylius, lib. 10.* Accedit huc quod docti ac literati multi male Imperijs ac Rebuspub. præfuerunt; egerũt tyrannice, aut literis deditis nimis, easdem neglexerunt. Testes sunt: Ariston, qui Epicureæ disciplinæ præceptis imbutus egregie, subita vi patriam adortus, apertam tyrannidem exercuit. Critias, & qui cum eo sunt Athenis philosophati, tyranni extiterunt: Pythagoras multo crudelius, quam qui literarum ignari fuerunt, in alienam libertatem est grassatus. *Sabellicus, lib. 3. Ennead. 6.* Fuit quoque Tiberius Imperator doctus: sed ingenio motibusque peculiaribus rarisque: iniustitia, auaritia, audacia, ignauia, vitijs alijs pollutus, *quæ Dio Nicæus lib. 58. & 59 recenset: & Tacitus, lib. Annalium 2. 3. 4. 5. & 6 & Suetonius in Tiberio.* Claudius Imp. qui disciplinis liberalibus ab ætate prima non mediocrem operam dedit, ac sæpe experimenta cuiusque etiam publicauit. Verum nullam inde spem de se præbere commodiorem potuit, omnis generis maleficijs ac sceleribus deditus. *Suetonius in Claudio, Cornel. Tacitus, lib. Annalium 12.* Nero qui à Seneca Philosopho institutus, pessime vixit. *Dio Nicæus. Tacitus, lib. 11. Suetonius in Nerone.* Gallienus, qui oratione, poëmate atq; omnibus artibus claruit: tã inter Poëtas, quã Rhetores sui tẽporis emicuit: at prodigiosus Imperator, genio suo indulsit: maximum Romano Imperio damnum dedit: cladium plurimarũ author causaq; extitit. *Trebellius Pollio.* Michaël Parapinace⁹ Imperator, Poëta, Orator, Historicus minime cõtemnendus, sed Reipub. prorsus inutilis *Cuspinian.* Theodor⁹ Gothorũ rex doctissim⁹, sed ad Rẽpub. gerẽdã ignauissim⁹.

Ratio 2. ex authoritate & exemplis.

Ratio 3. ex exẽplis eorum, qui docti male magistratus gesserunt.

Ioannes Magnus, lib.10. Verum hæc literas earumdemque cultum non euertunt: quodque

Rationes pro eruditione ac doctrina.

ERVDITIO AC DOCTRINA IN *Magistratu & officijs publicis probanda:*

Inde colligitur, quod I. apud Persas rex fieri nemo potuit, nisi qui Magorum imbutus disciplina esset: Romani, cum Imperator aliquando quæreretur: quis, acclamarunt, melius, quam literatus imperat? *Vopiscus in Tacito.* Et Numa II. Romanorum rex philosophatus egregie est. *Plutarchus in Numa.* Annum XII. in menses distribuit: leges quoque tulit pulcherrimas & vtilissimas. *Plinius de Viris Illustribus, cap. 3.* C. Iulius Cæsar, quam fuerit doctus, cum alia probant, tum rerum gestarum in Gallico & ciuili bello libri scripti ac editi. *Suetonius in Cæsare.* Cæsar Augustus, qui studia liberalia laboriosissime exercuit: etiam Mutinensi in expeditione & legit, & scripsit, & declamitauit quotidie. *Dio, lib. 51 Suetoni⁹ in Augusto.* Germanic⁹, qui Græcas Comœdias & Epigrammata scripsit: causas orauit etiam triumphales. *Suetonius.* Titus, cognomine paterno, amor ac deliciæ generis humani, qui Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus & facilis ad extemporalitatem vsq;, sed ne Musicæ quidem rudis: vt qui cantaret & psalleret iucunde scienterque. *Suetonius.* Adrianus, qui Græcis literis sic studuit, vt à nonnullis Græculus diceretur: poematum, & literarum omnium studiosissimus; Arithmeticæ, Geometriæ peritissimus fuit. *Ælius Spartianus in Adriano.* M. Antoninus Philosophus, in quo tantum Philosophiæ studium extitit, vt adscitus iam Imperatoriam ad dignitatem, tamen ad domum Apollonij discendi causa veniret: tantum operis & laboris studijs impendit, vt corpus afficeret, atque in hoc solo

Ratio 1. ab authoritate & exemplis.

solo pueritia eius reprehenderetur. *Iulius Capitolinus in M. Antonino Philosopho.* Seuer⁹, qui Latinis Græcisque literis imbutus egregie fuit: 18. ætatis anno publice declamauit. *Ælius Spart. in Seuero.* Alexander Seuerus Mammeæ filius, qui à pueritia prima artibus bonis imbutus, tam ciuilibus, quam militaribus, ne vnum quidem diem sponte sua transire passus est, quo se non & ad literas & ad militiam exerceret. *Ælius Lampridius in Alexandro Seuero.* Cõstantinus Magn⁹, qui ex literis non ornatum tantum, verum etiam fructum maximum cepit. *P Diaconus.* Theodosius Maior, princeps optimus ac doctissimus, *Idem.* Carolus Magnus linguarum multarũ peritia clarus. *Æmylius, lib. 3. Sigebertus, Sigonius lib. 4. de regno Italiæ.* Fridericus II. Imp. Latinam, Græcam, Saracenicam, Gallicam & Germanicam linguam optime calluit: quicquid habuit otij, librorum lectioni tribuit. *Sigonius, lib. 16. Cuspinianus.* Alphonsus senior Calabriæ dux, qui nunquam sine libris in expeditionem proficiscebatur: ex quibus magno suo cum fructu longe melius præstantissimorum virorum virtutes se cognoscere posse affirmabat, quam ex mutis magistris. *Pontanus in lib. de Principe.* Alphonsus Aragonum & Siciliæ rex potentissimus, qui dicere est solitus: malle sese priuatum viuere, quam eruditione carere: commentarios Cæsaris in omnibus expeditionibus secum habuit: librum apertum pro suo insigni gessit. *Panormita de rebus eius gestis.* Ladislaus rex Vngariæ ac Boëmiæ, qui quamuis adhuc puer, cum esset Romæ, non videri sibi aiebat homines, qui literas ignorarent. *Æneas Syluius libro tertio.*

Ratio 2. à conditione Magistratus.

Et quemnam plura ac meliora scire oportet, quam principem & Magistratum, cuius doctrina omnibus subiectis profutura est? *Vegetius de re militari in proœmio lib. 1.* Cuius magnum ac difficile munus, cura ingens, & quæ magnis autoribus eget, *Plato lib. 2. & 7. de Re-*

de Repub. Velleius Paterculus, lib. 2. Lipsius, lib. Politic. 3. capite secundo.

Ratio 3. à lege natura. Ac sane natura hoc requirit, vt melioribus & potentioribus deteriora submittantur. Ita scilicet multis gregibus aut maxima corpora præsunt aut velocissima: non degener taurus armenta præcedit, sed qui magnitudine ac toris cæteros mares vincit: Elephantorum gregem excellentissimus ducit: inter homines pro summo est optimus, ac rector animo eligendus. *Seneca, lib. 13. Epist. Epistola 90.* Neque qui doctrina tincti non sunt, multum dissimiles statuis ac colossis esse videntur, qui honestam præ se foris speciem ferunt: intus vero pleni plumbo, lapide terra sunt. *Plutarchus ad principem indoctum.* *Ratio 4. à turpi.*

Ratio 5. ab vtilitate & commodis eruditionis ac doctrina. Neque ad vitam solum instituendam literæ conducunt; verum etiam necessariæ sunt ad consultandum: consilia vtilia ad Rempublicam capessendam suppeditant. *Plutarchus in Coriolano.* Estque laudis fundamentum doctrina: fons veræ felicitatis; &, vt laurus perpetuo viret, ita eruditionis fama nõ marcescit. *Plato lib. 6. de Republica. Plinius lib. 15. cap. 30.* Vt inscitia contra omniũ in Republica miseriarum ac calamitatum causa est. *Idem lib. 5. de Republica & Epistola 7. Pontanus de Principe & lib. 5. de Obedientia.* Ac, vt necesse est ante omnia regulam rectam esse, vt ea, quibus applicatur, ad rectitudinem perducantur: ita Principem ac Magistratum oportet ipsum recte constitutum esse: cum non sit cadentis erigere; incompositi componere; inordinati ordinare. *Plutarch. ad Principem indoctum.* Quemadmodum etiam vestium magnificentia ac splendor requiritur, vt cæteris hominibus Principes ac Magistratibus præstent: ita hoc flagitatur; vt ijdem doctrina atque eloquentia alijs antecellant: quandoquidem longe pulchrius est magisq; regium, bene constituto animo esse, quam corpus pulchris vestibus ornatum habere. *Aristoteles in Rhet. ad Alexandrum, cap. 2.* Ac licet Virtus à *Ratio 6. ab honesta.*

tus à natura quosdam impetus sumat: tamē perficienda doctrina est: & si ad naturam eximiam eruditio accesserit, tum demum singulare quid existere solet. *Cic. pro Archia poëta.* *Ratio 7. à perfectione naturæ.*

Neq; istud silentio obruendū, quod magna ingenia, nisi recte instituta, imbuta literis fuerint, quæ mores emolliunt, tanto deteriora euadunt, quanto in illis maiores igniculi extiterint. *Plato, 6. de Repub.* Neq; admonere talia ingenia aut reprehendere amici audent. Vnde illud dictum: NIHIL NISI EQVITARE RECTE POTENTES DISCERE: quod equi nullā sessorum rationem habeant; æque Principem atq; aliū equitandi imperitum excutiant. *Plutarchus ad Principem indoctum.* *Ratio 8. à necessitate.*

Ac licet consiliarios habeant doctos & prudentes Principes & Magistratus: tamen misera prudentia est, quæ ex alieno arbitrio pendet. *Herespachius, de Principū educatione, cap. 12.* Quin & prudētiæ magnę est, alio-rū consilijs ac senteutijs obtēperare velle. Et tres infelices in lege legūtur: qui scit & nō docet: qui docet & nō facit: qui nescit & nō interrogat. *Beda.* Testes Atheniēses sunt, qui quamuis monente Solone, Pisistrato stipatores cōcesserunt: quib. ille fretus Tyrannidem occupauit. *Plut in Solone.* Et Cyrus qui Crœso dissuadēti expeditionē contra Tamyrin, Massagetarū reginā, imperandi libidine accensus, nō obtēperauit, neq; verū esse credidit, q; discere eum idem iussit: Circulū esse rerum humanarū, qui rotatus, eosdē semper fortunatos esse nō sinat. *Herodotus, libro 1.* Et Xerxes, qui Demarato Spartano si paruisset, Græciam totam sine negotio subegisset. *Herodotus lib. 7.* Nec idem superatus ad Salaminem turpissime fuisset, si Artemisiæ Cariæ reginæ locum consilijs dedisset, quæ suasit, ne in loco angusto cum Gręcis in re nautica exercitatissimis certaret. *Herodotus libro octauo* Nec Mardonius dux Xerxis, cum triginta hominū millib. vitam amisisset, si Thebanis morē *Obiectio de Consiliarijs refutatur.*

gessisset

Caligula filius eius ignauia, libidinibus, stultitia ab eo degenerauit. *Suetonius.* Valerianus Imperator omnibus virtutibus præditus Galienum filium reliquit, qui propter insignem ignauiam ac mollitiem triginta tyrãnis imperij inuadendi occasionem dedit. *Trebellius Pollio.* Caroli Magni magna in liberis instituẽdis cura fuit: sed euentus dispar extitit: filij patri dissimiles, excepto Ludouico Pio. *Auentinus libro quarto, Æmylius lib. secundo.* Henricus II. Imp. laudatissimus: at filium Henricum III. reliquit, à paternis virtutibus prorsus degenerem. *Egnatius lib.3.* Et ostendit Aristoteles fortium & animosorum filios, cum deficiunt & παρέκβασιν faciunt, temulentos, prodigos, crudeles, furiosos euadere: vt Alcibiadis & Dionysij: grauium vero ac doctorum, ignauos, simplices, bardos, asininis ingenijs præditos: vt Socratis & Hippocratis, *lib. 2. Rhetoricum cap. 15. de Nobilium moribus & ingenijs.* Fiunt autem παρεκβάσεις digressiones tales, vel fato, vt Demostheni placet: vel educatione indulgenti apud magnos, qui φιλοστοργίᾳ ardentiori vtuntur: vel institutione negligenti apud publicis negotijs occupatos, vt Plutarchus in libello περὶ παίδων ἀγωγῆς censet: vel naturali rerum omnium inconstantia ac mutatione in deterius, vt Aristoteles *in loco ante notato* docet allata similitudine ab agris sumpta: quod, vt in agris interdum magna frugum φορὰ, vbertas ac copia; interdum αὐχμὸς, penuria & egestas, est: ita in familijs nonnunquam magnorum Virorum quasi copia & vbertas; interdum vero penuria exoritur: Viris claris ac bonis improbi ac nullius precij homines succedunt.

Causæ, cur degeneres multi: heroum filij noxæ.

Itaque cum maiorum ac parentum suorum solis quis rebus gestis meritisque fretus, honores ac officia petit; respondendum, quod Antigonus II. adolescenti cuidam respondit, qui patris fortis ipse non fortis stipendium petijt: οὐ πατραγαθίης, ἀλλ' ἀνδραγαθίης ἕνεκα, non ob patrias, sed proprias cuiusque viri virtutes, mercedem

Vt respondendum iis qui solis maiorum ac parentũ meritis nituntur.

cedem ac munera dare soleo. *Plutarchus in Apophtheg.* Cum veteris prosapiæ multarumque imaginum homines in obscuris Virtutem despiciunt; dicendum, quod apud Salustium Marius dicit: tales semetipsos ac maiores suos despicere, quibus non minus ab ipsis ex virtute aliquando nobilitas cœpit. *In bello Iugurthino.* Et, quod Cicero *pro L. Murana* habet, eiusdem animi ac ingenij est; posteris suis amplitudinem nominis, quam non acceperis, tradere: & memoriam prope intermortuam generis sui virtute renouare. Et *pro Plancio*, vbi gradus exponuntur, quibus ad honorum conscendendũ culmen est: Cum equidẽ semper, inquit, laboraui primo, vt honore dignus essem: secundo, vt existimarer: tertium mihi fuit illud, quod plerisque plurimum est; ipse honos.

Obscuri ac noui quib. rationibus defendendi

QVÆSTIO XVII.

VTRVM IN HONORIBVS AC MAgistratibus mandandis opes & facultates spectandæ?

Rationes pro diuitib. contra pauperes.

QVæri, nec incommodè quoque, solet: vtrum in mandandis honoribus ac officijs publicis etiam facultates ac diuitiæ sint considerandæ? opulenti egenis anteponendi? Et quidem

SATIVS ESSE VIDETVR DIVITIbus quam pauperibus Magistratus committi.

Ratio 1. à commodis.

Quia res ac pecunia obsidis & pignoris est loco apud Rempublicam & amoris in patriam: fides in hac ipsa & fundamentum olim erat. *Gellius, lib. 16. cap. 10.* Et qui bene rebus suis consulunt, etiam publicis prospecturos verisimile est: vt contra qui sibi malus est, alijs bonus neutiquam erit: nec diligentiam ac prudentiam in Republica adhibebit, qui domui suæ præesse nescit.

Isocrates ad Demonicum, & de Pace. Æschines in Timarchum & Ctesiphontem. Neque enim tales ingenium & animum, sed locum tantum mutant. *Æschines contra Ctesiphontem.* Nec, nisi multitudine ac magnitudine, rerũ priuatarũ cura à Reipub. gubernatione differt: aut quicquam aliud est regnũ vel ciuitas, quam magna familia; & vicissim domus, quã parua quædam Respub. Xenophon, lib. 3. de dictis ac factis Socratis.

Ratio 2. à conditione diuitum. Sunt præterea diuites rerum experientia instructi melius quam pauperes, quia non domi, vt pauperes, delitescunt, sed in luce viuunt. *Aristoteles, lib. Politicorum 2. cap. 7.* Domesticis negotijs minus, vt pauperes, impediti, diligentiam maiorem in rebus publicis tractandis adhibent. *Isocrates in Nicocle.* Cumque in Magistratu non tantum amor subditorum, sed etiam potentia requiratur, hanc ad rem diuitiæ plurimum commodant, *Arist. Polit. 5. cap. 9.* Faciunt, vt magnificentius sese homines gerant: minus circumagantur precijs & affectibus. *Liuius, lib. 1. Aristot. Polit. 2. cap. 7. & in hunc Casus. Æmyli⁹ lib. 1.*

Ratio 3. ab incommodis paupertatis. Vt cõtra onus graue, morbus Reipub. magnus, paupertas. *Plutarchus in Lycurgo:* res perniciosa in imperãte tenuitas: animal periculosissimũ, rex pauper. *Simancà, lib. 3. de Repub. cap. 15. ex Cassiodori lib. 11. variarum.* Eo egestas impellit, vt munera capiantur, quæ sapientum oculos excæcant; verba iustorum subuertunt, *Deut. 16.* Ideoq; mortis illud pœna dignum vitium iudicatur. *Plato lib. 12. de Legib.* Damnatur etiam à legibus ciuilibus, quæ requirunt, vt qui præsides sunt gentium, ciuiles administrationes habent prouinciarum, puris vtantur manibus, & ab omni acceptione pro illis abstineant, solis iis contenti, quæ à fisco dantur. *Nouell. Const. 8.* Contemptum adhæc parit, qui Magistratui perniciosus est. Vnde Phormio Atheniensis vir bene moratus, sed male nummatus, classi præfectus, imperium recusauit, quod diceret: pauperem se & obæratum, nec authoritatis satis apud milites, nec mẽtis ad

tis ad

nis ad cogitandum habiturunt. *Pausanias in Atticis.* In causa insuper est: vt timide cuncta agantur. Neque enim audent pertusa dicere læua homines. *Iuuenalis, Satyra 7.* verum ligatam linguam habent. *Plutarchus de audiendis Poëtis.* Vitiorum ac flagitiorum faces accendit: libidini rerũ nefandarũ stimulos admouet. *Plato lib. 4. de Repub.* Iubet quiduis & facere & pati, virtutisq; viã deserit arduam. *Horatius, lib. 3. Carminũ, Oda 24.*

Et habuit Dauid rex Iudæorum argenti mille millia talentum, id est decies centena millia, & auri centum millia, quæ mille millia talenta argenti valent. Etiam Salomonis immensæ opes fuerunt: fecit idem, vt tanta esset auri argentique copia in Hierusalem, quanta & lapidum, *lib. 3. Regum, cap. 10.* Aurelianus Imp. factus, cum Magnates interrogaret, quo pacto imperandum esset, responsum tulit: AVRO ac FERRO munitum eum esse oportere; illo apud amicos, hoc apud hostes. *Zonaras in Aureliano.* Carthaginenses non optimos solum, sed & ditissimos censuerunt magistratibus admouendos: quod arbitrarentur fieri non posse, eum qui egestate premeretur, recte, syncereque magistratum gerere, aut quietem optare. *Cælius, lib. 20. cap. 24.* *Ratio 4. ab exemplis.*

Etiam Census apud Romanos in Senatore ac Magistratu laudatus fuit, ne splendor ordinis amplissimi rei familiaris angustiis obscuraretur. *Sigonius de antiquo iure ciuium Rom. libro secundo cap. 2.* Et ante Augustum census senatoribus fuit sestertium octingenta millia, qui auctus post fuit. Quin etiam si postea quam lectus esset Senator, censum labefactasset, ordinem amittebat. *Idem. Alexander libro quarto cap. 11.* Et laudabatur Tiberius, qui præterquam quod censum Senatorium iuuit, & honestam paupertatem subleuauit innocentium. *Cornelius Tacitus libro secun-* Vt & Nero, qui Senatoribus tenui familiari in reconstitutis annua salaria constituit. *Alexander, libro quarto, cap. 11. Suetonius in vita Neronis.* In Atheniẽsi *Ratio 5. à Censu, qui in Magistratu obseruatur.*

quoque Republica Solon ex censu Magistratus quingentorum modiorum & iugerum constituit. *Plutarchus in Aristide, ac Solone.* Thebanorum quoque lex fuit, vt mercenarij annos decem à foro abstinerent, suisque acquisitis bonis honeste viuerent, antequam ad Magistratum admitterentur. *Aristoteles, lib.3. Polit. cap.3. Valerius Maximus, lib.4. cap.4.* Ceteris ergo paribus in Magistratibus constituendis diuitiarum ratio habenda. Interim

Rationes pro pauperibus.

PAVPERES NON EXCLVDENDI *prorsus ab honoribus & Magistratibus.*

Ratio 1. ab exemplis eorum qui pauperes Magistratus gesserunt.

Thebanorum enim Imperator clarissimus Epaminondas tam pauper fuit: vt vnicam tantum vestem haberet: quæ cum resarcienda esset, domi est manere coactus. *Plutarchus in Epaminonda.* Aristides Atheniensis adeo pauper perijt, vt domestico sumptu funerari non potuerit: filiæ paternæ, virtutis causa, publico ære sint matrimonio locatæ. *Plutarchus in Aristide.* Lamachus Alcibiadis ac Niciæ Collega, Vir fortis, ita inops ac tenuis extitit; vt, quoties dux electus ab Atheniensibus esset, necesse haberet exiguum pecuniolæ in vestem ac crepidas expensum ferre. ***Plutarchus in Nicia.*** Et apud Romanos

Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis:
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum:
Sordida Serranus flexit dictator Arena.

Cn. Scipio post res prospere feliciterque in Hispania gestas summa in paupertate decessit: ita vt filias publice Senatus ob inopiam dotaret. *Frontinus, lib. 4.* L. Æmylius Paulus ad tantam paupertatem peruenit, vt, eo mortuo, dos vxori, nisi diuenditis bonis, exolui non potuerit. *Plutarchus in Æmylio. Plinius de Viris Illustribus, cap.56. Valerius Max. lib.4. cap.3.* Ladislaus II. Vnga-

Vngariæ rex, in eas angustias rei familiaris venit, vt interdum, mensæ, quod apponeret, non haberet. *Sambucus in Appendice Bonfinij.*

Ac sane paupertas per se turpis non est, nisi sit indicium socordiæ, intemperantiæ, prodigalitatis: viro téperanti, laborioso, iusto, forti, & qui omnibus virtutibus præditus in publico versatur, paupertas magni animi testimonium præbet: cum non possit magnas res gerere, qui paruas curat. *Plutarchus in Aristide.* Est mater industriæ: experiri multa homines docet: imo omnes artes perdocet. *Plautus in Sticho.*

Ratio 2. à commodis paupertatis.

Neq; quicquam absurdius ac perniciosius est, quam dignitatem quæstu, ordinem precijs metiri, cum sæpe aut furtis & rapinis, aut casu quodam fortunæ dentur & eripiantur. *Bodinus, libro tertio de Republica, capite octauo.* Neque ars sordida, sed mens; non facultas, sed virtus; non adiumenta fortunæ, sed ornamenta animi in electione spectanda. *Aristoteles Politicorum 3. capite 3. Casus ibid.* Et sæpe etiam olitor, secundum prouerbium, valde est opportuna locutus: summa ingenia in occulto latent. *Plautus in Capt. Erasmus in Prouerbijs, Chiliad. 1. Centuria 6. prouerbio 1.* Quemadmodum rursus sæpe reges, ciuitates, nationes per opulentiam magna imperia amiserunt, quę per Virtutem inopes ceperant. *Sallustius in fragmentis.*

Ratio 3. ab ijs, quæ in Magistratu ac dignitate spectanda.

Neque id mirum videri debet. Siquidem vbi bonus deteriorem diuitijs magis charum magisq; acceptum videt: primo æstuat multaq; in pectore voluit. Sed vbi gloria honorem magis, indies Virtutem opulentia vincit: animus ad voluptatem à vero deficit. Quippe gloriâ industria alitur: vbi eam dempseris, ipsa per se Virtus amara & aspera est. *Idem ibid.* Negligentiam præterea opes ac diuitiæ pariunt, pereundi perdendique omnia desiderium per luxum & libidinem inuehunt. *Liuius, lib. 1.* His qui abundant, insolentes redduntur: imo ex insolentibus insani fiunt: tyranni euadunt, qui

Ratio 4. à malis & incommodis quæ oriuntur, cum sola diuitiæ spectantur.

populum, vt leones, prædam faciunt: eius frangunt vires. *Aristoteles, Polit. cap. 7. Casus ibid.*

Ratio 5. à testimonijs & authoritate Platonis & Plinij.

Itaque Plato operam esse dandam monet, vt qui vtiliter ac decenter Magistratu fungi debent, sint diuites. bonis animi, iustitiæ, sapientiæ, pietatis auro abundent, *lib. 7. de Repub.* Et queritur Plinius, quod Census Magistratus ac equites faciat: cum sit sanctius & vtilius inquirere, non quale matrimonium habeat Magistratus, sed cuius existimationis sit, & quomodo anteactam vitam transegerit? *lib. 14.*

QVÆSTIO XVIII.

VTRVM ERVDITIO AC DOCTRINA in Magistratibus & officijs publicis consideranda?

QVemadmodum vero allata hactenus moueri sæpe solent, cum Magistratus eligendi, concedendæ dignitates, demandanda officia sunt: ita & illud non raro in quæstionem venit; Vtrum eruditionis ac doctrinæ sit ratio habenda? Et quidem, quod

Rationes contra Eruditionem ac doctrinã

ERVDITIO ET DOCTRINA minime in Magistratu ac officijs publicis spectanda:

Ratio 1. ab incõmodis.

Probant, quæ sequuntur: quod doctos alere Consiliarios Principes ac Magistratus possunt: imperitia deinde cum modestia coniuncta vtilior esse videtur peritia ac doctrina, quæ adiunctam immodestiam habet. Qui imperiti sunt, imbecillitate sua agnita, legibus simpliciter obtemperant; iudicant ex æquo ac bono: periti & docti legibus sæpe sapientiores videri, suam in consultationibus præualere sententiam cupiunt. *Thucyd. lib. 3. in Clionis Oratione.* Et Symboli loco Imp. Licinius illud vsurpare est solitus: PESTES REIPVB.

LITTERÆ.

LITERÆ. *Eutropius.* Et Gothi negarunt, literas discendas ei esse, qui inter enses ac hastas versari aliquando debeat. *Macrobius lib. 1. de bello Gothico.* Et Ludouicus XI. Carolum VIII. Gallorum regem filium latine scite quicquam vetuit, præter illud vnum: QVI NESCIT SIMVLARE, NESCIT REGNARE. *Æmylius, lib. 10.* Accedit huc quod docti ac literati multi male Imperijs ac Rebuspub. præfuerunt; egerũt tyrannice, aut literis dediti nimis, easdem neglexerunt. Testes sunt: Ariston, qui Epicureæ disciplinæ præceptis imbutus egregie, subita vi patriam adortus, apertam tyrannidem exercuit. Critias, & qui cum eo sunt Athenis philosophati, tyranni extiterunt: Pythagoras multo crudelius, quam qui literarum ignari fuerunt, in alienam libertatem est grassatus. *Sabellicus, lib. 3. Ennead. 6.* Fuit quoque Tiberius Imperator doctus: sed ingenio moribusque peculiaribus ratisque: iniustitia, auaritia, audacia, ignauia, vitijs alijs pollutus, *quæ Dio Nicæus lib. 58. & 59 recenset: & Tacitus, lib. Annalium 2. 3. 4. 5. & 6 & Suetonius in Tiberio.* Claudius Imp. qui disciplinis liberalibus ab ætate prima non mediocrem operam dedit, ac sæpe experimenta cuiusque etiam publicauit. Verum nullam inde spem de se præbere commodiorem potuit, omnis generis maleficijs ac sceleribus deditus. *Suetonius in Claudio, Cornel. Tacitus, lib. Annalium 12.* Nero qui à Seneca Philosopho institutus, pessime vixit. *Dio Nicæus. Tacitus, lib. 11. Suetonius in Nerone.* Gallienus, qui oratione, poëmate atq; omnibus artibus claruit: tã inter Poëtas, quã Rhetores sui tẽporis emicuit: at prodigiosus imperator, genio suo indulsit: maximum Romano Imperio damnum dedit: cladium plurimarũ author causaq; extitit. *Trebellius Pollio.* Michaël Parapinace⁹ Imperator, Poëta; Orator, Historicus minime cõtemnendus; sed Reipub. prorsus inutilis *Cuspinian.* Theodor⁹ Gothorũ rex doctissim⁹, sed ad Rẽpub. gerẽdã ignauissim⁹.

Ratio 2. ab authoritate & exemplis.

Ratio 3. ab exẽplis eorum, qui docti male magistratus gesserunt.

Ioannes Magnus, lib.10. Verum hæc literas earumdemque cultum non euertunt: quodque

Rationes pro eruditione ac doctrina.

ERVDITIO AC DOCTRINA IN *Magistratu & officijs publicis probanda:*

Ratio 1. ab authoritate & exemplis.

Inde colligitur, quod I. apud Persas rex fieri nemo potuit, nisi qui Magorum imbutus disciplina esset. Romani, cum Imperator aliquando quæreretur: quis, acclamarunt, melius, quam literatus imperat? *Vopiscus in Tacito.* Et Numa II. Romanorum rex philosophatus egregie est. *Plutarchus in Numa.* Annum XII. in menses distribuit: leges quoque tulit pulcherrimas & vtilissimas. *Plinius de Viris Illustribus, cap. 3.* C. Iulius Cæsar, quam fuerit doctus, cum alia probant, tum rerum gestarum in Gallico & ciuili bello libri scripti ac editi. *Suetonius in Cæsare.* Cæsar Augustus, qui studia liberalia laboriosissime exercuit: etiam Mutinensi in expeditione & legit, & scripsit, & declamitauit quotidie. *Dio, lib. 51 Suetoni⁹ in Augusto.* Germanic⁹, qui Græcas Comœdias & Epigrammata scripsit: causas orauit etiam triumphales. *Suetonius.* Titus, cognomine paterno, amor ac deliciæ generis humani, qui Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus & facilis ad extemporalitatem vsq;, sed ne Musicæ quidem rudis: vt qui cantaret & psalleret iucunde scienterque. *Suetonius.* Adrianus, qui Græcis literis sic studuit, vt à nonnullis Græculus diceretur: poematum, & literarum omnium studiosissimus; Arithmeticæ, Geometriæ peritissimus fuit. *Ælius Spartianus in Adriano.* M. Antoninus Philosophus, in quo tantum Philosophiæ studium extitit, vt adscitus iam Imperatoriam ad dignitatem, tamen ad domum Apollonij discendi causa veniret: tantum operis & laboris studijs impendit, vt corpus afficeret, atque in hoc solo

ſolo pueritia eius reprehenderetur. *Iulius Capitolinus in M. Antonino Philoſopho.* Seuer⁹, qui Latinis Græcisque literis imbutus egregie fuit: 18. ætatis anno publice declamauit. *Ælius Spart. in Seuero.* Alexander Seuerus Mammeæ filius, qui à pueritia prima artibus bonis imbutus, tam ciuilibus, quam militaribus, ne vnum quidem diem ſponte ſua tranſire paſſus eſt, quo ſe non & ad literas & ad militiam exerceret. *Ælius Lampridius in Alexandro Seuero.* Cõſtantinus Magn⁹, qui ex literis non ornatum tantum, verum etiam fructum maximum cepit. *P Diaconus.* Theodoſius Maior, princeps optimus ac doctiſſimus, *Idem.* Carolus Magnus linguarum multarũ peritia clarus. *Æmylius, lib. 3. Sigebertus, Sigonius lib. 4. de regno Italiæ.* Fridericus II. Imp. Latinam, Græcam, Saracenicam, Gallicam & Germanicam linguam optime calluit: quicquid habuit otij, librorum lectioni tribuit. *Sigonius, lib. 16. Cuſpinianus.* Alphonſus ſenior Calabriæ dux, qui nunquam ſine libris in expeditionem proficiſcebatur: ex quibus magno ſuo cum fructu longe melius præſtantiſſimorum virorum virtutes ſe cognoſcere poſſe affirmabat, quam ex mutis magiſtris. *Pontanus in lib. de Principe.* Alphonſus Aragonum & Siciliæ rex potentiſſimus, qui dicere eſt ſolitus: malle ſeſe priuatum viuere, quam eruditione carere: commentarios Cæſaris in omnibus expeditionibus ſecum habuit: librum apertum pro ſuo inſigni geſſit. *Panormita de rebus eius geſtis.* Ladiſlaus rex Vngariæ ac Boëmiæ, qui quamuis adhuc puer, cum eſſet Romæ, non videri ſibi aiebat homines, qui literas ignorarent. *Æneas Syluius libro tertio.*

Et quemnam plura ac meliora ſcire oportet, quam principem & Magiſtratum, cuius doctrina omnibus ſubiectis profutura eſt? *Vegetius de re militari in proœmio lib. 1.* Cuius magnum ac difficile munus, cura ingens, & quæ magnis autoribus eget, *Plato lib. 2. & 7. de Re-* *Ratio 2. à conditione Magiſtratus.*

tus à natura quosdam impetus sumat: tamē perficienda doctrina est: & si ad naturam eximiam eruditio accesserit, tum demum singulare quid existere solet. *Cic. pro Archia poëta.*

Ratio 7. à perfectione naturæ.

Neq; istud silentio obruendū, quod magna ingenia, nisi rectè instituta, imbuta literis fuerint, quæ mores emolliunt, tanto deteriora euadunt, quanto in illis maiores igniculi extiterint. *Plato, 6. de Repub.* Neq; admonere talia ingenia aut reprehendere amici audent. Vnde illud dictum: NIHIL NISI EQVITARE RECTE POTENTES DISCERE: quod equi nullā sessorum rationem habeant; æque Principem atq; aliū equitandi imperitum excutiant. *Plutarchus ad Principem indoctum.*

Ratio 8. à necessitate.

Ac licet consiliarios habeant doctos & prudentes Principes & Magistratus: tamen misera prudentia est, quæ ex alieno arbitrio pendet. *Herespachius, de Principū educatione, cap. 12.* Quin & prudentiæ magnę est, aliorū consilijs ac senteutijs obtēperare velle. Et tres infelices in lege legūtur: qui scit & nō docet: qui docet & nō facit: qui nescit & nō interrogat. *Beda.* Testes Atheniēses sunt, qui quamuis monente Solone, Pisistrato stipatores cōcesserunt: quib. ille fretus Tyrannidem occupauit. *Plut in Solone* Et Cyrus qui Crœso dissuadēti expeditionē contra Tamyrin, Massagetarū reginā, imperandi libidine accensus, nō obtēperauit, neq; verū esse credidit, q; discere eum idem iussit: Circulū esse rerum humanarū, qui rotatus, eosdē semper fortunatos esse nō sinat. *Herodotus, libro 1.* Et Xerxes, qui Demarato Spartano si paruisset, Græciam totam sine negotio subegisset. *Herodotus lib. 7.* Nec idem superatus ad Salaminem turpissime fuisset, si Artemisiæ Cariæ reginæ locum consilijs dedisset, quæ suasit, ne in loco angusto cum Gręcis in re nautica exercitatissimis certaret. *Herodotus libro octauo* Nec Mardonius dux Xerxis, cum triginta hominū millib. vitam amisisset, si Thebanis morē gessisset.

Obiectio de Consiliarijs refutatur.

gessisset

gessisset, qui, cum à Xerxis partibus starent, suadebant in Thessalia manendum, & missa pecunia, Græcos ad factiones ac seditiones sollicitandos esse. *Herodotus, libro nono.* Nec exercitum apud Coroneam Tolmis, dux Atheniensium, si Periclem audiuisset, qui pro concione eum orauit, si Periclo non crederet: non tamen erraturum ipsum, si prudentissimum Consiliarium operiretur, TEMPVS. *Plutarchus in Pericle.* Sed & illud non vulgaris prudentiæ est, recte iudicare, qui bene aut perperam consulant aut dicant aliquid. Exemplo sint Claudius & Sergius Galba Impp. qui abutendos sese tradiderunt suis, nec iudicare de consilijs eorum potuerunt. *Suetonius.* Et Nero, qui Consiliariorum suorum instinctu multa contra dignitatem suam fecit. *Xiphilinus in Nerone.* Ac de Atheniensibus Anacharsis dixit: sapientes in concionibus sententiam apud Græcos dicere: stultos vero iudicare. *Alexander ab Alexandro, lib. 4. cap. 1.* Nec DEVS etiam punire magis populum potest, quam cum Principes ac Magistratus stolidos ac imperitos præficit. Quia enim tales toti ab aliorum arbitrio pendent, nec per se ipsi quicquam gerunt: nascuntur factiones, diuiditur populus, diuiditur Senatus, diuiduntur regni proceres, oriuntur demum bella. *Comineus lib. 3.* Fit, quod dici prouerbio solet; vt rege ceruo leones vincantur. *Æmylius, libro secundo.*

QVÆSTIO XIX.

VTRVM, ELOQVENS VT SIT Magistratus, necessarium?

VT eruditio ac doctrina magnum & adiumentum, & ornamentum Reipublicæ gubernatori affertata eidem dicendi plurimum vis ac facultas prodest; licet sint, contrarium qui statuant: & quod

NON

NON DESIDERETVR IN PRINCIPE ac Magiſtratu Eloquentia:

Probare conentur his rationibus: quia I. Mores dicentis perſuadere ſolent, non oratio: τρόπος ἐστὶν ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος. Et Scaurus talis apud Romanos fuiſſe dicitur, vt naturalis quædam grauitas & authoritas in eo deprehenderetur: vt non cauſam, ſed teſtimonium dicere videretur, cum pro reo diceret. Deinde Oratio videtur, quo magis ad ornatum eſt ac oſtentationem compoſita, eo à veritate abeſſe longius putatur. *Plato in Axiocho.* Tum & Ariſtoteles in Politicis affirmat: Democratias plurimas in tyrannidem ſæpenumero eſſe mutatas per blandos populi ductores. *libro quinto. Politic. cap. 6.* Ac ſane plura detrimenta publicis rebus, quam adiumenta importare Eloquentia conſueuit: eripit pœnis ſceleſtos, damnat bonos, in peius conſilia ducit, non ſeditiones modo turbaſque populares, ſed bella etiam inexpiabilia excitat. *Ariſtotel. 1. Rhet. cap. 1. Cicero 1. de Inuentione; 1. de Oratore. Quintilianus, lib. 2. cap. 17.* Ita Piſiſtratus Athenis Eloquentia ſua tyrannidem occupauit, fruſtra reſiſtente Solone. *Plutarchus in Solone. Iuſtinus, lib. 2.* Et Alcibiades non mediocris orator, inquietus fuit, & ad res multas nouas feneſtram aperuit. *Plutarchus in Nicia.* Et Theramenes, qui triginta tyrannos Athenis conſtituit. *Suidas.* Et Ephialtes, qui Athenis Senatus Areopagi potentiam fregit, ciuibuſque affatim, vt Plato *lib. de Repub. 8.* ſcribit, meram libertatem propinauit, qua inſtar equi luxuriantis poſtea deſiit populus principes ac Magiſtratus ſuos audire. *Plutarchus in Pericle.* Apud Romanos quoque Tribuni plebis, homines ſeditioſi ac turbulenti, plerunque Eloquentia valuerunt: Tiberius & Caius Gracchi, L. Saturninus. *Cicero, lib. 1. de Inuentione; & in Bruto.*

Rationes contra Eloquentiam.

Ratio 1. ab inutili ac ſuperuacaneo.

Ratio 2. à damno.

Ratio 3. ab exemplis eorum, qui Eloquentia ſua Reipub. nocuerunt.

Itaque Eloquẽtes auerſatę ſunt ipſam Eloquentiam, *Ratio 4. à*

 fuge-

Caligula filius eius ignauia, libidinibus, stultitia ab eo degenerauit. *Suetonius.* Valerianus Imperator omnibus virtutibus prædıtus Galienum filium reliquit, qui propter insignem ignauiam ac mollitiem triginia tyrãnis imperij inuadendi occasionem dedit. *Trebellius Pollio.* Caroli Magni magna in liberis instituẽdis cura fuit: sed euentus dispar extitit: filij patri dissimiles, excepto Ludouico Pio. *Auentinus libro quarto, Æmylius lib. secundo.* Henricus II. Imp. laudatissimus: at filium Henricum III. reliquit, à paternis virtutibus prorsus degenerem. *Egnatius lib.3.* Et ostẽdit Aristoteles fortium & animosorum filios, cum deficiunt & παρέκβασιν faciunt, temulentos, prodigos, crudeles, furiosos euadere: vt Alcibiadis & Dionysij: grauium vero ac doctorum, ignauos, simplices, bardos, asininis ingenijs præditos: vt Socratis & Hippocratis, *lib.2. Rhetoricum cap. 15. de Nobilium moribus & ingenijs.* Fiunt autem παρεκβάσεις digressiones tales, vel fato, vt Demostheni placet: vel educatione indulgenti apud magnos, qui φιλοστοργία ardentiori vtuntur: vel institutione negligenti apud publicis negotijs occupatos, vt Plutarchus in libello περὶ παιδῶν ἀγωγῆς censet: vel naturali rerum omnium inconstantia ac mutatione in deterius, vt Aristoteles *in loco ante notato* docet allata similitudine ab agris sumpta: quod, vt in agris interdum magna frugum φορά, vbertas ac copia; interdum αὐχμός, penuria & egestas, est: ita in familijs nonnunquam magnorum Virorum quasi copia & vbertas; interdum vero penuria exoritur: Viris claris ac bonis improbi ac nullius precij homines succedunt.

Causæ, cur degeneres multi: heroum filij noxæ.

Vt respondendum iis qui solis maiorum ac parentũ meritis nituntur.

Itaque cum maiorum ac parentum suorum solis quis rebus gestis meritisque fietus, honores ac officia petit; respondendum, quod Antigonus II. adolescenti cuidam respondit, qui patris fortis ipse non fortis stipendium petijt: οὐ πατραγαθίης, ἀλλ' ἀνδραγαθίης ἕνεκα, non ob patrias, sed proprias cuiusque viri virtutes, mer-

cedem

eedem ac munera dare soleo. *Plutarchus in Apophtheg.* Cum veteris prosapiæ multarumque imaginum homines in obscuris Virtutem despiciunt; dicendum, quod apud Salustium Marius dicit: tales semetipsos ac maiores suos despicere, quibus non minus ab ipsis ex virtute aliquando nobilitas cœpit. *In bello Iugurthino.* Et, quod Cicero *pro L. Murana* habet, eiusdem animi ac ingenij est; posteris suis amplitudinem nominis, quam non acceperis, tradere: & memoriam prope intermortuam generis sui virtute renouare. Et *pro Plancio*, vbi gradus exponuntur, quibus ad honorum conscendendũ culmen est: Cum equidẽ semper, inquit, laboraui primo, vt honore dignus essem: secundo, vt existimarer: tertium mihi fuit illud, quod plerisque plurimum est; ipse honos.

Obscuri ac noui quib. rationibus defendendi

QVÆSTIO XVII.

VTRVM IN HONORIBVS AC MAGISTRATIBUS MANDANDIS OPES & FACULTATES SPECTANDÆ?

Rationes pro diuitib. contra pauperes.

QVæri, necincommodè quoque, solet: vtrum in mandandis honoribus ac officijs publicis etiam facultates ac diuitiæ sint considerandæ? opulenti egenis anteponendi? Et quidem

SATIVS ESSE VIDETVR DIVITIBUS QUAM PAUPERIBUS MAGISTRATUS COMMITTI.

Ratio 1. à commodis.

Quia res ac pecunia obsidis & pignoris est loco apud Rempublicam & amoris in patriam: fides in hac ipsa & fundamentum olim erat. *Gellius, lib. 16. cap. 10.* Et qui bene rebus suis consulunt, etiam publicis prospecturos verisimile est: vt contra qui sibi malus est, alijs bonus neutiquam erit: nec diligentiam ac prudentiam in Republica adhibebit, qui domui suæ præesse nescit.

Isocrates ad Demonicum, & de Pace. Æschines in Timarchum & Ctesiphontem. Neque enim tales ingenium & animum, sed locum tantum mutant. *Æschines contra Ctesiphontem.* Nec, nisi multitudine ac magnitudine,rerũ priuatarũ cura à Reipub.gubernatione differt:aut quicquam aliud est regnũ vel ciuitas, quam magna familia; & vicissim domus,quã parua quædam Respub. Xenophon,lib.3.de dictis ac factis Socratis.

Ratio 2. à conditione diuitum. Sunt præterea diuites rerum experientia instructi melius quam pauperes, quia non domi, vt pauperes, delitescunt, sed in luce viuunt. *Aristoteles, lib. Politicorum 2. cap. 7.* Domesticis negotijs minus,vt pauperes, impediti, diligentiam maiorem in rebus publicis tractandis adhibent. *Isocrates in Nicocle.* Cumque in Magistratu non tantum amor subditorum,sed etiam potentia requiratur, hanc ad rem diuitiæ plurimum commodant, *Arist. Polit. 5. cap. 9.* Faciunt,vt magnificentius sese homines gerant:minus circumagantur precijs & affectibus. *Liuius, lib. 1. Aristot. Polit. 2. cap. 7. & in hunc Casus. Æmyli⁹ lib. 1.* Vt cõtra onus graue,morbus

Ratio 3. ab incommodis paupertatis. Reipub.magnus,paupertas. *Plutarchus in Lycurgo:* res perniciosa in imperãte tenuitas: animal periculosissimũ, rex pauper. *Simancã, lib. 3. de Repub. cap. 15. ex Cassiodori lib. 11. variarum.* Eo egestas impellit, vt munera capiantur, quæ sapientum oculos excæcant; verba iustorum subuertunt, *Deut. 16.* Ideoq; mortis illud pœna dignum vitium iudicatur. *Plato lib. 12. de Legib.* Damnatur etiam à legibus ciuilibus, quæ requirunt, vt qui præsides sunt gentium,ciuiles administrationes habent prouinciarum,puris vtantur manibus,& ab omni acceptione pro illis abstineant,solis iis contenti,quæ à fisco dantur. *Nouell. Const. 8.* Contemptum adhæc parit,qui Magistratui perniciosus est. Vnde Phormio Atheniensis vir bene moratus,sed male nummatus, classi præfectus,imperium recusauit,quod diceret:pauperem se & obæratum,nec authoritatis satis apud milites,nec mẽ-

tis ad

tis ad cogitandum habiturum. *Pausanias in Atticis.* In causa insuper est: vt timide cuncta agantur. Neque enim audent pertusa dicere læua homines. *Iuuenalis, Satyra 7.* verum ligatam linguam habent. *Plutarchus de audiendis Poëtis.* Vitiorum ac flagitiorum faces accendit: libidini rerũ nefandarũ stimulos admouet. *Plato lib. 4. de Repub.* Iubet quiduis & facere & pati, virtutisq; viã deserit arduam. *Horatius, lib. 3. Carminũ, Oda 24.*

Et habuit Dauid rex Iudæorum argenti mille millia talentum, id est decies centena millia, & auri centum millia, quæ mille millia talenta argenti valent. Etiam Salomonis immensæ opes fuerunt: fecit idem, vt tanta esset auri argentique copia in Hierusalem, quanta & lapidum, *lib. 3. Regum, cap. 10.* Aurelianus Imp. factus, cum Magnates interrogaret, quo pacto imperandum esset, responsum tulit: AVRO ac FERRO munitum eum esse oportere; illo apud amicos, hoc apud hostes. *Zonaras in Aureliano.* Carthaginenses non optimos solum, sed & ditissimos censuerunt magistratibus admouendos: quod arbitrarentur fieri non posse, cum qui egestate premeretur, recte, syncereque magistratum gerere, aut quietem optare. *Cælius, lib. 20. cap. 24.* *Ratio 4. ab exemplis.*

Etiam Census apud Romanos in Senatore ac Magistratu laudatus fuit, ne splendor ordinis amplissimi rei familiaris angustiis obscuraretur. *Sigonius de antiquo iure ciuium Rom. libro secundo cap. 2.* Et ante Augustum census senatoribus fuit sestertium octingenta millia, qui auctus post fuit. Quin etiam si posteaquam lectus esset Senator, censum labefactasset, ordinem amittebat. *Idem. Alexander libro quarto cap. 11.* Et laudabatur Tiberius, qui præterquam quod censum Senatorium iuuit, & honestam paupertatem subleuauit innocentium. *Cornelius Tacitus libro secun-* Vt & Nero, qui Senatoribus tenui familiari in reconstitutis annuum salaria constituit. *Alexander, libro quarto, cap. 11. Suetonius in vita Neronis.* In Atheniẽsi *Ratio 5. à Censu, qui in Magistratu obseruatur.*

quoque Republica Solon ex censu Magistratus quingentorum modiorum & iugerum constituit. *Plutarchus in Aristide, ac Solone.* Thebanorum quoque lex fuit, vt mercenarij annos decem à foro abstinerent, suisque acquisitis bonis honeste viuerent, antequam ad Magistratum admitterentur. *Aristoteles, lib. 3. Polit. cap. 3. Valerius Maximus, lib. 4. cap. 4.* Cęteris ergo paribus in Magistratibus constituendis diuitiarum ratio habenda. Interim

Rationes pro pauperibus.

PAVPERES NON EXCLVDENDI *prorsus ab honoribus & Magistratibus.*

Ratio 1. ab exemplis eorum qui pauperes Magistratus gesserunt.

Thebanorum enim Imperator clarissimus Epaminondas tam pauper fuit; vt vnicam tantum vestem haberet: quæ cum resarcienda esset, domi est manere coactus. *Plutarchus in Epaminonda.* Aristides Atheniensis adeo pauper perijt, vt domestico sumptu funerari non potuerit: filiæ paternæ, virtutis causa, publico ære sint matrimonio locatæ. *Plutarchus in Aristide.* Lamachus Alcibiadis ac Niciæ Collega, Vir fortis, ita inops ac tenuis extitit; vt, quoties dux electus ab Atheniensibus esset, necesse haberet exiguum peculiolæ in vestem ac crepidas expensum ferre. *Plutarchus in Nicia.* Et apud Romanos

Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis:
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum:
Sordida Serranus flexit dictator Arena.

Cn. Scipio post res prospere feliciterque in Hispania gestas summa in paupertate decessit: ita vt filias publice Senatus ob inopiam dotaret. *Frontinus, lib. 4.* L. Æmylius Paulus ad tantam paupertatem peruenit, vt, eo mortuo, dos vxori, nisi diuenditis bonis, exolui non potuerit. *Plutarchus in Æmylio. Plinius de Viris Illustribus, cap. 56. Valerius Max. lib. 4. cap. 3.* Ladislaus II. Vnga-

Vngariæ rex, in eas angustias rei familiaris venit, vt interdum, mensæ, quod apponeret, non haberet. *Sambucus in Appendice Bonfinij.*

Ac sane paupertas per se turpis non est, nisi sit indicium socordiæ, intemperantiæ, prodigalitatis: viro temperanti, laborioso, iusto, forti, & qui omnibus virtutibus præditus in publico versatur, paupertas magni animi testimonium præbet: cum non possit magnas res gerere, qui paruas curat. *Plutarchus in Aristide.* Est mater industriæ: experiri multa homines docet: imo omnes artes perdocet. *Plautus in Sticho.* *Ratio 2. à commodis paupertatis.*

Neq; quicquam absurdius ac perniciosius est, quam dignitatem quæstu, ordinem precijs metiri, cum sæpe aut furtis & rapinis, aut casu quodam fortunæ dentur & eripiantur. *Bodinus, libro tertio de Republica, capite octauo.* Neque ars sordida, sed mens; non facultas, sed virtus; non adiumenta fortunæ, sed ornamenta animi in electione spectanda. *Aristoteles Politicorum 3. capite 3. Casus ibid.* Et sæpe etiam olitor, secundum prouerbium, valde est opportuna locutus: summa ingenia in occulto latent. *Plautus in Capt. Erasmus in Prouerbijs, Chiliad. 1. Centuria 6. prouerbio 1.* Quemadmodum rursus sæpe reges, ciuitates, nationes per opulentiam magna imperia amiserunt, quę per Virtutem inopes ceperant. *Sallustius in fragmentis.* *Ratio 3. ab ijs, quæ in Magistratu ac dignitate spectanda.*

Neque id mirum videri debet. Siquidem vbi bonus deteriorem diuitijs magis charum magisq; acceptum videt: primo æstuat multaq; in pectore voluit. Sed vbi gloria honorem magis, indies Virtutem opulentia vincit: animus ad voluptatem à vero deficit. Quippe gloriâ industria alitur: vbi eam dempseris, ipsa per se Virtus amara & aspera est. *Idem ibid.* Negligentiam præterea opes ac diuitiæ pariunt, pereundi perdendique omnia desiderium per luxum & libidinem inuehunt. *Liuius, lib. 1.* His qui abundant, insolentes redduntur: imo ex insolentibus insani fiunt: tyranni euadunt, qui *Ratio 4. à malis & incommodis quæ oriuntur, cum sola diuitiæ spectantur.*

populum, vt leones, prædam faciunt: eius frangunt vires. *Aristoteles, Polit. cap. 7. Casus ibid.*

Ratio 5. à testimonijs & authoritate Platonis & Plinij.

Itaque Plato operam esse dandam monet, vt qui vtiliter ac decenter Magistratu fungi debent, sint diuites: bonis animi, iustitiæ, sapientiæ, pietatis auro abundent, *lib. 7. de Repub.* Et queritur Plinius, quod Census Magistratus ac equites faciat: cum sit sanctius & vtilius inquirere, non quale matrimonium habeat Magistratus, sed cuius existimationis sit, & quomodo anteactam vitam transegerit? *lib. 14.*

QVÆSTIO XVIII.

VTRVM ERVDITIO AC DOCTRINA *in Magistratibus & officijs publicis consideranda?*

QVemadmodum vero allata hactenus moueri sæpe solent, cum Magistratus eligendi, concedendæ dignitates, demandanda officia sunt: ita & illud non raro in quæstionem venit; Vtrum eruditionis ac doctrinæ sit ratio habenda? Et quidem, quod

Rationes contra Eruditionem ac doctrinã

ERVDITIO ET DOCTRINA MInime *in Magistratu ac officijs publicis spectanda:*

Ratio 1. ab incõmodis.

Probant, quæ sequuntur: quod doctos alere Consiliarios. Principes ac Magistratus possunt: imperitia deinde cum modestia coniuncta vtilior esse videtur peritia ac doctrina, quæ adiunctam immodestiam habet. Qui imperiti sunt, imbecillitate sua agnita, legibus simpliciter obtemperant; iudicant ex æquo ac bono: periti & docti legibus sæpe sapientiores videri, suam in consultationibus præualere sententiam cupiunt. *Thucyd. lib. 3. in Clionis Oratione.* Et Symboli loco Imp. Licinius illud vsurpare est solitus: PESTES REIPVB.

LITERÆ. *Eutropius.* Et Gothi negarunt, literas discendas ei esse, qui inter enses ac hastas versari aliquando debeat. *Macrobius lib. 1. de bello Gothico.* Et Ludouicus XI. Carolum VIII. Gallorum regem filium latine scite quicquam vetuit, præter illud vnum: QVI NESCIT SIMVLARE, NESCIT REGNARE. *Æmylius, lib. 10.* Accedit huc quod docti ac literati multi male Imperijs ac Rebuspub. præfuerunt; egerūt tyrannice, aut literis dediti nimis, easdem neglexerunt. Testes sunt: Ariston, qui Epicureæ disciplinæ præceptis imbutus egregie, subita vi patriam adortus, apertam tyrannidem exercuit. Critias, & qui cum eo sunt Athenis philosophati, tyranni extiterunt: Pythagoras multo crudelius, quam qui literarum ignari fuerunt, in alienam libertatem est grassatus. *Sabellicus, lib. 3. Ennead. 6.* Fuit quoque Tiberius Imperator doctus: sed ingenio motibusque peculiaribus rarisque: iniustitia, auaritia, audacia, ignauia, vitijs alijs pollutus, *quæ Dio Nicæus lib. 58. & 59 recenset: & Tacitus, lib. Annalium 2. 3. 4. 5. & 6 & Suetonius in Tiberio.* Claudius Imp. qui disciplinis liberalibus ab ætate prima non mediocrem operam dedit, ac sæpe experimenta cuiusque etiam publicauit. Verum nullam inde spem de se præbere commodiorem potuit, omnis generis maleficijs ac sceleribus deditus. *Suetonius in Claudio, Cornel. Tacitus, lib. Annalium 12.* Nero qui à Seneca Philosopho institutus, pessime vixit. *Dio Nicæus. Tacitus, lib. 11. Suetonius in Nerone.* Gallienus, qui oratione, poëmate atq; omnibus artibus claruit: tā inter Poëtas, quā Rhetores sui tēporis emicuit: at prodigiosus Imperator, genio suo indulsit: maximum Romano Imperio damnum dedit: cladium plurimarū author causaq; extitit. *Trebellius Pollio.* Michaël Parapinaceus Imperator, Poëta, Orator, Historicus minime cōtemnendus, sed Reipub. prorsus inutilis *Cuspinian.* Theodorus Gothorū rex doctissimus, sed ad Rēpub. gerēdā ignauissimus.

Ratio 2. ab authoritate & exemplis.

Ratio 3. ab exēplis eorum, qui docti male magistratus gesserunt.

Ioannes

Ioannes Magnus, lib.10. Verum hæc literas earumdemque cultum non euertunt: quodque

Rationes pro eruditione ac doctrina.

ERVDITIO AC DOCTRINA IN *Magistratu & officijs publicis probanda:*

Inde colligitur, quod I. apud Persas rex fieri nemo potuit, nisi qui Magorum imbutus disciplina esset: Romani, cum Imperator aliquando quæreretur: quis, acclamarunt, melius, quam literatus imperat? *Vopiscus in Tacito.* Et Numa II. Romanorum rex philosophatus egregie est. *Plutarchus in Numa.* Annum XII. in menses distribuit: leges quoque tulit pulcherrimas & vtilissimas. *Plinius de Viris Illustribus, cap. 3.* C. Iulius Cæsar, quam fuerit doctus, cum alia probant, tum rerum gestarum in Gallico & ciuili bello libri scripti ac editi. *Suetonius in Cæsare.* Cæsar Augustus, qui studia liberalia laboriosissime exercuit: etiam Mutinensi in expeditione & legit, & scripsit, & declamitauit quotidie. *Dio, lib.51 Suetoni⁹ in Augusto.* Germanic⁹, qui Græcas Comœdias & Epigrammata scripsit: causas orauit etiam triumphales. *Suetonius.* Titus, cognomine paterno, amor ac deliciæ generis humani, qui Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus & facilis ad extemporalitatem vsq;, sed ne Musicæ quidem rudis: vt qui cantaret & psalleret iucunde scienterque. *Suetonius.* Adrianus, qui Græcis literis sic studuit, vt à nonnullis Græculus diceretur: poematum, & literarum omnium studiosissimus; Arithmeticæ, Geometriæ peritissimus fuit. *Ælius Spartianus in Adriano.* M. Antoninus Philosophus, in quo tantum Philosophiæ studium extitit, vt adscitus iam Imperatoriam ad dignitatem, tamen ad domum Apollonij discendi causa veniret: tantum operis & laboris studijs impendit, vt corpus afficeret, atque in hoc

Ratio 1. ab authoritate & exemplis.

solo

ſolo pueritia eius reprehenderetur. *Iulius Capitolinus in M. Antonino Philoſopho.* Seuer⁹, qui Latinis Græcisque literis imbutus egregie fuit: 18. ætatis anno publice declamauit. *Ælius Spart. in Seuero.* Alexander Seuerus Mammeæ filius, qui à pueritia prima artibus bonis imbutus, tam ciuilibus, quam militaribus, ne vnum quidem diem ſponte ſua tranſire paſſus eſt, quo ſe non & ad literas & ad militiam exerceret. *Ælius Lampridius in Alexandro Seuero.* Cõſtantinus Magn⁹, qui ex literis non ornatum tantum, verum etiam fructum maximum cepit. *P Diaconus.* Theodoſius Maior, princeps optimus ac doctiſſimus, *Idem.* Carolus Magnus linguarum multarũ peritia clarus. *Æmylius, lib. 3. Sigebertus, Sigonius lib. 4. de regno Italiæ.* Fridericus II. Imp. Latinam, Græcam, Saracenicam, Gallicam & Germanicam linguam optime calluit: quicquid habuit otij, librorum lectioni tribuit. *Sigonius, lib. 16. Cuſpinianus.* Alphonſus ſenior Calabriæ dux, qui nunquam ſine libris in expeditionem proficiſcebatur: ex quibus magno ſuo cum fructu longe melius præſtantiſſimorum virorum virtutes ſe cognoſcere poſſe affirmabat, quam ex mutis magiſtris. *Pontanus in lib. de Principe.* Alphonſus Aragonum & Siciliæ rex potentiſſimus, qui dicere eſt ſolitus: malle ſeſe priuatum viuere, quam eruditione carere: commentarios Cæſaris in omnibus expeditionibus ſecum habuit: librum apertum pro ſuo inſigni geſſit. *Panormita de rebus eius geſtis.* Ladiſlaus rex Vngariæ ac Boëmiæ, qui quamuis adhuc puer, cum eſſet Romæ, non videri ſibi aiebat homines, qui literas ignorarent. *Æneas Syluius libro tertio.*

Et quemnam plura ac meliora ſcire oportet, quam principem & Magiſtratum, cuius doctrina omnibus ſubiectis profutura eſt? *Vegetius de re militari in proœmio lib. 1.* Cuius magnum ac difficile munus, cura ingens, & quæ magnis autoribus eget, *Plato lib. 2. & 7. de Re-* *Ratio 2. à conditione Magiſtratus.*

tus à natura quosdam impetus sumat: tamē perficienda doctrina est: & si ad naturam eximiam eruditio accesserit, tum demum singulare quid existere solet. *Cic. pro Archia poëta.*

Ratio 7. à perfectione naturæ.

Neq; istud silentio obruendū, quod magna ingenia, nisi rectè instituta, imbuta literis fuerint, quæ mores emolliunt, tanto deteriora euadunt, quanto in illis maiores igniculi exstiterint. *Plato, 6. de Repub.* Neq; admonere talia ingenia aut reprehendere amici audent. Vnde illud dictum: NIHIL NISI EQVITARE RECTE POTENTES DISCERE: quod equi nullā sessorum rationem habeant; æque Principem atq; aliū equitandi imperitum excutiant. *Plutarchus ad Principem indoctum.*

Ratio 8. à necessitate.

Ac licet consiliarios habeant doctos & prudentes Principes & Magistratus: tamen misera prudentia est, quæ ex alieno arbitrio pendet. *Herespachius, de Principū educatione, cap. 12.* Quin & prudētiæ magnę est, aliorū consilijs ac sententijs obtēperare velle. Et tres infelices in lege legūtur: qui scit & nō docet: qui docet & nō facit: qui nescit & nō interrogat. *Beda.* Testes Athenienses sunt, qui quamuis monente Solone, Pisistrato stipatores cōcesserunt: quib. ille fretus Tyrannidem occupauit. *Plut in Solone.* Et Cyrus qui Crœso dissuadēti expeditionē contra Tamyrin, Massagetarū reginā, imperandi libidine accensus, nō obtēperauit, neq; verū esse credidit, q; discere eum idem iussit: Circulū esse rerum humanarū, qui rotatus, eosdē semper fortunatos esse nō sinat. *Herodotus, libro 1.* Et Xerxes, qui Demarato Spartano si paruisset, Græciam totam sine negotio subegisset. *Herodotus lib. 7.* Nec idem superatus ad Salaminem turpissime fuisset, si Artemisiæ Cariæ reginæ locum consilijs dedisset, quæ suasit, ne in loco angusto cum Gręcis in re nautica exercitatissimis certaret. *Herodotus libro octauo* Nec Mardonius dux Xerxis, cum triginta hominū millib. vitam amisisset, si Thebanis morē gessisset,

Obiectio de Consiliarijs refutatur.

NON DESIDERETVR IN PRINCIPE ac Magistratu Eloquentia:

Rationes contra Eloquentiam.

Probare conentur his rationibus: quia I. Mores dicentis persuadere solent, non oratio: τρόπος ἐστὶν ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος. Et Scaurus talis apud Romanos fuisse dicitur, vt naturalis quædam grauitas & authoritas in eo deprehenderetur: vt non causam, sed testimonium dicere videretur, cum pro reo diceret. Deinde Oratio videtur, quo magis ad ornatum est ac ostentationem composita, eo à veritate abesse longius putatur. *Plato in Axiocho.* Tum & Aristoteles in Politicis affirmat: Democratias plurimas in tyrannidem sæpenumero esse mutatas per blandos populi ductores. *libro quinto. Politic. cap. 6.* Ac sane plura detrimenta publicis rebus, quam adiumenta importare Eloquentia consueuit: eripit pœnis scelestos, damnat bonos, in peius consilia ducit, non seditiones modo turbasque populares, sed bella etiam inexpiabilia excitat. *Aristotel. 1. Rhet. cap. 1. Cicero 1. de Inuentione, 1. de Oratore. Quintilianus, lib. 2. cap. 17.* Ita Pisistratus Athenis Eloquentia sua tyrannidem occupauit, frustra resistente Solone. *Plutarchus in Solone. Iustinus, lib. 2.* Et Alcibiades non mediocris orator, inquietus fuit, & ad res multas nouas fenestram aperuit. *Plutarchus in Nicia.* Et Theramenes, qui triginta tyrannos Athenis constituit. *Suidas.* Et Ephialtes, qui Athenis Senatus Areopagi potentiam fregit, ciuibusque affatim, vt Plato *lib. de Repub. 8.* scribit, meram libertatem propinauit, qua instar equi luxuriantis postea desiit populus principes ac Magistratus suos audire. *Plutarchus in Pericle.* Apud Romanos quoque Tribuni plebis, homines seditiosi ac turbulenti, plerunque Eloquentia valuerunt: Tiberius & Caius Gracchi, L. Saturninus. *Cicero, lib. 1. de Inuentione; & in Bruto.*

Ratio 1. ab inutili ac superuacaneo.

Ratio 2. à damno.

Ratio 3. ab exemplis eorum, qui Eloquentia sua Reipub. nocuerunt.

Itaque Eloquẽtes auersatę sunt ipsam Eloquentiam, *Ratio 4. à*

Iudicio illorū, qui Eloquentes ipsamq; Eloquentiam odio prosecuti sunt.

fugerunt bene constitutæ Respub. Lycurgi instituto Spartana in Repub. iubebantur pueri Oratione vti, quæ fel conditum venustate haberet, & multum sensus paucis in verbis. *Plutarchus in vita Lycurgi.* Eiectus ibidem Ctesiphon fuit, qui se profitebatur quauis de re diem totum dicere posse. *Plutarchus in Apophtheg. Laconicis.* Athenis Oratores ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν dicere iubebantur. *Arist. lib. 1. Rhet. cap. 2.* Romæ olim Rhetores vrbe eiecti fuerunt, C. Fannio Strabone, & M. Valerio Messala Consulibus. *Suetonius de claris Oratorib.* Verum hæc omnia non obstant, quo minus dicendi necessaria facultas sit. Sed contra, quod

Rationes pro Eloquētia.

ELOQVENTIA MAXIME IN *Principe ac Magistratu desideretur:*

Ratio 1. à conditione Magistratuū diuersa ab aliis hominibus.

Ostendunt, quæ sequuntur: quia I. dissimilitudo magna Magistratuum & aliorum. Qui nauim gubernant, munus remigum regendorum alijs committere possunt: & suos habent famulos opifices, qui etiam absentibus Magistris opus suum peragunt & perficiunt. Diuersa Magistratuum est ratio, qui opus duobus habent, τῷ κυβερνῶντι, καὶ λόγῳ ἐγκελευομένῳ, mente gubernatrice in seipsis, & oratione iubente ac mandante alijs, quid faciendum aut omittendum sit. *Plutarchus de gerenda Repub.*

Ratio 2. à conditione populi, qui Magistratui tractandus.

Deinde Magistratus tractant populum admodum insolentem, delicatum, contumacem, non obedientem in omnibus: ideoque necesse habent verbis & oratione multa fingere ac conformare; non pauca, quæ impedimento sunt, velut nodos quosdam in ligno, aut abscessus in ferro, mollire ac læuigare. *Idem ibid.* Tum nec melius tractari populus, & in officio contineri, quam Eloquentia potest. Neque enim, nisi auribus, hic ducitur, hoc est, diserta oratione, auribus percepta: & qui eum

cum non auribus,sed ventre,id est, epulis ac conuiuijs, vel marsupio,largitionibus scilicet & donis pertrahere cupiunt,hallucinantur.

Ratio 3. ab incōmodis diuersæ populi tractationis.

Est enim ratio ista ἄμουσος primo & ἄτεχνος, caret arte ac elegantia:etiam rustici atque agrestes homines vti hac possunt.Deinde eandem qui adhibent, potius δημοκοπεῖν,quam δημαγωγεῖν, quasi resecare populum, quam eiusdem gratiam colligere videntur. Sed & nihil tales ab ijs differunt, qui bestias tractant: quod bestiæ quoque cicurantur ac mansuetæ omnis generis cibarijs fiunt. *Plutarchus de gerenda Repub.*

Ratio 4. à vi & efficacia Eloquentiæ.

Sunt præterea vires Eloquentiæ multæ ac magnæ: veritatem ac iustitiam defendit:leges, iudicia, iura describit:hominum tenet cœtus: mentes allicit: voluntates,quo vult,impellit: languentem populum incitat; effrenatum regit ac moderatur: seditiones aut anteuertit,aut sedat ac tollit. Testes sunt: Theseus,qui ex agris Atheniensium populum Eloquentia compulit. *Pausanias in Atticis.* Solon, qui ad bellum suscipiendum & repetendam Salaminem Athenienses Oratione animauit. *Plutarchus in Solone.* Themistocles, qui persuasit Atheniensibus, vt annuos reditus argentifodinarum, qui viritim quotannis inter populum distribuebantur, ad ædificandam classem transferrent. *Plutarchus in Themistocle.* Pericles, qui Atheniensium Rempublicam suo arbitrio egit ac versauit. *Idem in Pericle, Cicero in Bruto.* Demosthenes, quo loquente pacem & bella Atheniensis populus suscepit, suscepta deposuit, fœdera cum regibus iunxit, iuncta quoque dissoluit. *Idem in Demosthene.* Epaminondas Thebanus, qui cum in Græciæ concilio de Lacedæmoniorum tyrannide ac libidine dominandi multa dixisset; ita Græcorum animos commouit, vt à Lacedæmonijs deficerent,& Leuctricæ calamitatis otiosos spectatores sese exhiberent. *Probus in Epaminonda.* Philippus, rex Macedoniæ, qui non

Ratio 5. ab exēplis: qa principes ac Magistratus Eloquētes extiterunt.

minores res Oratione, quam prœlio confecit, magis etiam sibi placuit, si quam verbis esset adeptus victoriam, quam si quos armis in suam potestatem redegisset: quod horum partem sibi milites vendicare existimaret: illa ad suam vnius laudem pertinere. *Polianus, libr. 4.* Cicero, qui proscriptorum liberis persuasit; vt honoribus ac fortunis carere, quam nouum bellum intestinum excitare mallent: populum, quamuis famelicum & esurientem, Eloquentia sua eo compulit, vt legem repudiaret: hoc est, alimenta sua abdicaret: Catilinam vrbe eiecit: fecit, vt hostis Antonius declararetur. *Plutarchus in Cicerone.*

Ratio 6. ab vsu singulari Eloquētia in seditionibus.

In seditione porro quantum hæc ipsa Eloquentia prosit, Poëta ostendit:

Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus;
Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat:
Tum pietate grauem, ac meritis si forte Virum quem
Conspexere, silent; arrectisq; auribus astant:
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Æneid. 1.

Probant: Menenius Agrippa, qui cum populus à patribus secessisset, quo tributum & militiam toleraret, nec reuocari posset; eum solus Oratione sua flexit. *Liuius lib. 2. Dionysius lib. 6. Plutarchus in Coriolano. Appianus lib. 1. Plinius de Viris Illustribus, cap. 18:* Furius Camillus, qui populum Romanum, migrare Veios volentem, retinuit: atque ita & oppidum ciuibus, & ciues oppido reddidit Oratione egregia, quæ reperitur apud Liuium *lib. 5. Plinius cap. 23*. M. Pompilius Læna, qui Consul; plebis, contra patres seditionem concitatam cum authoritate, tum oratione sua sedauit. *Cicero in Bruto.* P. Scipio, qui militum seditionem ex diuturno partim otio, partim stipendijs non solutis ortam composuit. *Liuius, libr. 28. Polybius, libro vndecimo. Alexander,*

*der,lib.2.Arriani.*Germanicus Cæsar,*lib.1.Cornelij Taciti.*Otho,*lib.16.apud eundem.*

Itaque Eloquentia maxime Principi ac Magistratui necessaria: modo caueatur istud primo, ne iuuenilis sit & luxurians oratio: deinde ad Theatrum, hoc est, pompam ac ostentationem quandam conformata: tertio lucernam redolens nimiumque diligens, ac solicita & exquisita: quarto ad laudem captandam accommodata, vel propter habitum, vel artem, vel diuidendi scientiam: detur contra opera, vt in oratione appareant mores nō ficti, sed aperti ac ingenui: animi magnitudo, at vera, non simulata & stulta: dicendi libertas, verum prudens, & ex animo paterno profecta, non inimico ac hostili: sapientia & prouidentia, sed non temeraria atque inanis, verum solicita de ciuium ac subditorum salute & fortunis: gratia atque persuasio idonea, sed in proposito bono ac honesto: sententiæ ac verba cum grauitate coniuncta; nihil absurdum, ridiculum, ineptum, impium, monstrosum, alienum continentia. *Plutarchus de gerenda Repub.* *In Eloquentia quæ Principi ac Magistratui cauenda.*

Sed & prolixitas in sententijs dicendis declinanda: studendum breuitati est: & inter Senatoris iussa illa Cicero *in libris de legibus* recenset: vt vocatus compareat, dicat & loco, hoc est, rogatus, & modo, ne sit infinitus, quod multis dicendum. Ac habet prolixitas in sententijs dicendis ostentationem ingenij, Eloquentiæ, & memoriæ: est molesta auditoribus, maxime ijs, qui curis varijs districti distentique tenentur. *Plutarchus de gerenda Repub.* Hac qui gaudent; seipsos loquendo, audiendo alios defatigant. *Simanca de Repub. libro septimo cap.12.* raroque solidi quid afferunt. Quemadmodum enim vasa vacua plurimum sonant: ita qui minus docti ac sapientes sunt, plurimum verborum profundunt & verba multiplicant. *Eccl.cap.10.* Contra, vt gemmæ, sculpturæ, monetæ, non magnitudine, sed vel arte, vel pondere æstimantur: ita non Orationes nō *Prolixitas cur in sententiis dicendis vitanda?*

paginarum & versuum multitudine; verum sententiarum bonitate, grauitate rerum ponderantur. *Plutarchus de gerenda Repub.*

Breuitati quomodo in dicendis sententiis studendum.

Interim ita breuitati studendum, ne inde obscuritas aliqua oriatur, omittantur necessaria: illud Ammiani Marcellini tenendum: tunc breuitas laudanda, cum moras intempestiuas rumpens, nihil cognitioni iustorum subtrahit. *libro decimoquinto.* Et Poëtæ Philomonis: Eum qui nihil opportune dicit, longum existima; licet duas tantum syllabas pronunciarit. At bene dicentem ne longum existimes, etsi permulta dixerit, & longo tempore. *Simanca de Repub. libro septimo, capite duodecimo.*

Refutatio obiectorum contra Eloquentiam.

Hæc obseruata si fuerint in Eloquentia, plurimum cum emolumenti, tum ornamenti Principibus ac Magistratibus afferet: nec obstabunt, contra eandem allata ante quæ fuerunt. Nam vt mores dicentis persuadent, ita hanc simul ad rem necessaria Oratio est: nec Orator, nisi Vir bonus extiterit, hoc tam augusto dignus nomine ac titulo est: ideoque Poëta primo pietate grauem & meritis ponit: subiungit post: *Ille regit dictis animos & pectora mulcet.* Nec ad ostentationem composita Oratio probatur à veritate recedens. Contra abusum vero Eloquentiæ istud Aristotelis adhibendum: Commune illud omnibus bonorum generibus, & maxime præstantibus, sola Virtute excepta, esse: vt ijs plurimi abutantur. *Aristoteles libro primo, capite primo.* Vsurpandum, quod Quintilianus affert: Hoc modo nec Duces, nec Magistratus esse vtiles posse, nec medicinam, nec ipsam sapientiam, si abusus vsum tolleret. *libro secundo Institut. cap. 17.*

QVÆ-

QVÆSTIO XX.

VTRVM VIRTVS AC MORVM PRObitas in Magiſtratu ſpectanda?

SVnt, qui negant neceſſariam illam eſſe: probant, quod

Rationes contra Virtutem.

IN MAGISTRATV VIRTVS non conſideranda,

Ratio 1. ab exemplis.

His rationibus: quia multi I. Magiſtratus fuerunt boni: at non boni viri. Exemplo ſint: L. Sylla, qui Imperator extitit felix ac laudatus, Iugurtham in deditionem accepit: ſuperauit plurimos, crudelitatem interim miram in ciues exercuit. *Plutarchus in Sylla. Appianus, libro primo bellorum ciuilium. Florus, libro tertio. Plinius de Viris Illuſtribus, cap. 75.* Hannibal, qui P. Scipionem apud Ticinum, Sempronium Longum apud Trebium, Flaminium apud Thraſymenum, Paulum & Varronem apud Cannas ſuperauit: at crudelis interim, intemperans, perfidus extitit. *Plutarchus in Hannibale, Frontinus, libro tertio. Plinius de Viris Illuſtribus, capite quadrageſimo ſecundo.*

Deinde ingenia magna magnis quoque vitijs non carent: nihil præſtantes naturæ exiguum efferunt: ob ardorem & acumen vehementia earundem eſſe otioſa nequit: ſed quaſi æſtu fluctibuſque iactantur, donec ſtabiles ac compoſitos ſibi mores comparauerint. *Plutarchus in libello de his, qui ſero à numine puniuntur.* *Ratio 2. à conditione magnorum ingeniorũ.*

Itaque vt agriculturæ periti locum denſa obſitum ſylua, agralibus ſtirpibus lutoque repletum non reijciunt ac negligunt; quia mollitiem ac bonitatem ſoli illa indicant: ita inepta & praua, quæ magnæ naturæ efferunt, ferenda, donec ætas ac tempus rationi & virtuti auxilium tulerit. *Idem ibid.* *Ratio 3. à ſimili.*

Ac multi ſane ſummi homines & clariſſimi ciues *Ratio 4. ab*

exemplis illorum, qui mores in melius mutarunt.

fuerunt: quorum cum adolescentiæ cupiditates deferbuissent, Virtutes eximiæ, firmata iam ætate, extiterunt. Stultus ac insolens Cimon primis ab annis fuit: creuit ætas ac pueritiæ infamiam in laudem vertit: princeps Atheniensium liberalitate omnibusque disciplinis ciuilibus factus est. *Val. Max. lib. 6. cap. 11.* Themistocles ita prodigus ac compotationibus deditus & amoribus, vt pater eum abdicaret, mater præ mœrore suspendio vitam finiret: post vero nemo eum inuenit, quicquam præter decorum agentem. Mirantibus autem morum mutationem dicere est solitus: etiam asperos ac indomitos pullos in optimos equos euadere, si adhibita disciplina rectaque institutio fuerit. *Plutarchus in Themistocle.* Et Alcibiades, ad luxum ac voluptates in iuuentute propensus, ad frugem traductus bona Socratis institutione est. *Plutarchus in Alcibiade.* Antigonus Macedonum rex ab initio regni durior, senex iam factus placide ac clementer regnauit: de morum mutatione interrogatus respondit: prius opus erat regno; nunc gloria & beneuolentia, qua regnum recuperatum seruatur. *Plutarchus in Apophtheg.* P. Scipio Affricanus solutioris vitæ primos adolescentiæ annos egisse dicitur. *Valerius Max. libro sexto.* Fabius, nobilissima Romæ familia ortus, absumptis perdite paternis bonis, Gurgitis cognomentum sibi comparauit: post ita temperanter modesteque vixit, vt populus Romanus morum ei censuram committeret. *Fulgosus, libro sexto.* Augustus Cæsar in bellis ciuilibus per viginti annos crudelissime est versatus: at illis postmodum finitis, magna morum in eo secuta quoque mutatio. *Suetonius.*

Ratio 5. ab vtilitate.

Huc accedit, quod princeps, imperium qui saluum velit, cogitur nonnunquam esse non bonus: quandoquidem, si ea multitudo, quæ sit populi, aut militum, aut optimatum, cuiusque opera ad imperium sustinendum se indigere cognoscat, fuerit deprauata: obsequi

eius

cius studio, atque illi morem gerere necesse est. *Machiauellus, cap. 19. de Principe.*

Sed & illud considerãdum, non semper Dinarchias, regna, ac imperia probis magistratibus vsas fuisse: sed & eos tulisse, quorum impudica & mollis vita extitit: & notum illud: VNO IN ANNVLO PRINCIPES BONOS OMNES SCVLPI POSSE. Etiam Flauius Vopiscus *in Aureliano* quæstionem mouet; Quidnam sit illud, quod principes malos faciat. Et septem causas affert; nimiam licentiam, omnium rerum copiam atque abundantiam, amicorum improbitatem, satellitum ac ministrorum nequitiam, aulicorum stultitiam, Rerumpub. ignorantiam, bene imperandi difficultatem. Et exempla illud testantur: stultitia Roboami, Xerxis; temulentia Sardanapali ac Dionysij, Caligulæ, Commodi, Heliogabali; auaritia Crassi; negligentia Tiberij & Theodosij. *Herodotus, Herodianus, Suetonius, Lampridius, Plutarchus, Socrates.* Tam denique erunt vitia diu, quam diu homines erunt. *Corn. Tacitus.* Verum licet speciose ista dicantur: tamen quod

Ratio 6. a consuetudine subditorum.

Causæ septẽ quæ principes malos faciunt.

VIRTVTIS AC MORVM PROBITAtis maxime ratio in Magistratu habenda:

Probant, quæ sequuntur, rationes. Requirit hoc Plato, vt, qui quærendi sunt Iudices ac Magistratus, probitatis testimonium per singulas ætates habeant, *libo. 3. de Repub. 6. de Legibus, 1. Alcibiade.* In Romanis quoque legibus de Magisttatu hæc erant: HI CORDO VITIIS CARETO: CÆTERIS SPECIMEN ESTO. *Cicero 3. de legibus.* Neque illud immerito; non enim regnant, sed sæuiunt, qui mali sunt. *Augustinus, lib. 5. de Ciuitate* DEI. Et, vt oculi vitio aliquo laborantes perperam cernunt: ita male imperat anima, mala quæ est. *Plato, 1. de Repub.* Peruertit enim

Rationes cõtrariæ pro Virtute.

Ratio 1. ab autoritate ac testimoniis.

Ratio 2. à dãno quod

metuatur, mali si sint Principes ac Magistratus. enim intellectum malitia, nec nisi à viro bono bona proficisci possunt. *Aristot. Ethicorum 6. cap. 12.* Et principum vitijs tota infici ciuitas solet: eoque de Repub. merentur perniciosius principes vitiosi, quod non solum vitia ipsi concipiunt, sed ea in ciuitatem infundunt: nec tantum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo, quam peccato nocent. *Cicero, libro tertio, de Legibus.* Neque fieri potest; vt, si Magistratus ipse officium non faciat, ad præclara ac honesta agenda alios excitet. *Xenophon in Pædia Cyri*: aut contineat alios, qui se non continet. *Cicero pro lege Manilia*: aut etiam commode puniat illa flagitia, quibus se quoque esse affinem nouit: sed istud audire tritum cogitur; Medice cura teipsum: & illud; Aliorum medicus, vlceribus ipse scatēs. *Erasmus, Chiliad. 2. Centur. 6. prouerbio trigesimo octauo.* Et, qui multorum custodem se profitetur, eum sapientes sui primum capitis esse custodem oportere statuunt. *Cicero Philipp. 12.*

Ratio 3. à damnis & incōmodis priuatis. Huc accedit, quod illorum, qui præsunt Reipub. non singula tantum verba, aut res publice gestæ, animaduertuntur, sed etiam ioci simul ac seria: domus ipsa familia, vxor, cubile quoque curiose perquiritur. *Plutarchus in Præceptis gerendæ Reipublicæ.* Quin etiam augentur delicta personæ conditione: & quo quisque est maior, eo peccatum maius habetur. Etiam minima Principum ac Magistratuum errata amplificantur, ac pro magnis habentur: quemadmodum maculæ, cicatrices, næui in facie maius dedecus afferunt, plusque hominem, quam reliquo in corpore, deformant. *Idem ibid.*

Ratio 4. à cōmodis & emolumentis. Et, vt paucis res comprehendatur, etiam optime illi sibi cauent, optime qui viuunt. Quandoquidem tutissima custodia Principum ac Magistratuum ipsorum innocentia est. Et est aureum illud Claudiani:

Tuli-

Tu licet extremos latè dominere per Indos:
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adoret:
Si metuis, si praua cupis, si duceris ira;
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges: tunc omnia iura tenebis,
Cum poteris rex esse tui.

Virtutibus ergo Principem ac Magistratum præditum esse oportet; maxime PIETATE. Est enim præcipua pars Magistratus Religio, *Plato, 4. de Repub.* Eximia res cum in alijs, tum maxime Principibus, religiosum esse. *Xenophon in Agesilai laudibus.* Neq; quenquam vult Magistratum Plato eligi: nisi pius extiterit, & diuinis operam studiis dederit. *Plato, libro tertio de legibus.* Augusto quoque inter alia Mecœnas hoc dat præceptum, vt DEOS semper ac vbique colat; sed ita, vt patriæ receptum moribus est: quod non verisimile sit, quemquam aliud aliquid magni facturum, qui DEOS contempserit. *Dion, libro quinquagesimo secundo.* Idem Isocrates præcipit; sed addit, operam dandam esse, vt rex seipsum quam optimum ac iustissimum præbeat: quod maior spes sit talium vota DEOS audituros, quam eorum, qui multas victimas prosternunt. *Isocrates ad Nicoclem.* Et non potest prudens aut iustus esse Magistratus ac princeps, nisi idem pius atque religiosus extiterit: quia facile deuiare solet à Iustitia, qui in causis non DEOS, sed homines pertimescit. *Chrysostomus in Homilijs.* Quin etiam Tyranno curandum est, vt DEVM ac religionem colere videatur: quia minus talium iniurias homines metuunt; non his quoque insidias struunt, quia Deum defensorem habere statuunt. *Aristoteles 5. Politic. 11.* Accedit huc quoque, quod subditi vehementer ad religionem excitantur: cum Magistratuum suorum pietatem vident; quia magis exemplis, quam legibus reguntur, & vita principum ipsis censura est. *Plutarchus in Nicia.* Simul etiam authoritas vera paratur. *Isocr. in Busiride.* Acquiritur vera felici-

Pietas in Principe ac Magistratu cur necessaria.

felicitas, successus rerum prosper. Neque enim sine Deo vir esse bonus potest: nec potest quisquam supra fortunam exurgere, nisi à DEO adiutus fuerit. *Seneca, Epist.74.* Omnia prospera eueniunt Deos colentibus, aduersa aspernantibus. *Liu. lib.5.* Ac fatetur Cicero, Romanos non Hispanos numero, non robore Gallos, non calliditate Pœnos; sed religione ac pietate omnes gentes ac nationes superasse. *In Orat. de Haruspicum responsis.* Quin & tollitur fides ac societas generis humani, pietate arga Deos sublata. *Cic. 2. de natura Deorum.* Et sacræ literæ inseruire Domino, osculari filium iubent. *Psal.2.* aperire portas regi gloriæ. *Psal.23.* agere nutricios Ecclesiæ iubent. *Esaiæ 49.*

Exempla Principum piorum.

Commendantur quoque ob pietatem Dauid, Iosaphatus, Ezechias, Iosias in sacris. Et Numa Pompilius II. rex Romanorum, qui, vt populum ferum religione molliret, sacra plurima instituit: hæc quoties peragerentur, præconis voce proclamari iussit: HOC AGE. *Liuius libr. 1. Plutarchus in eius vita, Dionysius lib.2. Plinius de Viris Illustribus, cap.3.* Ancus Martius IV. rex Romanorum, qui hoc nomine laudatur, quod sacra à Tullio Hostilio neglecta restituit. *Plinius de Viris Illustribus, cap.5.* Et Scipio Affricanus, qui nihil prius cœpit, quam Iouis in cella sedisset, diuinamque mentem accepisset. *Liuius, libr.6. Plinius de Viris Illustribus, cap.49. Valerius Max. lib.1. cap.3.* Athenienses, primo anni die in Senatũ venientes, vna solemne quoddam sacrificium faciebant, quod εἰσιτήρια nominarunt, votaque pro Repub. suscipiebant. *Sigonius de Repub. Atheniensium lib.2. cap.2.* Ptolomæus Ægyptiorum rex, qui quod deorum simulachra, à Cambyse disiecta, restituisset; Euergetes appellatus fuit. *Alexander ab Alexandro, lib.1. cap.2. ex Plutarcho in vita Coriolani.* Alexander Magnus, qui postquam mane surrexisset, ante omnia diis sacrificare est solitus. *Plutarchus in eius vita.* Cyrus, qui ob pietatem laudatur *à Xenophonte in pædia*

Cyri:vt & Constantinus Magnus *apud Sigonium, libr. 4. imperiorum Occidentalium* : Theodosius iunior *apud Socratem, lib. 7. Theodoretum, lib. 3. Nicephorum, libr. 13. & 14.* Et est memorabile illud Iustiniani: DEO autore nostrum gubernante imperium, quod nobis à cœlesti maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum Reipub. sustentamus, & ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutoriũ, vt neq; armis confidamus, neq; nostris militibus, neq; bellorum ducibus, vel nostro ingenio: sed omnem spem ad solam referamus summæ prouidentiam Trinitatis: vnde & mundi totius elementa processerunt, & eorum dispositio in orbem terrarum producta est. *De Digestorum conceptione.* Sunt etiam leges plurimæ religionem ac pietatem concernentes: de summa Trinitate *libro primo, Cod. Tit. 1.* sacrosanctis Ecclesijs, *Tit. 2.* Episcopis ac Clericis, *Tit. 3.* Hæreticis, *Tit. 5.* Sancto Baptismate, *Titul. 6.* Apostatis, *Titul. 7.* Vt etiam in Iure Canonico de summa Trinitate & fide Catholica, *libr. 1. Tit. 1. Decret.*

Itaque sunt reprehendendi merito: Cambyses rex Persarum, qui templa & leges ludibrio habuisse dicitur. *Fulgosus libro primo cap. 2.* Xerxes, qui Soli tenebras est minitatus. *Herodotus lib. 6.* Constantinus V. maleficus, & magicis vanitatibus deditus: non Christianus, non Græcus, non Hebræus, sed omnis impietatis lerna &, vt in Libya nascuntur feræ multiplici mixtura, ex variis vanitatibus commixta quædam hostia. *Zonaras, Paulus Diaconus.* Michaël Traulus, qui resurrectionem minime credidit, dæmones negauit, Prophetas nihili fecit; futuras promissiones risit. *Zonaras.* Childericus Francorum rex, qui Ecclesias spoliauit; earundem ministros & Episcopos omni tormentorum genere afflixit. *Gregorius Turonensis, lib. 4. c. 27.* Iulianus Apostata, qui in ipso belli ardore septem libros contra CHRISTVM euomuisse dicitur. *Eutrop.*

Principes & Magistratus impij.

Vicina

Iusticia Principi ac Magistratui quamobrem necessaria?

Vicina pietati IVSTICIA est, summe Principi ac Magistratui necessaria. Confugere enim ad hunc est ad Ius ipsum ire, qui ius quoddam animatum, lex loquens est. *Arist. 5. Eth. cap. 4. Cic. 3. de legibus.* Atque hanc ob causam maxime reges creati, constitutæ ciuitates ac Respub. sunt, vt suum quisque teneat, neque bonorum diminutio vlla fiat. *Cic. 2. Offic. Osorius lib. 4. de Regum institutione.* Et vt ignis, quæcunque admouentur, calefaciens, ipse primum innata sibi vi calet: nix contra suapte natura frigida & alia frigida reddit: sic Iudex ac Magistratus ipse plenus Iusticia esse debet, si alijs ius administraturus est. *Simanca, de Repub. lib. 5. cap. 6. ex Philone.* Et vt Iusticia sine prudentia nihil prodest, sic sine Iusticia nihil valet prudentia. *Cic. 2. Offic.* Sanat enim hæc vulnera populorum, comprimit omnes motus, pacem & otium cum dignitate constituit, vires Reipub. firmat. *Osorius, lib. 4. de Regis institutione.* Efficit præterea, vt principes vere à subditis amentur. *Plutarch. in Aristide.* Laudentur etiam ac commendentur: quia nihil laudabile sine Iusticia. *Cic. 3. Off. Xenophon libro tertio de Cyri expeditione, Lips. libro secundo cap. 20.* Idque eo magis, quod maxima ingenia plerunque Iusticiæ obliuio capit, cum in Imperiorum, honorum, gloriæ cupiditatem incidunt. *Cic. 1. Offic.* Ac tametsi etiam honorentur fortes, sint sapientes admirationi: tamen his maxime fidem habere homines solent, qui iusti sunt. *Plutarchus in Catone Vticensi.* Quin & Sacræ literæ Iusticiam maxime requirunt: diligite, inquiunt, Iusticiam, qui iudicatis terram. *Sapient. 1.* Et rex iustus erigit terram: qui iudicat in veritate pauperes, eius thronus in æterno firmabitur. *Prouerb. 19.* Portare subditos in sinu suo iubent, sicut portare infantulum nutrix solet. *Numer. 11.*

Iusticiæ laude qui excelluerint Ma-

Huius vero laude excelluerunt: Minos, Rhadamantus, Æacus apud Cretenses: ac propterea post obitum inferorum sunt Iudices constituti. *Plato in Gorgia, Plutar-*

Plutarchus de sera numinis diuini vindicta. Aristides, qui passim δίκαιος, iustus, est appellatus. *Plutarchus in Aristide.* Traianus Imperator, qui aliquando Prætorij præfectum eligens, ac gladium ei tradens, dixisse fertur: Cape hunc ensem: & si bonus fuero, pro me: sin malus, contra me eo vtitor. *Suidas.* Ochus Artaxerxes, morti vicinus, interrogatus à filio, quo pacto tot annos rectum custodisset, vt ipse quoque eius instituta imitaretur: Iusta, inquit, erga DEOS hominesque faciendo. *Athenæus libro duodecimo.* Antiochus III. Asiæ rex omnibus regni sui vrbibus scripsit: si quod in literis, quæ eius nomine scriberentur, esset, quod legibus aduersum videretur, crederent, eiusmodi literas se ignaro scriptas fuisse, ac propterea iis non parerent. *Fulgosus lib. 6. cap. 5.* Domitianus, qui tantum curæ in Prouinciarum Præsidibus adhibuit, vt neque iustiores neque modestiores vnquam extiterint. *Suetonius.* Carolus Magnus, qui sanxit: vt in primaria cuiusque regionis vrbe pontifex & prætor ter quotannis, Aprili, Octobri, Ianuario ius dicerent, responsa darent: & primum pauperes, viduas, pupillos, dato his prudentissimo patrono, diligentissime audirent, inimicos reconciliarent: vetuit insuper, ne illi lites in diem differrent, neue calumnijs locum facerent. *Auentinus, libro quarto.* Alphonsus Aragonum ac Siciliæ rex, qui præsides prouinciarum & Iudices omnes admonuit, ne quod decretum aut rescriptum à se factum seruarent, nisi quod iure & honestate niteretur. *Panormita libro secundo.* Maxime vero Iosaphatus Iudæ rex commendatur, qui Iudicibus ac Magistratibus à se constitutis præcepit: Videte quid faciatis; non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei. Quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. *2. Paral. cap. 19.*

gistratus ae

Sunt contra, & Deo & Hominibus inuisi Iniusti: puniuntur grauiter, qui dicunt: Fortitudo nostra lex sit. *Sapien. 2.* leges iniustas ferunt, vt pauperes in iudicio

Iniusticia mala & incommoda.

dicio opprimant & vim faciant causæ humilium. *Esaiæ capite decimo.* Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. *Iobi cap. 24.* Indeque potenter tormenta tales patientur: quia non subtrahit personam cuiusque Deus, qui est dominator omnium: nec magnitudinem cuiusque verebitur; quoniam magnum & pusillum ipse fecit. *Sapien. 2.*

Principum ac Magistratuum iniustorum exempla.

Ita Pharao periјt, *Exodi 14.* Saul seipsum gladio interemit. *1. Reg. cap. 31.* Deuorata à canibus Iezabel fuit. *4. Reg. cap. 9.* Herodes à vermibus consumtus. *Actor. cap. 12.* Amasis Ægyptiorum in omnes iniquus, desertus à suis & captus ab Actisane Æthiopum rege. *Diodorus Siculus.* Polycrates, qui Sami tyrannidem occupauit, cruci affixus. *Herodotus, lib. 3.* Alexander Pheræorum tyrannus, ab vxore propter pellicatus suspicionem interemptus. *Cicer. 2. Officiorum.* Dionysius Syracusanus à suis interfectus. *Idem ibid.* Caligula, triginta vulneribus confectus. *Suetonius.* Nero, qui semet ictu gladij transfegit, vbi audiuit, hostem se à Senatu iudicatum esse. *Idem.* L. Antonius Commodus, in domo Vestalium strangulatus. *Dio.* Heliogabalus, vna cum matre à militibus necatus. *Ælius Spartianus.* Grimmerus Sueonum ac Gothorum Tyrannus, spectantibus ciuibus sublimem in furcam eleuatus ac strangulatus. *Ioannes Magnus, lib. 4.*

Prudentia tur in Principe ac Magistratu requiratur.

Vt vero magna ac necessaria virtus Iustitia est: ita Principum ac Magistratuum propria Prudentia est. Est enim Magistratus ciuitatis oculus. Ideoque vt obscuratis oculis partes reliquæ non vident; nec suis ritè fungi officiis possunt: ita subditi non bene viuunt, quando stultis Magistratibus vtuntur. *Aristoteles, Polit. 3. cap. 3.* Est Magistratus spiritus vitalis, quem multa millia trahunt; nihil ipsa post futura; nisi onus ac præda, si mens illa imperij subtrahatur. *Senec. lib. 1. de Clementia, cap. 4.* Et si cætera animalia domari sine tractatione quadam & arte

& arte non possunt: multo minus homo sine Prudentia tractari poterit; quia nullum animal morosius est, maioremque artem requirit, quam homo. *Seneca ibid. Lipsius, Polit. 3. cap. 2.* Maxime vero quia mores populorũ ac nationum varij, & ex patria cœlique constitutione; & occasione rerum, quæ producuntur, & quasi ingeniti assumuntur: vt copiose ostendunt; *Plato in Timæo, Menexeno, lib. 5. de Legibus, 8. de Repub. Galenus, l. 2. de Temperamentis, & in libello in quo quæritur: An corporis temperaturam animi mores sequantur. Arist. Polit. lib. 7. cap. 7. Ptolomæus, lib. 2. Quadripartiti, cap. 2. Polybius, lib. 4. Cicero, 2. Agraria. Vegetius de re militari, lib. 1. c. 2. Alexander ab Alexandro, lib. 4. c. 13. Lucanus, libr. 8. Iulius Maternus, lib. 1. rerum Astronomicarum. Picolominæus de materia virtutum, gradu 1. c. 28. Gregorius Tholosanus, lib. 4. de Repub. c. 8.* Prudentia opus hic magna est, vt Magistratus diligenter mores ac ingenia eorum, quibus præest, obseruet; his sese accommodare sciat: cumq; in his aliquid aut mutandum, aut formandum aliter; non temere hoc subitoque faciat; sed illud obseruet; quod in Vino fieri videmus. Vt enim vinum non illico primoque haustu hominem inebriat, aut eiusdem mores mutat; verum sensim ac paulatim sitim sedat, post inducit & conformat mores varios: reddit alios in iram præcipites; garrulos ac loquaculos alios facit, aliis lachrimas expellit, in alijs alia mouet: ita politicus & magistratus prudens obseruabit primo, quibusnam potissimum populus moueri ac delectari soleat: post fide, diligentia, industria autoritatem cõsecutus, ad populi animos ducendos aggredietur. Plutarchus de gerenda Repub. Et diuinitus prudentibus Magistratus conceditur, vt dum mundi lex seu natura incognitum aliquid hominibus gignit, rectorum consilijs, tanquam medicinæ remedijs illud leniatur. *Diaconus, lib. 10.* Et sane quemadmodum ad prosperam nauigationem gubernatore bono ac sapiente est opus: sic sapientem oportet Magistratum esse:

vt bene constitutæ Reipub. tranquillitas seruetur. *Philo de charitate.* Neque res æstimari ac ponderari vno momento sine sapientia potest. *Cicero, 1. Off.* Atque hinc non immerito prudentibus vltro paretur: libenter illis homines obediunt, qui sibiipsis recte consulunt. *Xenophon, libro primo, de Pædia Cyri.* Vident id, quod sapientes affirmant, probat experientia; plura summa in fortuna auspiciis ac consiliis, quam telis & manibus geri. *Tacitus, Annalibus. Lipsius, Politicorum 3 capite secundo.* Omnia regna, ciuitates, nationes vsque eo prosperum imperium habuerunt, dum apud eos vera consilia valuerunt. Vbicunque gratia, timor, voluptas ea corrupere: post paulo imminutæ opes; deinde ademptum imperium postremo seruitus imposita est. *Sallustius in Fragmentis.* Sed & Sacræ literæ hoc quoque confirmant; quæ in omni possessione acquirere prudentiam, arripere illam iubent: eo quod det capiti augmenta gratiarum, & corona inclyta protegat. *Prouerb. quarto.* Inhabitari ciuitates per sensum prudentum asserunt. *Ecclesiast. decimo.* vt & Sapientem populi stabilimentum esse. *Sapientiæ sexto.* Contra cum stultus est Magistratus & rex insipiens, prodit populum suum. *Eccles. 10.* Ac magnum sub sole malum, stultum positum esse in sublimi dignitate. *Ibid.*

Principum ac Magistratuum, prudentia laude illustres qui extiterunt, exempla.

Huius clari atque illustres laude fuerunt: Salomon, qui prudentiam in regendo populo vnice præ omnibus diuitiis à Deo Optimo Maximo petiit. *3. Regum 3.* Argus rex Peloponnesi, qui, quod sapiens esset; πανόπτης, corpore toto oculis præditus, est appellatus, qui non simul, sed alternatim somnum caperent. *Eustathius, Iliad. 2.* Nicias & Pericles, *apud Plutarchum in Vitis.* Fabius Maximus *apud Liuium, libro secundo. Plutarchum in vita huius & Hannibalis. Plinium de Viris Illustribus, capite quadragesimo tertio.* Scipio Nasica, qui Eloquentia primus, Iuris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus fuit: vnde Corculum vulgo appellatus. *Cicero*

cero in Bruto. Plinius capite quadragesimo quarto. Aratus Sicyonius. Plutarchus in eius vita. Philippus Macedoniæ rex, qui magis de prudentia, quam de copiarum & auxiliorum viribus gloriari est solitus: quod rerum bene in prœliis gestarum laus sibi communis cum his esset, qui secum militassent: sed eorum, quæ orationis comitate recte transegisset, sibi vni titulum retineret. *Diodorus libro decimo sexto.* Hannibal, qui cum tot annos hostili in terra exercitum ex omni colluuione gentium mixtum rexit, quibus non lex, non mos, non lingua vna fuit, alius quidem habitus, alia vestis, alia arma, alij ritus, alia sacra: ita tamen arcto vinculo eos copulauit, vt in summa stipendij omniumque rerum penuria nullam sit seditionem expertus. *Plutarchus in Hannibale. Eutropius, libro 3. Valerius Maximus, libro 1. Plinius de Viris Illustribus, cap. 42.*

Quemadmodum stultitiæ contra nomine male audiuerũt: Roboamus, *3. Regum 12.* Xerxes, qui montibus ac mari compedes est minatus: imo mare flagellare iussit, quod nauigationem impediret. *Herodotus, libro septimo.* Antiochus, qui cum Epiphanes alias cognominaretur, Epimanes ob stultitiam est dictus: in regno vrbeque oberrans nummos temere sparsit, & cui dat, inquit, fortuna, capiat. *Athenæus.* Heliogabalus, qui eo interdum prouectus vesanię est: vt, quo melius vrbis Romæ magnitudinem cognosceret, araneas sibi colligere iusserit, & ad decem millia pondo inuenerit. *Ælius Spartianus.* Exhibuit & decem millia murium, mille mustelas. *Idem.* *Imprudentes & stulti Principes ac Magistratus:*

Ad Prudentiam vero Fortitudo vt accedat, necesse est: quandoquidem sine armis Sapientia esse tuta nequit. *Plato Epistol. secunda.* Cauendum, ne propter metum Magistratus ex eodem ore, quo iudicaturus Deos inuocauit, quod sentit, non proferat. *Idem secundo de legibus.* Animus propter formidinem consilio priuetur ac turbetur. *Pontanus libro primo, de Fortitu-* *Fortes qua de causa esse Principes & Magistratus debeant.*

dine. Flectatur precibus aut misericordia aut potentia; indeq; minus in improbos animaduertat. *Plutarchus in Pelopide.* Aut defatiscat mollitie: nec perficere valeat, quæ animo concipit. *Plato in Gorgia.* Et sunt duo, quæ ab egregijs Principibus expectantur; Sanctitas domi, in armis Fortitudo. *Aurelius Victor in Traiano.* Duo itidem, quibus Respublicæ recte gubernantur: domi Concordia: foris Fortitudo. *Polybius, libro sexto.* Huc accedit, quod præclarum est, illud vsurpari à Principe: Non dicta mea modo milites, sed & facta sequi debetis: nec disciplinam modo sed exemplum quoque à me petere. *Liuius libro septimo.* Et cogantur; si modo velint esse illustres, illud obseruare Principes ac Magistratus: vt sit labor in negotio, fortitudo in periculo, industria in agendo, celeritas in conficiendo. *Cicero pro lege Manilia.*

Quæstio: Vtrũ Princeps ipse interesse prœlio debeat? Ac licet in quæstionem & dubitationem veniat; Vtrum Princeps & Dux ipse interesse prœlio debeat: in negantem illud partem adducatur, quod vnus rex aut Princeps sit pro decem millibus. *1. Reg. cap. 18.* Satius sit, dubijs prœliorum exemptum, summæ rerum & imperij seipsum reseruare. *Cornelius Tacitus in vita Othonis.*

Rationes in negantem sententiam. Dissipetur exercitus, duce vel capto, vel interfecto; vt Sedeciæ, Achabo, Holoferni accidit: & Epaminondæ; in quem vnum vim intendere prœlij Agesilaus Spartanorum rex iussit, quod solos cordatos milites victoriæ esse authores diceret: simul statueret; in bello plus momenti vnum vere prudentem, quam imprudentum turbam. *Plutarchus in Apophtheg. Laconicis.* Plurimi Ducum opera res præclare feliciterque in bello gesserint: inter alios Belisarius, Iustiniani Imperatoris Dux, Persas in Oriente vicerit; Vandalos in Africa; ducto in triumphum Gilimere; Gothorum in Italia gentem, capto Vitige rege. *Volaterranus, libro vigesimo-tertio.*

Affirmantẽ Tamen multo, & publice, & priuatim melius, Principem

cipem ac Ducem ipſum prœlijs intereſſe:plus eſt in hoc opis, quam toto exercitu. *Cornel.Tacitus de moribus. Machiauellus, Diſcuſſ. cap. 30.* Ac militaris turba ſine Duce eſt corpus ſine ſpiritu. *Curtius libro decimo.* Vnde Macedones contra Thraces pugnaturi, regem ſuum, etiam infantem in acie prætulerunt: quod accendi putarent militum animos regis præſentia. *Iuſtinus, libr. 7. Appianus, lib. 1.* *in partem argumenta.*

Suo vero exemplo Imperatores ac Duces milites mire excitarunt; Cimon, qui primus per Ceramicon, alacris, comitantibus ſodalibus, in arcem conſcendit, atque animum alijs addidit. *Plutarchus in Cimone.* Alexander, qui Tyrum oppugnans, cum amplam foſſam mœnibus Tyriorum adiectam ſuperare cuperet; primus ipſe corbem arena refertum apportauit. *Plutarchus in Alexandro. Polyænus lib. 4.* Iulius Cæſar, qui inclinatam aciem ſæpe ſolus reſtituit, obſiſtens fugientibus & contortis faucibus conuertens in hoſtes: Quorſum tu abis, inquiens; illic ſunt, cum quibus pugnandum. *Suetonius.* Alphonſus, Aragonum rex, audiens, milites ſuos ex caſtello quodam Doualengo, quo irruperant, expulſos eſſe; propere accurrens, ſcalas ipſe manibus apprehendit, inque oppidi foſſam deuoluit. *Panormita libro tertio, de Alphonſi rebus geſtis.* Maxime vero tum illud commendatur, cum Imperij ſtatus, ſalus Prouinciarum in diſcrimine ac periculo verſatur: in minoribus bellis committere alijs curam licet. *Cornelius Tacitus, libro quarto. Lipſius, Politicorum 5. cap. 17.* Et primus ille dies Othonianas partes afflixit, quod perſuaderi ſibi à Conſiliarijs ſuis paſſus eſt, vt Brixellum concederet, ac dubijs prœliorum exemptus, ſummæ rerum & imperij ſeipſum reſeruaret. *Cornelius Tacitus, lib. 2.* *Exempla Principum, ſua præſentia milites qui excitarunt.*

Verum non in bello modo, ſed & alibi magnitudine roboreque animi ac fortitudine eſt Magiſtratui opus: quia pro communibus commodis multæ adeundæ inimicitiæ; ſubeundæ pro Republica tempeſtates: *Extra bellum fortitudine qua de cauſa*

Principi ac Magistratui sit opus. cum multis audacibus, improbis quoque, nonnunquam potentibus dimicandum; quæ quidem sine fortitudine fieri nequeunt. *Cicero pro Sestio.* Coguntur, qui præsunt alijs, multa audire superuacua: nec tamen sciri potest, an sint superuacua, nisi cum audierint. *Plinius libro sexto Epist.* Nec quicquam etiam melius est, quam non omnia in Principem iacta ad cognitionem vocari: quia oportet imperitos prauos suos humores exhalare; aut maledictis aut insidijs: vt magna hic patientia requiratur. *Cornel. Tacitus, lib. 2. Annalium.*

Atque hinc Sacræ literæ etiam Fortitudinem requirunt: Non, inquiunt, nisi fortis sit Iudex, ne potentis faciem extimescat. *Ecclesiast. 7.* Eum qui patiens est, multa sapientia sua gubernare, qui autem impatiens est, exultare stultitiam suam affirmant. *Prouerb. 14. & 16.* Et inter alias pœnas Dominus quoque minatur, daturum sese pueros principes eorum, & effœminatos imperium in illos habituros. *Esaiæ 2.*

Exempla Ducum & Principum fortium. Sunt quoque Principum ac Ducum fortium exempla plurima: Mosis, Iosuæ, Gedeonis, Samsonis, Dauidis, Machabæorum. Et in prophanis, Nini *apud Iustinum libr. 1.* Et Cyri *apud Xenophontem libr. 1. Pædiæ.* Alexandri Magni *apud Curtium, Plutarchum in vita Alexandri, Diodorum lib. 15.* Periclis, Cimonis, Themistoclis, Pelopidæ *apud Plutarchum in vitis*: & quidem de Pelopida illud memorabile, quod magna in trepidatione domo exiens, lachrymante vxore ac rogãte, seipsum vt seruare vellet, responderit: priuatis ista viris dicenda esse, non his, qui Magistratus gerunt, vt alios tueantur ac seruent. Apud Romanos & Spartanos plurimi: quorum laudes persequuntur Liuius, Plutarch. *in vitis,* Plinius, *de Viris Illustrib.* Et inter Imperatores nostros Carolus Magnus, *de quo Æmylius lib. 3.* Othones, *de quibus Sigonius in regno Italiæ, lib. 6. & 7.* Henrici *Sigonius ibid. lib. 8. & 9.* Lotharius. *Idem lib. 11.* Fridericus Barbarossa. *Idem lib. 12. 13. 14. 15. & alij.*

Vt con-

Vt contra reprehenduntur ignaui & timidi. Achazus rex Iudæorum, qui, cum Razinem Syriæ, & Pheceam Israëlitarum reges contra se conspirasse audiuisset, animo non secus commotus est, ac si vento syluarum arbores mouentur. *Esaiæ septimo.* Xerxes, multis myriadibus Græciam infestans, ter à Græcis turpissime fusus ac victus est: ipse metu, ne in Europa includeretur, præcipiti fuga per Hellespontum in Asiam contendit. *Plutarchus in Themistocle.* Tigranes rex Asiæ, contra Lucullum pugnans, etsi militum multitudine longe præstaret, tamen turpiter fugam adornauit: etiam diadema abiecit, ne agnitus hostium in manus veniret. *Xiphilinus in Pompeio.* Gallus Volusianus Imp. qui non solum cum præda intra fines suos redire: verum etiam quotannis certam pecuniæ summam dare promisit, & ex captiuis nobilissimum quemque per vim abduci passus est. *Zosimus.* Gallienus, qui, cum nũciatũ ei esset, Ægyptum desciuisse, dixisse fertur: Quid? sine lino Ægyptio esse non possumus? cum vastatam Asiam Scytharum incursionibus comperisset, Quid, inquit, sine aphronitris esse non possumus? Perdita Gallia risit, & Num sine trabeatis sagis tuta Res esse publica non posset, quæsiuit. *Trebel. Pollio.* Ladislaus Vngariæ ac Boëmiæ rex, qui audito Turcarum ad Albam Græcam oppugnandam aduentu, vsque adeo consternatus fuit, vt, simulata venatione, Buda egressus, Viennam continuo sese receperit: arcem quoque Budinam omni præsidio destitutam reliquerit. quæ triginta circiter diebus hosti quoque patuit. *Bonfinius, libr. 7. Decadis 3.* Arato quoque Sicyonio vitio datum fuit, quod, vt consilijs astuque polleret, ita aperta in acie timidus esset Itaq; aduersarij per ludibrium aluum commemorarunt Prætori Achæorum, instante prœlio, moueri: sopore ac vertigine cum simul atq; tuba canere cœpissent corripi solitũ: cum aciem instruxisset, signum dedisset pugnæ, rogassetque præfectos suos & ordinum ductores, nũquid

Ignauorum ac timidorũ Principum exempla.

præsentia sua opus esset (nam iactam esse aleam) secedere præstolatum procul euentum. *Plutarchus in Arato.* Vt & Macedonum regi vltimo Perseo, qui in oppidum Pydnam se magna ignauia subduxit, per causam sacrificij Herculi faciendi, commisso cum L. Paulo Æmylio prœlio. *Plutarchus in Æmylio.*

Liberalitas in Principe ac Magistratu quamobrem laudabilis.

Neque vero minus necessaria Principi ac Magistratui Liberalitas est; iudicatur pulchrius exercitium, quã seipsum locupletare: ab hostibus potius spolia, quam dona capere. *Xenophon de Agesilai laudibus.* Habetur dos in Principe & Magistratu potissima, Liberalitas & Clementia. *Pompon. Lætus in Diocletiano.* Nec magis vere Princeps imperabit, beneficus qui non extiterit, quam si sol radios suos hominibus alijsque animalibus non præberet: nec regnum, sed regni simulachrum tractat, qui tenax atque auarus est. *Pachimerius in Hist.* Et Liberalitate qui vtuntur, hominum sibi beneuolentiam conciliant, ac, quod aptissimum est ad quiete viuendum, charitatẽ. *Cic. 2. de finib.* Deuinctos sibi plurimos reddunt: quia beneficiũ sæpe dare, est docere reddere homines. *Mimus.* Et qui beneficium inueniũt, cõpedes inueniunt. *Arist. 2. Pol.* Maxime vero imperitos ac plebeios Liberalitas mouet: apud quos priuata cuique stimulatio, vile decus publicu est. *Corn Tacitus l. 4. Lipsius lib. Polit. 4. cap. 5.* Sed & præclara atque illustria ingenia his quoque mouentur. Quemadmodum enim fruges non tam soli ingenio, quam cœli beneficio & temperie lætius proueniunt: ita quoque artes bonæ, eximiaque ingenia Principum ac Magistratuum benignitate excitantur. *Iust. Episcopus in Cantica Cantic.* Itaque cum Aurelianus Imperator ex Consiliarijs suis quæreret, quo pacto recte feliciterque Respub. administrari possit? Ferro & auro, ei respõsum est, ferro contra hostes; auro apud ciues & benemeritos. *Zonaras in Aureliano.* Et hoc etiam S. Scriptura affirmat: cum diuitias plurimos amicos reddere ostendit. *Prouerb. 19.*

Viros

Viros sapientes; & qui oderint auaritiam, quętere iubet, vt populum omni tempore iudicent. *Exodi 18.*

Nec præclarorum Principum exempla desunt, qui hac virtute excelluerunt. Alexander Magnus, qui magna sua gloria prædicare solitus fuit; à nemine sese vnquam benignitate superatum esse. *Cælius, libr. 7. cap. 28.* Cyrus, qui non pecuniam, sed amicos, quibus ille plurimum contulisset diuitiarum, suos esse thesauros dixit. *Xenophon in Pædia Cyri.* Cimon, qui prædijs suis septa detraxit, vt & peregrini, & ciues, libere poma inde sumere possent. *Plutarchus in Cimone.* Scipio Affricanus, qui nunquam è foro domum reuersus est, nisi beneficio prius in aliquem collato. Itaque cum quodam die nulli operam suam contulisset: regressus domum questus est, diem illum amicis amisisse. *Pontanus, libro primo de Magnanimitate, capite sexto.* Titus Vespasianus, qui cum admoneretur à domesticis, quasi plura polliceretur, quam præstare posset; non oportere ait quenquam à sermone Principis tristem discedere: diem quoque eum perdidisse affirmauit: in quo nihil cuiquam præstitisset. *Suetonius.* Adrianus, qui omnes reges munerum vicisse magnificentia dicitur: amicos quidem non petentes locupletauit: nihil denegauit petentibus. *Ælius Spartianus.* M. Antoninus Pius Imperator, qui prouinciarum Præfectos locupletauit, ornamentis donauit consularibus: Rhetoribus & Philosophis non solum salaria, verum etiam honores ac Prouincias decreuit. Mox etiam liberalitatem suam testamento plurimis legatis testatam fecit. *Iulius Capitolinus.* Alexander Seuerus, qui amicos, quos bene de se meritos intelligeret, etiam ad petendum inuitare est solitus: Quid, inquiens, est, quod nihil petis? An me vis tibi fieri debitorem? Pete, ne sit, quod priuatus de me querare. *Lampridius.* Diem etiam nullum prætermisit, quo non pium aliquid, liberale, humanum fecerit; publici tamen ærarij ratione habita; vt quamuis

Liberalitatis illustriũ Principum & Magistratuum exempla.

imperaret, sciret tamen moderatum prudentemque Reipub. dispensatorem esse debere. *Idem.*

Prodigalitas cur vitanda: modus in Liberalitate tenendus Principi ac Magistratui.

Quod & ipsum laude celebrationeque dignum est. Dum enim cupidi splendoris ac gloriæ profundunt quidam suas opes, ad rapiendi & auferendi iniuriam perueniunt, vt ad largiendum copiæ suppetant. *Cicero libro primo Officiorum.* In bellis cum necessaria requiruntur, thesauri vacui & inanes sunt. *Iouius, libro decimoquarto.* Peruenitur ad exactiones nimias, proscriptiones etiam interdum bonorum virorum: quia principem prodigum egestas sequitur: egestatem extrema tyrannis excipit. *Bodinus, lib. 6. de Repub. cap. 2.* Quin & in proximos prodigi iniuriosi sunt: quod quas copias his suppeditari ac relinqui æquius est, eas ad alienos transferunt. *Cicero 1. Officiorum.*

Principes & Magistratus prodigi.

Et vituperantur in Historijs non pauci ob prodigalitatem: M. Antonius. *libro decimo quinto Dion.* C. Caligula, qui ob sumptus citra modum factos, non habuit vnde filiam dotaret: cum ante super immensos aureorum aceruos, patentissimo loco diffusos, nudis pedibus spaciari, totoque corpore grunnientium porcorum instar volutare sese solitus fuisset. *Suetonius.* Antoninus Heliogabalus, qui cum admoneretur ab amicis, caueret, ne ad inopiam luxu ac prodigalitate redigeretur: Quid melius, inquit, quam vt ipse mihi hæres sim & vxori meæ? *Ælius Lampridius.* Nero, qui diuitiarum fructum non alium esse putauit, quam profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret: vere magnificos, qui abuterentur & perderent: laudauit hoc maxime in Caio auunculo suo, quod ingentes opes à Tiberio relictas breui spatio prodegisset. *Suetonius.* Domitianus, qui immensis diuitijs in conuiuijs ac spectaculis dilapidatis, pecunia egens, multos ex potentioribus occidit: partim reos factos in Senatu, partim absentes accusauit: nonnullos etiam ex insidiis clam destin

destinis venenis sustulit; quo haberet, vt tantos sumptus faceret. *Xiphilinus.* Sigismundus Imperator, Vngariæ ac Boemiæ rex, qui in amicos prodigebat omnia. Sæpe, cum in regia nihil esset, quod suo prandio opipare præpararetur, inuitatus amicos adijt: sæpe ab his etiam symbola corrogaret. *Bonfinius libro tertio, Decad. tertia.* Vladislaus Iagello, rex Poloniæ, qui nemini quicquam denegare est solitus, aut saltem dimidium dedit. Vnde duplum petierunt, qui simplum auffetre vellēt. *Cromerus lib. 20.*

Auaritia in Principe & Magistratu qua de causa reprehen datur.

Sed grauius adhuc peccant Auari qui sunt. Est enim Principum ac Magistratuum ditare potius, quam ditescere. *Plutarchus in Apophtheg.* Neque turpe tantum, sed etiam sceleratum ac nefarium est, habere quæstui Rempub. *Cicero 2. Officiorum.* Et qui sunt auari Magistratus, custodiunt populum, non vt pastores gregem, sed vt lupi. *Dion in Augusto.* Itaque Imp. *in Nouellis suis Constit. Constitut. 8.* omnium malorum causam, cunctorum flagitiorum finem ac principium esse affirmat, pecunias ex officiis quærere. Et Sacræ Literæ iubent eligere Magisttatus non solùm sapientes, sed etiam eos, qui auaritiam oderunt. *Exodi 18.* Ducem eum longos visurum dies affirmant, auaritiam odio prosecutus qui fuerit. *Prouerb. 28.*

Principes & Magistratus qui male ob Auaritiā audierunt.

Itaque male ob habendi cupiditatem Principes ac Magistratus nonnulli audiuerunt. Antigonus rex Macedoniæ in extorquendis pecuniis acer & rigidus: qui cum ei obijceretur, Alexandrum talem non extitisse, Merito respondit: Asiam enim metebat: ego culmos lego. *Plutarchus in Apophth.* Vespasianus Imp. qui cum rapacissimum quemque promoueret, vt mox ditatos condemnaret; vulgo dictum est, officiarios cum suis, vt spongiis, vti, quod veluti spongias, & siccos madefaceret & humentes exprimeret: etiam vrinæ inter alia vectigal excogitauit. *Suet.* Pescenninus Niger Imp. qui Palæstinis rogantib. vt ipsorum censitio leuaretur:

dicio opprimant & vim faciant causæ humilium. *Esaiæ capite decimo.* Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. *Iobi cap. 24.* Indeque potenter tormenta tales patientur: quia non subtrahit personam cuiusque Deus, qui est dominator omnium: nec magnitudinem cuiusque verebitur; quoniam magnum & pusillum ipse fecit. *Sapien.2.*

Principum, ac Magistratuum iniustorum exempla:

Ita Pharao perijt, *Exodi 14.* Saul seipsum gladio interemit. *1. Reg. cap. 31.* Deuorata à canibus Iezabel fuit. *4. Reg. cap. 9.* Herodes à vermibus consumtus. *Actor. cap. 12.* Amasis Ægyptiorum in omnes iniquus, desertus à suis & captus ab Actisane Æthiopum rege. *Diodorus Siculus.* Polycrates, qui Sami tyrannidem occupauit, cruci affixus. *Herodotus, lib. 3.* Alexander Pheræorum tyrannus, ab vxore propter pellicatus suspicionem interemptus. *Cicer. 2. Officiorum.* Dionysius Syracusanus à suis interfectus. *Idem ibid.* Caligula, triginta vulneribus confectus. *Suetonius.* Nero, qui semet ictu gladij transegit, vbi audiuit, hostem se à Senatu iudicatum esse. *Idem.* L. Antonius Commodus, in domo Vestalium strangulatus. *Dio.* Heliogabalus, vna cum matre à militibus necatus. *Ælius Spartianus.* Grimmerus Sueonum ac Gothorum Tyrannus, spectantibus ciuibus sublimem in furcam eleuatus ac strangulatus. *Ioannes Magnus, lib. 4.*

Prudentia tur in Principe ac Magistratu requiratur.

Vt vero magna ac necessaria virtus Iustitia est: ita Principum ac Magistratuum propria Prudentia est. Est enim Magistratus ciuitatis oculus. Ideoque vt obscuratis oculis partes reliquæ non vident; nec suis ritè fungi officiis possunt: ita subditi non bene viuunt, quando stultis Magistratibus vtuntur. *Aristoteles, Polit. 3. cap. 3.* Est Magistratus spiritus vitalis, quem multa millia trahunt; nihil ipsa post futura; nisi onus ac præda, si mens illa imperij subtrahatur. *Senec. lib. 1. de Clementia, cap. 4.* Et si cætera animalia domari sine tractatione quadam & arte

& arte non possunt: multo minus homo sine Prudentia tractari poterit; quia nullum animal morosius est, maioremque artem requirit, quam homo. *Seneca ibid. Lipsius, Polit. 3. cap. 2.* Maxime vero quia mores populorũ ac nationum varij, & ex patria cœlique constitutione; & occasione rerum, quæ producuntur, & quasi ingeniti assumuntur: vt copiose ostendunt; *Plato in Timæo, Menexeno, lib. 5. de Legibus, 8. de Repub. Galenus, l. 2. de Temperamentis, & in libello in quo quæritur: An corporis temperaturam animi mores sequantur. Arist. Polit. lib. 7. cap. 7. Ptolomæus, lib. 2. Quadripartiti, cap. 2. Polybius, lib. 4. Cicero 2. Agraria. Vegetius de re militari, lib. 1. c. 2. Alexander ab Alexandro, lib. 4. c. 13. Lucanus, libr. 8. Iulius Maternus, lib. 1. rerum Astronomicarum. Picolominæus de materia virtutum, gradu 1. c. 28. Gregorius Tholosanus, lib. 4. de Repub. c. 8.* Prudentia opus hic magna est, vt Magistratus diligenter mores ac ingenia eorum, quibus præest, obseruet; his sese accommodare sciat: cumq; in his aliquid aut mutandum, aut formandum aliter, non temere hoc subitoque faciat; sed illud obseruet; quod in Vino fieri videmus. Vt enim vinum non illico primoque haustu hominem inebriat, aut eiusdem mores mutat; verum sensim ac paulatim sitim sedat, post inducit & conformat mores varios: reddit alios in iram præcipites, garrulos ac loquaculos alios facit, aliis lachrimas expellit, in alijs alia mouet: ita politicus & magistratus prudens obseruabit primo, quibusnam potissimum populus moueri ac delectari soleat: post fide, diligentia, industria autoritatem cõsecutus, ad populi animos ducendos aggredietur. Plutarchus de gerenda Repub. Et diuinitus prudentibus Magistratus conceditur, vt dum mundi lex seu natura incognitum aliquid hominibus gignit, rectorum consilijs, tanquam medicinæ remedijs illud leniatur. *Diaconus, lib. 10.* Et sane quemadmodum ad prosperam nauigationem gubernatore bono ac sapiente est opus; sic sapientem oportet Magistratum esse:

vt bene constitutæ Reipub. tranquillitas seruetur. *Philo de charitate.* Neque res æstimari ac ponderari vno momento sine sapientia potest. *Cicero, 1. Off.* Atque hinc non immerito prudentibus vltro paretur: libenter illis homines obediunt, qui sibiipsis recte consulunt. *Xenophon, libro primo, de Pædia Cyri.* Vident id, quod sapientes affirmant, probat experientia; plura summa in fortuna auspiciis ac consiliis, quam telis & manibus geri. *Tacitus, Annalibus. Lipsius, Politicorum 3 capite secundo.* Omnia regna, ciuitates, nationes vsque eo prosperum imperium habuerunt; dum apud eos vera consilia valuerunt. Vbicunque gratia, timor, voluptas ea corrupere: post paulo imminutæ opes; deinde ademptum imperium postremo seruitus imposita est. *Sallustius in Fragmentis.* Sed & Sacræ literæ hoc quoque confirmant; quæ in omni possessione acquirere prudentiam; arripere illam iubent: eo quod det capiti augmenta gratiarum, & corona inclyta protegat. *Prouerb. quarto.* Inhabitari ciuitates per sensum prudentum asserunt. *Ecclesiast. decimo.* vt & Sapientem populi stabilimentum esse. *Sapientiæ sexto.* Contra cum stultus est Magistratus & rex insipiens, prodit populum suum. *Eccles. 10.* Ac magnum sub sole malum, stultum positum esse in sublimi dignitate. *Ibid.*

Principum ac Magistratuum, prudentiæ laude illustres qui extiterunt, exempla.

Huius clari atque illustres laude fuerunt: Salomon, qui prudentiam in regendo populo vnice præ omnibus diuitiis à Deo Optimo Maximo petiit. *3. Regum 3.* Argus rex Peloponnesi, qui, quod sapiens esset; πανόπτης, corpore toto oculis præditus, est appellatus, qui non simul, sed alternatim somnum caperent. *Eustathius, Iliad. 2.* Nicias & Pericles, *apud Plutarchum in Vitis.* Fabius Maximus *apud Liuium, libro secundo. Plutarchum in vita huius & Hannibalis. Plinium de Viris Illustribus, capite quadragesimo tertio.* Scipio Nasica, qui Eloquentia primus, Iuris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus fuit: vnde Corculum vulgo appellatus. *Cicero*

cero in Bruto. Plinius capite quadragesimo quarto. Aratus Sicyonius. Plutarchus in eius vita. Philippus Macedoniæ rex, qui magis de prudentia, quam de copiarum & auxiliorum viribus gloriari est solitus: quod rerum bene in prœliis gestarum laus sibi communis cum his esset, qui secum militassent: sed eorum, quæ orationis comitate recte transegisset, sibi vni titulum retineret. *Diodorus libro decimo sexto.* Hannibal, qui cum tot annos hostili in terra exercitum ex omni colluuione gentium mixtum rexit, quibus non lex, non mos, non lingua vna fuit, alius quidem habitus, alia vestis, alia arma, alij ritus, alia sacra: ita tamen arcto vinculo eos copulauit, vt in summa stipendij omniumque rerum penuria nullam sit seditionem expertus. *Plutarchus in Hannibale. Eutropius, libro 3. Valerius Maximus, libro 1. Plinius de Viris Illustribus, cap. 42.*

Imprudentes & stulti Principes ac Magistratus:

Quemadmodum stultitiæ contra nomine male audiuerint: Roboamus, *3. Regum 12.* Xerxes, qui montibus ac mari compedes est minatus: imo mare flagellare iussit, quod nauigationem impediret. *Herodotus, libro septimo.* Antiochus, qui cum Epiphanes alias cognominaretur, Epimanes ob stultitiam est dictus: in regno vrbeque oberrans nummos temere sparsit, & cui dat, inquit, fortuna, capiat. *Athenæus.* Heliogabalus, qui eo interdum prouectus vesanię est: vt, quo melius vrbis Romæ magnitudinem cognosceret, araneas sibi colligere iusserit, & ad decem millia pondo inuenerit. *Ælius Spartianus.* Exhibuit & decem millia murium, mille mustelas. *Idem.*

Fortes qua de causa esse Principes & Magistratus debeant.

Ad Prudentiam vero Fortitudo vt accedat, necesse est: quandoquidem sine armis Sapientia esse tuta nequit. *Plato Epistol. secunda.* Cauendum, ne propter metum Magistratus ex eodem ore, quo iudicaturus Deos inuocauit, quod sentit, non proferat. *Idem secundo de legibus.* Animus propter formidinem consilio priuetur ac turbetur. *Pontanus libro primo, de Fortitu-*

dine. Flectatur precibus aut misericordia aut potentia; indeq; minus in improbos animaduertat. *Plutarchus in Pelopide*. Aut defatiscat mollitie: nec perficere valeat, quæ animo concipit. *Plato in Gorgia*. Et sunt duo, quæ ab egregijs Principibus expectantur; Sanctitas domi, in armis Fortitudo. *Aurelius Victor in Traiano*. Duo itidem, quibus Respublicæ recte gubernantur: domi Concordia: foris Fortitudo. *Polybius, libro sexto*. Huc accedit, quod præclarum est, illud vsurpari à Principe: Non dicta mea modo milites, sed & facta sequi debetis: nec disciplinam modo sed exemplum quoque à me petere. *Liuius libro septimo*. Et coguntur, si modo velint esse illustres, illud obseruare Principes ac Magistratus: vt sit labor in negotio, fortitudo in periculo, industria in agendo, celeritas in conficiendo. *Cicero pro lege Manilia*.

Quæstio: Vtrũ Princeps ipse interesse prœlio debeat?

Rationes in negantem sententiam.

Ac licet in quæstionem & dubitationem veniat; Vtrum Princeps & Dux ipse interesse prœlio debeat: in negantem illud partem adducatur, quod vnus rex aut Princeps sit pro decem millibus. *1. Reg. cap. 18*. Satius sit, dubijs prœliorum exemptum, summæ rerum & imperij seipsum reseruare. *Cornelius Tacitus in vita Othonis*. Dissipetur exercitus, duce vel capto, vel interfecto; vt Sedeciæ, Achabo, Holoferni accidit: & Epaminondæ, in quem vnum vim intendere prœlij Agesilaus Spartanorum rex iussit, quod solos cordatos milites victoriæ esse authores diceret: simul statueret, in bello plus momenti vnum vere prudentem, quam imprudentum turbam. *Plutarchus in Apophtheg. Laconicis*. Plurimi Ducum opera res præclare feliciterque in bello gesserint: inter alios Belisarius, Iustiniani Imperatoris Dux, Persas in Oriente vicerit; Vandalos in Africa, ducto in triumphum Gilimere; Gothorum in Italia gentem, capto Vitige rege. *Volaterranus, libro vigesimotertio*.

Affirmantẽ

Tamen multo, & publice, & priuatim melius, Prin-

cipem

cipem ac Ducem ipsum prœlijs interesse: plus est in hoc opis, quam toto exercitu. *Cornel. Tacitus de moribus. Machiauellus, Discuss. cap. 30.* Ac militaris turba sine Duce est corpus sine spiritu. *Curtius libro decimo.* Vnde Macedones contra Thraces pugnaturi, regem suum, etiam infantem in acie prætulerunt: quod accendi putarent militum animos regis præsentia. *Iustinus, libr. 7. Appianus, lib. 1.* *in partem argumenta.*

Suo vero exemplo Imperatores ac Duces milites mire excitarunt; Cimon, qui primus per Ceramicon, alacris, comitantibus sodalibus, in arcem conscendit, atque animum alijs addidit. *Plutarchus in Cimone.* Alexander, qui Tyrum oppugnans, cum amplam fossam mœnibus Tyriorum adiectam superare cuperet; primus ipse corbem arena refertum apportauit. *Plutarchus in Alexandro. Polyænus lib. 4.* Iulius Cæsar, qui inclinatam aciem sæpe solus restituit, obsistens fugientibus & contortis faucibus conuertens in hostes: Quorsum tu abis, inquiens; illic sunt, cum quibus pugnandum. *Suetonius.* Alphonsus, Aragonum rex, audiens, milites suos ex castello quodam Doualengo, quo irruperant, expulsos esse; propere accurrens, scalas ipse manibus apprehendit, inque oppidi fossam deuoluit. *Panormita libro tertio, de Alphonsi rebus gestis.* Maxime vero tum illud commendatur, cum Imperij status, salus Prouinciarum in discrimine ac periculo versatur: in minoribus bellis committere alijs curam licet. *Cornelius Tacitus, libro quarto. Lipsius, Politicorum 5. cap. 17.* Et primus ille dies Othonianas partes afflixit, quod persuaderi sibi à Consiliarijs suis passus est, vt Brixellum concederet, ac dubijs prœliorum exemptus, summæ rerum & imperij seipsum reseruaret. *Cornelius Tacitus, lib. 2.* *Exempla Principum, sua præsentia milites qui excitarunt.*

Verum non in bello modo, sed & alibi magnitudine roboreque animi ac fortitudine est Magistratui opus: quia pro communibus commodis multæ adeundæ inimicitiæ; subeundæ pro Republica tempestates: *Extra bellum fortitudine qua de causa*

 cum

Principi ac Magistratui sit opus. cum multis audacibus, improbis quoque, nonnunquam potentibus dimicandum, quæ quidem sine fortitudine fieri nequeunt. *Cicero pro Sestio.* Coguntur, qui præsunt alijs, multa audire superuacua: nec tamen sciri potest, an sint superuacua, nisi cum audierint. *Plinius libro sexto Epist.* Nec quicquam etiam melius est, quam non omnia in Principem iacta ad cognitionem vocari: quia oportet imperitos prauos suos humores exhalare; aut maledictis aut insidijs: vt magna hic patientia requiratur. *Cornel. Tacitus, lib. 2. Annalium.*

Atque hinc Sacræ literæ etiam Fortitudinem requirunt: Non, inquiunt, nisi fortis sit Iudex, ne potentis faciem extimescat. *Ecclesiast. 7.* Eum qui patiens est, multa sapientia sua gubernare, qui autem impatiens est, exultare stultitiam suam affirmant. *Prouerb. 14. & 16.* Et inter alias pœnas Dominus quoque minatur, daturum sese pueros principes eorum, & effœminatos imperium in illos habituros. *Esaia 2.*

Exempla Ducum & Principum fortium. Sunt quoque Principum ac Ducum fortium exempla plurima: Mosis, Iosuæ, Gedeonis, Samsonis, Dauidis, Machabæorum. Et in prophanis, Nini *apud Iustinum libr. 1.* Et Cyri *apud Xenophontem libr. 1. Pædiæ.* Alexandri Magni *apud Curtium, Plutarchum in vita Alexandri, Diodorum lib. 15.* Periclis, Cimonis, Themistoclis, Pelopidæ *apud Plutarchum in vitis*: & quidem de Pelopida illud memorabile, quod magna in trepidatione domo exiens, lachrymante vxore ac rogãte, seipsum vt seruare vellet, responderit: priuatis ista viris dicenda esse, non his, qui Magistratus gerunt, vt alios tueantur ac seruent. Apud Romanos & Spartanos plurimi: quorum laudes persequuntur Liuius, Plutarch. *in vitis*, Plinius, *de Viris Illustrib.* Et inter Imperatores nostros Carolus Magnus, *de quo Æmylius lib. 3.* Othones, *de quibus Sigonius in regno Italiæ, lib. 6. & 7.* Henrici *Sigonius ibid. lib. 8. & 9.* Lotharius. *Idem lib. 11.* Fridericus Barbarossa. *Idem lib. 12. 13. 14. 15. & alij.*

Vt con-

Vt contra reprehenduntur ignaui & timidi. Achazus rex Iudæorum, qui, cum Razinem Syriæ, & Phe-ceam Israelitarum reges contra se conspirasse audiuisset, animo non secus commotus est, ac si vento syluarum arbores mouentur. *Esaiæ septimo.* Xerxes, multis myriadibus Græciam infestans, ter à Græcis turpissime fusus ac victus est: ipse metu, ne in Europa includeretur, præcipiti fuga per Hellespontum in Asiam contendit. *Plutarchus in Themistocle.* Tigranes rex Asiæ, contra Lucullum pugnans, etsi militum multitudine longe præstaret, tamen turpiter fugam adornauit: etiam diadema abiecit, ne agnitus hostium in manus veniret. *Xiphilinus in Pompeio.* Gallus Volusianus Imp. qui non solum cum præda intra fines suos redire: verum etiam quotannis certam pecuniæ summam dare promisit, & ex captiuis nobilissimum quemque per vim abduci passus est. *Zosimus.* Gallienus, qui, cum nũciatũ ei esset, Ægyptum desciuisse, dixisse fertur: Quid? sine lino Ægyptio esse non possumus? cum vastatam Asiam Scytharum incursionibus comperisset, Quid, inquit, sine aphronitris esse non possumus? Perdita Gallia risit, & Num sine trabeatis sagis tuta Res esse publica non posset, quæsiuit. *Trebel. Pollio.* Ladislaus Vngariæ ac Boëmiæ rex, qui audito Turcarum ad Albam Græcam oppugnandam aduentu, vsque adeo consternatus fuit, vt, simulata venatione, Buda egressus, Viennam continuo sese receperit: arcem quoque Budinam omni præsidio destitutam reliquerit. quæ triginta circiter diebus hosti quoque patuit. *Bonfinius, libr. 7. Decadis 3.* Arato quoque Sicyonio vitio datum fuit, quod, vt consilijs astuque polleret, ita aperta in acie timidus esset Itaq; aduersarij per ludibrium aluum commemorarunt Prætori Achæorum, instante prœlio, moueri: sopore ac vertigine eum simul atq; tuba canere cœpissent corripi solitũ: cum aciem instruxisset, signum dedisset pugnæ, rogassetque præfectos suos & ordinum ductores, nũquid

Ignauorum ac timidorũ Principum exempla.

præsentia sua opus esset (nam iactam esse aleam) secedere præstolatum procul euentum. *Plutarchus in Arato.* Vt & Macedonum regi vltimo Perseo, qui in oppidum Pydnam se magna ignauia subduxit, per causam sacrificij Herculi faciendi, commisso cum L. Paulo Æmylio prœlio. *Plutarchus in Æmylio.*

Liberalitas in Principe ac Magistratu quamobrem laudabilis.

Neque vero minus necessaria Principi ac Magistratui Liberalitas est; iudicatur pulchrius exercitium, quã seipsum locupletare: ab hostibus potius spolia, quam dona capere. *Xenophon de Agesilai laudibus.* Habetur dos in Principe & Magistratu potissima, Liberalitas & Clementia. *Pompon. Lætus in Diocletiano.* Nec magis vere Princeps imperabit, beneficus qui non extiterit, quam si sol radios suos hominibus alijsque animalibus non præberet: nec regnum, sed regni simulachrum tractat, qui tenax atque auarus est. *Pachimerius in Hist.* Et Liberalitate qui vtuntur, hominum sibi beneuolentiam conciliant, ac, quod aptissimum est ad quiete viuendum, charitatẽ. *Cic. 2. de finib.* Deuinctos sibi plurimos reddunt; quia beneficiũ sæpe dare, est docere reddere homines. *Mimus.* Et qui beneficium inueniũt, cõpedes inueniunt. *Arist. 2. Pol.* Maxime vero imperitos ac plebeios Liberalitas mouet: apud quos priuata cuique stimulatio, vile decus publicu est. *Corn. Tacitus l. 4. Lipsius lib. Polit. 4. cap. 5.* Sed & præclara atque illustria ingenia his quoque mouentur. Quemadmodum enim fruges non tam soli ingenio, quam cœli beneficio & temperie lætius proueniunt: ita quoque artes bonæ, eximiaque ingenia Principum ac Magistratuum benignitate excitantur. *Inst. Episcopus in Cantica Cantic.* Itaque cum Aurelianus Imperator ex Consiliarijs suis quæreret, quo pacto recte feliciterque Respub. administrari possit? Ferro & auro, ei respõsum est, ferro contra hostes; auro apud ciues & benemeritos. *Zonaras in Aureliano.* Et hoc etiam S. Scriptura affirmat: cum diuitias plurimos amicos reddere ostendit. *Prouerb. 19.*

Viros

Viros ſapientes;&qui oderint auaritiam,quęrere iubet, vt populum omni tempore iudicent. *Exodi 18.*

Nec præclarorum Principum exempla deſunt, qui hac virtute excelluerunt. Alexander Magnus, qui magna ſua gloria prædicare ſolitus fuit; à nemine ſeſe vnquam benignitate ſuperatum eſſe. *Cælius, libr. 7. cap. 28.* Cyrus, qui non pecuniam, ſed amicos, quibus ille plurimum contuliſſet diuitiarum, ſuos eſſe theſauros dixit. *Xenophon in Pædia Cyri.* Cimon, qui prædijs ſuis ſepta detraxit, vt & peregrini, & ciues, libere poma inde ſumere poſſent. *Plutarchus in Cimone.* Scipio Affricanus, qui nunquam è foro domum reuerſus eſt, niſi beneficio prius in aliquem collato. Itaque cum quodam die nulli operam ſuam contuliſſet: regreſſus domum queſtus eſt, diem illum amicis amiſiſſe. *Pontanus, libro primo de Magnanimitate, capite ſexto.* Titus Veſpaſianus, qui cum admoneretur à domeſticis, quaſi plura polliceretur, quam præſtare poſſet; non oportere ait quenquam à ſermone Principis triſtem diſcedere: diem quoque eum perdidiſſe affirmauit: in quo nihil cuiquam præſtitiſſet. *Suetonius.* Adrianus, qui omnes reges munerum viciſſe magnificentia dicitur: amicos quidem non petentes locupletauit: nihil denegauit petentibus. *Ælius Spartianus.* M. Antoninus Pius Imperator, qui prouinciarum Præfectos locupletauit, ornamentis donauit conſularibus: Rhetoribus & Philoſophis non ſolum ſalaria, verum etiam honores ac Prouincias decreuit. Mox etiam liberalitatem ſuam teſtamento plurimis legatis teſtatam fecit. *Iulius Capitolinus.* Alexander Seuerus, qui amicos, quos bene de ſe meritos intelligeret, etiam ad petendum inuitare eſt ſolitus: Quid, inquiens, eſt, quod nihil petis? An me vis tibi fieri debitorem? Pete, ne ſit, quod priuatus de me querare. *Lampridius.* Diem etiam nullum prætermiſit, quo non pium aliquid, liberale, humanum fecerit; publici tamen ærarij ratione habita; vt quamuis

Liberalitatis illuſtriū Principum & Magiſtratuum exempla.

destinis venenis sustulit; quo haberet, vt tantos sumptus faceret. *Xiphilinus.* Sigismundus Imperator, Vngariæ ac Boemiæ rex, qui in amicos prodigebat omnia. Sæpe, cum in regia nihil esset, quod suo prandio opipare præpararetur, inuitatus amicos adijt: sæpe ab his etiam symbola corrogaret. *Bonfinius libro tertio, Decad. tertia.* Vladislaus Iagello, rex Poloniæ, qui nemini quicquam denegare est solitus, aut saltem dimidium dedit. Vnde duplum petierunt, qui simplum aufferre vellet. *Cromerus lib. 20.*

Auaritia in Principe & Magistratu qua de causa reprehendatur.

Sed grauius adhuc peccant Auari qui sunt. Est enim Principum ac Magistratuum ditare potius, quam ditescere. *Plutarchus in Apophtheg.* Neque turpe tantum, sed etiam sceleratum ac nefarium est, habere quæstui Rempub. *Cicero 2. Officiorum.* Et qui sunt auari Magistratus, custodiunt populum; non vt pastores gregem, sed vt lupi. *Dion in Augusto.* Itaque Imp. *in Nouellis suis Constit. Constitut. 8.* omnium malorum causam, cunctorum flagitiorum finem ac principium esse affirmat, pecunias ex officiis quærere. Et Sacræ Literæ iubent eligere Magistratus non solùm sapientes, sed etiam eos, qui auaritiam oderunt. *Exodi 18.* Ducem eum longos visurum dies affirmant, auaritiam odio prosecutus qui fuerit. *Prouerb. 28.*

Principes & Magistratus qui male ob Auaritiā audiuerunt.

Itaque male ob habendi cupiditatem Principes ac Magistratus nonnulli audiuerunt. Antigonus rex Macedoniæ in extorquendis pecuniis acer & rigidus: qui cum ei obijceretur, Alexandrum talem non extitisse, Merito respondit: Asiam enim metebat: ego culmos lego. *Plutarchus in Apophth.* Vespasianus Imp. qui cum rapacissimum quemque promoueret, vt mox ditatos condemnaret; vulgo dictum est, officiarios eum suis, vt spongiis, vti, quod veluti spongias, & siccos madefaceret & humentes exprimeret: etiam vrinæ inter alia vectigal excogitauit. *Suet.* Pescenninus Niger Imp. qui Palæstinis rogantib. vt ipsorum censitio leuaretur:

retur. Vos, inquit, terras veſtras leuare vultis: ego etiam aërem veſtrum cenſere cuperem. *Ælius Spart.* Commodus Imp. qui omnium criminum impunitatem auro condonauit. Iulianus Imp. Apoſtata, qui lege propoſita, ſacrificare nolentibus multam grauiſſimam impoſuit, ingentemque inde pecuniæ aceruum collegit. *Socrates libro tertio capite 3.* Nicephorus Phocas Imp. ſacris ædibus cæteriſque DEO dicatis locis annuos reditus imminuit: & nouo decreto, ne immobilibus bonis Eccleſiæ ampliarentur, cauit. Vnde Antiſtites, prouentibus ſuis ſpoliati, rei diuinæ, ſicut debebant, ſolitam operam non præſtiterunt. Eo tandem Epiſcoporum facultatem tranſtulit, vt defuncto aliquo Epiſcopo, in viduatam Epiſcopo Eccleſiam regium aliquem miniſtrum mitteret: cui neceſſarias tantum expenſas admodum tenuiter erogauit, reliqua omnia ſuum in vſum conuertens. *P. Diaconus, Cedrenus.*

Temperantia, quib. de cauſis Principi atq; Magiſtratui nõ negligenda.

Verum & Temperantia hic requiritur. Miſſos etiam facere honores, non attingere Rempub. illi debent qui voluptatibus ducuntur; cupiditatum ſeſe lenocinijs dederunt. *Cicero pro Seſtio.* Et Socrates principatu dignum vult eſſe διαλεκτικώτατον, optimum ratiocinatorem: vt intelligat, quid quaque in re; vel boni, vel mali ſit. *Xenophon de dictis ac factis Socratis memorabilibus, libro tertio.* Neque id immerito: quoniam Principis ac Magiſtratus perſona, non ſolum animis, verum etiam oculis ciuium ſeruire debet. *Cicero 8. Philippica.* Æſtimantur ac ponderantur delicta perſonarum pondere & authoritate. Quo nomine Solon legem tulit grauiſſimam, vt ebrius Magiſtratus impune occideretur. *Bodinus libro tertio, de Repub. capite quinto.* Nec cæteris digne vnquam imperabit, ſibi imperare qui neſcit. *Æmylius libro octauo.* Nec eſſe bonum poteſt in animo per libidinem corrupto. *Tacitus libro vndecimo Annalium.* Corrumpunt enim voluptates virtutis indolẽ, labefactant ingenium, conſilium eripiunt. *Plutarchus in Han-*

in Hannibale. Contemptum præterea pariunt. *Aristoteles lib. Polit. 5. cap. 10.* Imo nemo ab alijs contemnitur, nisi à se ante qui contemptus est. *Seneca de Consolatione ad Albinum cap. 15.* præbent ad hæc occasiones struendi insidias & opprimendi principes ac Magistratus plurimas. *Aristoteles Polit. 5. cap. 10.* Accedit huc & illud, quod grauissimæ pœnitendi causæ voluptates sequuntur: quia à natura honestatis maxime appetentes sumus: necesse est, vt turpitudinis ac dedecoris recordatione affligamur. *Osorius libr. 8. de Regis institutione.* Et sane, si qui canes ad venationes alunt, eam in curam incumbunt, ne nimium impleantur, veloces vt sint; ipsi canes, cum aliquid ceperunt, etiam vrgente fame, ab esca abstinent præsente; dominumque suum expectant: multo Princeps ac Magistratus bonus temperans esse magis debet, vt grauissima negocia expediat. *Chrysost. Homilia 42.*

Temperantiæ nomine quinam laudati Principes & Magistratus fuerint.

Atque hac de causa melior iudicatur, qui dominatur animo suo, quam qui vrbes expugnat. *Prouerb. 16. cap.* Misera iudicatur terra; cuius principes mane comedunt: vt beata contra, cuius principes in tempore vescuntur ad reficiendum, non luxuriam. *Ecclesiast. 10.* Temperantiæ laudati nomine fuerunt: Epaminondas Thebanus, qui cum festo quodam die ciues compotationibus operam darent, solus arma murosque lustrauit: sobrium esse se dixit, vt aliis ebrios esse ac dormire liceret. *Plut. ad princ. indoctū.* Iulius Cæsar, de quo Catonis illud notum: quod vnus ex omnib. ad euertendā Remp. sobrius accesserit. *Suet. in Cæsare.* P. Scipio Affricanus, qui in Hispaniā missus, insolentissimos Numantinæ vrbis spiritus, superiorum Ducum culpa munitos, nunquam fregisset, nisi edicto ea omnia, quæ luxuriæ ac voluptatis comparata gratia erant, submoueri penitus iussisset. *Valerius Max. lib. 2. Frontinus lib. 4. Eutropius lib. 4. Florus lib. 2.*

Ebrietatis

Reprehensum ebrietatis fuit vitium ac studium voluptा-

ac volupta-tū studium cur in Principe & Magistratu reprehēdatur

luptatum; propterea quod Ebrietas vnius horulæ hilarem insaniam, at longi temporis fastidium pariat. *Seneca libro octauo. Epist. 60.* Debilitat sensus, obfuscat memoriam, obfuscat intellectum. *Plato libro primo, de Legibus.* Idem hic accidit, quod curribus euenire solet, à quibus aurigæ excussi sunt, vbi illi his destituti temere feruntur. *Isocrates ad Demonicum.* Neque quicquam ridiculum magis est, quam custode custodem indigere. *Plato libro tertio de Repub.* Ac propterea Sacra Scriptura vinum non vult Regibus dari: quod nullum ibi secretum, vbi ebrietas regnat. *Prouerb. 31.* Luxuriosa res est vinum, tumultus, ebrietas: sapiens non erit, his qui delectatur. *Prouerb. vigesimo.* Apud Athenienses princeps ebrius morte mulctatus fuit. *Diogenes Laertius in Solone. Alexander ab Alex. libro tertio, cap. 11.* Ægyptij legem tulerunt, qua certa vini subtaxata mensura est Regi ad quotidiana fercula, quam excedere illi non licuit, ne sui impos, per occasionē & licentiam turpitudini ac sordibus vacaret. *Diodorus Siculus libro 2. Alexander ibid.* Plato Magistratibus, donec in honore essent, vinum prohibuit: *Idem ibid.*

Exempla Principum & Magistratuum, q intemperanter ac libidinose vixerunt.

Turpiter vero sese dederunt: male consuluerunt, cum sibi, tum aliis, qui in Asia regnarunt, ebrietati, luxui, libidinibus indulgentes: Ninyas, Sardanapalus &c. *Ctesias libro tertio.* Philippus rex Macedoniæ, cuius aula voluptatum schola est habita. *Athenæus lib. 4. capite 20.* Alexander Magnus, qui vbi mane surrexit, post rem diuinam peractam prandere, reliquum deinde diei dormitare, interdum etiam diem totum, est solitus. *Curtius. Plutarchus.* M. Antonius Triumuir, inuisus bonis ac sanis propter intempestiuas perpotationes, odiosos sumptus, volutationes in lustris, somnos diurnos, ambulationes nauseantis & vino mersi, comessationes nocturnas. *Plutarchus in Antonio. Cicero in M. Antonium Philippica quarta.* Tiberius Imperator, qui vini appetentissimus, biduum continuum

cum

cum nocte media potando cum Flacco & Pisone perditissimis Senatoribus peregit. *Suetonius.* Caligula, qui in conuiuiis, inter alia, aureo pane, & aureis piscibus, in verorum similitudinem expressis, mensas suas instruxit: pulmenta confecit ex detritis maceratisque margaritis. *Suetonius.* Heliogabalus: qui omnes omnium delicias, omne libidinum atque scelerum genus superauit: conuiuia ex colorum ratione dedit; primo rubentia omnia, secundo prasina; persa tertio. *Lampridius.* Commodus, qui veste gestuque muliebri vsus, cum nimia crapula gustum omnem amisisset; eo furoris deuenit, vt humanum stercus cibis immisceret; rideret illos, qui mixturam eam abhorrerent. *Lampridius, Fulgosus libro nono.*

Non vero minus Principem ac Magistratum commendant Clementia, Mansuetudo, Humanitas. CRVDELIA ENIM AC SVPERBA IMPERIA ACERBA MAGIS, QVAM DIVTVRNA ESSE SOLENT. *Sallust. de Republica ordinanda.* Itaque Sacra Scriptura ibi contumeliam esse docet, vbi superbia est: & sapientiam, vbi humilitas. *Prouerb. vndecimo.* Superborum Ducum sedes DEVM destruere, & pro his mites facere sedere affirmat. *Ecclesiast. decimo.* Quod ostendunt exempla: Tarquinij Superbi, cui primo Romæ abrogatum imperium fuit. *Liuius libro primo & secundo. Dionysius libro quarto. Orosius libro secundo. Valerius Maximus libro septimo. Plinius de Viris Illustribus, capite octauo.* Alcibiadis, *Thucyd. libro sexto. Plutarchus in Alcibiade.* Pausaniæ Spartani, qui effecit, vt ad Athenienses Græci deficerent. *Plutarchus in Aristide.* Luculli, qui prudens alias & doctus, propter austeritatem ac superbiam desertus à militibus suis fuit. *Plutarchus in Lucullo.* Caligulæ, qui conqueri est solitus, quod sua tempora nullis calamitatibus publicis

Clementia, & Humanitas quare Principi ac Magistratui necessaria.

Crudelium & superborum Principum atque Magistratuum exempla.

blicis insignirentur: crebro pestem, incendia, terræ hiatus optauit. *Suetonius.* Neronis, ex quo illud auditum crebro fuit: Vtinam me mortuo terra igni misceatur! *Idem in eius vita.* Atque inde Indorum sapientum illud: Princeps & Magistratus, quo sublimior est natura, eo humaniorem inferioribus sese si præbuerit, charior populo futurus est. *Gregoras lib. 6.* Et Poëtæ: Qui vult amari, languida regnet manu. *Seneca. Lipsius lib. Polit. 2. c. 12.* Vt illud quoque in Octauio:

Pulchrum eminere est inter illustres viros:
Consulere patriæ: parcere afflictis: fera
Cæde abstinere: tempus atq; iræ dare,
Orbi quietem, seculo pacem suo.
Hæc summa virtus: petitur hac cælum via.

Et vere omnino ita statuitur: quia plus Clementia, quam sæuitia proficit: nec tantum charos habent Magistratus, ac gratiam student referre, quibus delicti facta gratia est: sed reliqui etiam omnes reuerentur & colunt. *Dio libr. 55.* Ac reuera inexpugnabile munimentum amor ciuium est: neq; quicquam pulchrius, quam viuere optantibus cunctis; & vota sub custode nuncupantibus. *libro primo de Clementia.* Vt contra solitudinem amicorum efficit austeritas. *Plato in Epistolis ad Dionysium.* Excitantur homines ad insidias struendas; hanc ipsam ob causam, quia sibi quoque metuunt à tali Magistratu. *Dio libro 55.* Cumque coacti metu ac vi imperata faciant: quam primum per occasionem licet, imperij iugum ceruicibus eximere properant: atque ita superbia & crudelitate principum imperia delentur. *Diodorus Siculus, lib. 15.*

Sapientissimi igitur esse rectaque incedere via videntur, qui non singula ad filum redigunt: aut seueritate potius & vi, quam mansuetudine & humanitate conficere student. Neque vlla suauior, concinnior, aut vtilior harmonia; quam seueritas cum comitate coniuncta

iuncta. *Plutarchus in Phocione. Plinius libr. 4. Epist.* Et videmus rationis expertia animalia ferocissima alias ac robustissima blandiendo cicurari: perdomari inescando: timidissima contra male habita ad iram concitari. *Dio lib. 55.* Exempla quoque testantur, his candida lætaque cuncta semper fuisse, qui benignitate ac clementia imperium temperarunt. *Sallustius de Repub. ordinanda.* Vt contra, quemadmodum arbores quædam recisæ pullulant: ita regia crudelitas inimicorum multitudinem tollendo auget. *Seneca lib. 1. de Clementia. Lipsius Polit. 2. cap. 12.*

Faciendum ergo hic Magistratui & Principi idem, quod Medici faciunt, qui rarissime sectiones ac ignes adhibent: ne ipsa videlicet vitia in corpore magis exasperentur: pleraque lenibus exercitijs, & mitibus medicamentis sanant ac molliunt. *Dio libro quinquagesimo quinto.* Et quod in Sole videtur, qui quibus affulserit, etiam calorem impertire solet. *Zonaras in Leone.* Hortulani obseruant, qui oleastrum, aut pyrum syluestrem cultu in ficum, pyrum, oleam transire docent. *Plutarchus in Fabio Maximo.*

Principum, & Magistratuum Clementiæ laude clarorum exempla.

Hac claruerunt laude: Iulius Cæsar, cuius clementia laudatur à Cicerone, *pro Marcello, Ligario,* & apud Dionem *in oratione Antonij libro quadragesimoquarto.* Titus Vespasianus: cuius dictum illud est nobile: NON OPORTET QVENQVAM A PRINCIPIS SERMONE TRISTEM DISCEDERE. *Suetonius. Xiphilinus.* Artoxerxes rex Persarũ, qui de se scribit: Nolui abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate subiectos gubernare. *Esth. 11.* Marcus Antoninus Pius, qui secutus Scipionem malle sese affirmauit vnum ciuem seruare, quam mille hostes occidere. *Capitolinus.* Theodosius iunior, qui optare sese dixit: vt etiam hostibus suis mortuis vitam restituere posset. *Cuspinianus.* Philippus Macedo: cuius istud laudatur: MALO DIV BENIGNVS AC CLEMENS,

QVAM BREVI TEMPORE DOMINVS APPELLARI. *Plutarchus in Apophth.* Theopompus Spartanorum rex, de quo illud memorabile: qui cum propter Ephoros constitutos à suis reprehenderetur, quasi ita potentiam suam imminueret, minorem quidem sed diuturniorem sese potestatem relicturum Ephoris creatis dixit. *Valerius Maximus, libro quarto, capite primo.* Otho Magnus, AMOR MVNDI appellatus ob humanitatem ac popularitatem. *Hedio Chronicis.*

Seueritas quamobrē Principi & Magistratui vtilis.

Neque tamen ita Mansuetudo atque Clementia probanda: vt non interim Seueritas Reipub. causa adhibeatur: sine qua ciuitas administrari non potest. *Cicero libro primo Officiorum.* Et, vt non Seueritatis, ita nec Clementiæ gloria affectanda est. *Libro Digest. 48. Tit. 19.* Sed opera danda: vt ius suum Magistratus retineat. *Plato tertio de Legibus*; non sit contemptui subditis. *Plutarchus in Apophtheg. Laconicis*: noceant exempla: ingenia bona corrumpantur. *Isocrates in Areopag.* Confusio Reipub. sequatur. *Seneca libro primo de Clementia*: illud dicatur, Malum est eum imperare, sub quo nemini quicquam licet: sed peius, sub quo omnia licent. Tam enim est graue omnibus ignoscere, quam nemini veniam dare: & nocet bonis, malis qui parcit. *Seneca in prouerbiis.* Neque inhumanitas hoc, sed potius summa quædam humanitas est: cum multi paucorum animaduersione saluantur. *Iustin. in nouella constit. trigesima.* Itaque idem hic faciendum, quod facere hortulani solent, qui noxias herbas tollunt; vt herbis vtilibus incrementa concilientur. *Saxo libro decim. quarto Danicarum Historiarum.* Et quod Medici obseruant, qui in corpore, si quid eiusce modi est, quod reliquo corpori nocet, vrunt ac secant; vt membrorum potius aliquod quam totum corpus inteteat. *Cicero 8. Philip.* Sed & Sacra Scriptura hoc requirit, cum auferre malum de medio iubet, vt audientes cæteri timorem habeant, nec

audeant

audeant talia facere. *Deuter. decimo nono.* Statuit, secundo peccare nimium: tertio peccare pœnam secum adferre. *Syracid. vigesimo nono.* Hoc requirit: vt flagellum equo, camus asino, virga in dorso imprudentum sit. *Prouerb. 26.*

Et laudati hoc sunt nomine Iunius Brutus, primus Romanorum Consul, qui filios suos & fratris; quod cum Aquiliis ac Vitellijs ad recipiendum in vrbem Tarquinios coniurauerant, virgis cæsos securi percussit. *Liuius lib. 1. Dionysius libro 4. Florus libr. 1. Orosius libro 2. Eutropius lib. 1. Plinius de Viris Illustribus, cap. 16. Valerius Maxim. lib. 5. cap. 8.* Titus Manlius Torquatus, qui Consul bello Latino filium suum, quod contra imperium pugnasset, securi percussit. *Liuius lib. 8. Florus lib. 1. Plut. in Fabio Max. Frontinus l. 4. Plinius de Viris Illustrib. c. 28.* Augustus Cæsar, qui Iulias filiam & neptẽ omnibus probris cõtaminatas relegauit: relegatis vsum vini, omnem delicatiorem cultum ademit: neque adiri à quoquam libero seruoque, nisi se consulto, permisit. *Suetonius.* Alexander Imp. qui Seueri cognomẽtum ob disciplinam militarem seueram & austeritatem inuenit. *Lampridius.* Ne quidem amicis pepercit peccantibus: His, inquiens, charior mihi tota Respub. est. *Idem ibid.* Aurelianus seruos & ministros peccantes coram se cædi, seueritatis tenendæ causa, iussit. Ancillam suam, quę adulterium cum seruo suo fecerat, capite puniuit. *Vopiscus.* Cambyses, qui mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractans, sellæ intendit, in eaque filium iudicaturum considere iussit. *Valerius Max. lib. 5.* Clearchus Spartanus, qui dicere est solitus, à militibus decere magis Ducem, quam hostem metui. *Idem lib. 2.*

Seueritatẽ insignes Principes ac Magistratus.

Hic ergo virtutibus opera Magistratui ac Principi bono danda est. Etsi enim sine vitiis nemo nascatur (tam hæc diu erunt, quamdiu homines erunt) oporteat dominantium vel auaritiam tolerare, quo modo steri-

Ad allata contra virtutes mosterumq; pro-

bitatem in Principe ac Magistratu responsio. sterilitatem, aut nimios imbres, cæteraque naturæ mala toleramus. *Corn. Tacitus libro quarto:* tamen nihil turpius est vitioso Principe aut Magistratu. Licet etiā à populo ferantur interdum improbi principes ac Magistratus vel peruerso quodam deprauatoque iudicio, vel petulantia populi; qui sæpe lutum, quod aiunt, manibus, pedibus farinam tractat; spernit bonos, malos probat: vel penuria meliorum Magistratuum: vel denique quia eidem gratum est, cum principum ac Magistratuum suorum notari, perstringi, carminari vitia audit: in iudicando tum mire sibi placet: sic quoque facilius sua delicta & errata excusari posse opinatur: neque quicquam sibi turpe putat, quod à Magistratu suo committi videt. *Plutarchus de gerenda Repub.* Tamen nihil hic diuturnum est: sed vt grauidæ mulierculæ, cum pica vexantur, mollitie stomachi dissoluti, appetitu deprauato; lapidibus quoque, carbonibus, cineribus, alijs vescuntur, à quibus natura alias abhorret: post hæc eadem auersantur: & quemadmodum ventriculi imbecillitate qui laborant, vel ex nimia repletione, vel alia causa: febri sunt correpti, aut nauseant, cibos per se non vsque adeo gratos quærunt: paulo vero post hos ipsos respuunt: ita populus iudicij quadam imbecillitate aut prauitate, quibuscunque Magistratibus, etiam improbis interdum, vtitur: post vero hos ipsos contemnit ac odio prosequitur. *Idem ibid.*

In eam ergo curam Princeps & Magistratus bonus incumbet: vt vitia omnia declinet, aut si amandare cuncta nequeat, illa saltem fugiat, quæ in conspectu sunt, & videri ac notari possunt.

Idem ibid.

QVÆ-

QVÆSTIO XXI.

VTRVM IN PRINCIPE AVT alio aliquo Magistratu eligendo corporis proceritas, formæ præstantia ac dignitas spectanda?

NEque hæc, opinor, quæstio temere moueri potest: Sit nec ne corporis, aut proceritatis, aut formæ in magistratu & principe alio ratio habenda? Et quidem affirmantem in sententiam argumenta ista adferuntur: quod apud Israelitas Saulus fuit electus; nulli pulchritudine cedens, omnes humeris supereminens, *libro primo, Reg. capite nono.* In Meroë nemo summum gerere imperium potuit, nisi qui prævalido alijs corpore antecelleret. *Alexander ab Alexandro libro quarto, capite vigesimo tertio ex Pomponij Melæ libro tertio.* Cathei Indi neminem probarunt regem, nisi qui insigni corporis forma cæteris anteiret. *Idem ibidem. Strabo libro decimo sexto. Diodorus Siculus libro decimoseptimo.* Homerus Heroum præstantissimos ac fortissimos, Hectorem & Achillem formosissimos passim introducit. Xerxes Persarum rex, qui cum ter virorum millia suo in exercitu haberet, tamen omnes corporis magnitudine ac specie superauit. *Herodotus libro septimo.* Demetrius Poliorcetes, Antigonus Asiæ regis filius, qui forma & venustate faciei adeo excellenti extitit: vt nemo plastes aut pictor imaginem eius exprimere posset. *Plutarchus in Demetrio.* Scipio Affricanus, qui formæ dignitate admirationi Barbaris in Hispania fuit. *Plutarchus in Scipione.* Augustus Cæsar, in quo inter alia illud laudatur, quod oculos claros ac nitidos habuerit: quibus existimari voluerit diuini quiddam vigoris inesse: sit etiam gauisus, si quis sibi acrius contuenti, quasi Solis ad fulgorem, vultum submitteret. *Suetonius.* Antoninus

Corporis forma ac proceritas in Magistratu spectanda.

pinus Diadumenus Imp. qui vbi primum indumenta coccea & purpurea cæteraq; castrensia imperij insignia accepit, quasi sydereus ac cœlestis emicuit, vt venustatis gratia ab omnibus amaretur. *Ælius Lampridius*. Maximinus iunior, quem iccirco pater Imperatorem sese appellasse scribit: vt videret, vel in pictura, vel veritate, qualis esset iunior Maximinus in purpura: & populus Romanus ille antiquus iuraret, se nunquam pulchriorem Imperatorem habuisse. *Iulius Capitolinus*. Carolus Magnus Imp. qui statura fuit eminenti, corpore amplo, membris congruentibus, facie pulchra, canicie reuerẽda, vultu maiestatis pleno, vniuersa specie augusta. *Paulus Æmylius lib. 3.* Rodolphus primus Imperat. qui specie fuit decora, quæ regem decet, forma quadrata, capite haud magno, crinibus raris, naso aquilino. *Cuspinianus*. Sigismundus Imperat. proceræ ac insignis staturæ, pulchra facie, crispis crinibus. *Idem*. Maximilianus primus, qui statura quadrata fuit, in qua Cæsarea Maiestas eluxit: ita vt nemo non hunc Imperatorem esse, etiam externus, inter triginta maximos principes, antea non visum agnosceret, *Idem*. Et Spartani olim statuerunt, ne claudus in regnum admitteretur. *Plutarchus in Agesilao.*

Deinde, vbi vera & virilis corporis pulchritudo adest, illic quoque animæ ingenij adesse pulchritudo solet.

Declarat contra animi deformitatem corporis deformitas: vixque bonos mores habet, cuius deformis facies est. *Tiraquellus in Legibus Connubialibus, lege 2. numero quinquagesimo quinto.* Neque abs re illud à Poëta dictum:

Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.

lib. 5. Æneid.

Quemadmodum & proceritas hanc commendat. Ideoque haud immerito Lacedæmonij Ephori Archidamum regem pecunia mulctarunt, quod vxorem pusil-

pusillam duxisset; ac propterea non reges, sed reginas, aut regunculos effœminatos post sese relinquere cogitasset. *Plutarchus de liberorum educatione.*

Etsi vero optanda formæ præstantia, corporis proceritas sit: tamen si desit, non iccirco indignus quis Magistratu iudicandus est: modo mens virtutibus exornata egregiis fuerit. Pulchro ac procero corpore Saul fuit præditus: at interim malus. Absolomus regis Dauidis filius nullum vitium à pedis vestigio ad verticem vsque habuit. 2. *Regum capite decimo quarto.* Vix octo tonderi diebus potuit: at impius in patrem. *Iosephus libro septimo.* Eiusdem frater Adonias forma eximius: at patre iam sene existente, currus, equites & præcursores quinquaginta sibi comparauit, ac regem proclamari se iussit. 3. *Regum* 2. Pulcher Diadumenus, sed crudelis admodum, & sæuus etiam vltra ætatem. Id quod vel ad patrem scriptæ literæ indicant; in quibus ita inter alia hæc reperiuntur: Non satis, mi pater, videris in amore nostro mores tuos tenuisse, qui tyrannidis affectatæ conscios reseruasti: sperans eos vel amiciores tibi futuros, si iis parceres, vel ob antiquam familiaritatem dimittendos. Quod nec debuit fieri, nec potuit. Nam primum omnium iam te exulceratis suspicionibus amare non possunt: denique crudeliores inimici sunt, qui obliti veteris familiaritatis se inimicissimis tuis iunxerunt. Feriendi sunt isti, si vis esse securus. Nam vitio generis humani alij non sunt defuturi, cum isti seruantur. *Ælius Lampridius.*

Mentis pulchritudo magis, quã corporis in Magistratu legendo consideranda.

Fuerunt contra, & paruæ staturæ, & deformes non pauci, Reipub. plurimum qui profuerunt: illud ostenderunt, quod dicitur; paruo in corpore magnam sæpenumero virtutem, sub deformi corpore mentis vim absconditam latere. Fuit Agesilaus, Spartanorum rex, pusillus, forma parum probata: amabiliorem vero sese ad senectutem vsque omnibus formosis præbuit; vtilis extitit Reipub. *Plutarchus in Agesilao.*

Deformes ac parua statura homines Reipub. q profuerunt.

Et non formosus erat, sed erat facundus Vlysses. Pipinus, Childerico Francorum rege fugato, qui ex Austria migrans in prætorij est præfectum creatus, tam extitisse breuis corpore dicitur, vt Pusilli inde cognomen reportarit. *Ritius libro primo de Francorum regibus.* Philopœmenes Achæorum prætor, maiore prudentia quam forma præditus: qui cum Megaris eius aduentus expectaretur, pararetur que conuiuium apud hospitem, apud quem diuersurus erat, magno studio, illeque interim tenui veste domum hospitalem ingressus; creditus à matrefamilias seruorum vnus, qui ab ipso Duce præmissus esset, ligna ab ea scindere iussus est. Quod cum sedulo ille faceret, superuenit interim hospes, qui Philopœmenem operantem intuitus, indignitate rei commotus; Quid hoc est, inquit, Philopœmenes? Cui ille, do, inquit, deformitatis meæ pœnas. *Plutarchus in Philopœmene.*

QVÆSTIO XXII.

AN VNI MVLTA OFFICIA COMMITTENDA? *Magistratus plures imponendi aut sustinendi?*

IN controuersiam & hæc venire quæstio solet; Vtrum plures vni Magistratus concedendi? aut concessi suscipiendi sint? Equidem affirmantem in sententiam, quodque

VNI MVLTA OFFICIA IMPONENDA: *committendi Magistratus sint;*

Rationes affirmantem in sententiam.

Hæc, quæ sequuntur, probare videntur: quod ita primum humani ingenij agilis ac velox natura, vt ne possit quidem aliquid vnum agere tantum: in plura vero, non eodem die modo, sed eodem temporis momento

mento vim suam intendat. *Quintilianus lib. Institut. Oratoriarum 1. capite 19.* Ita citharœdi simul & memoriæ, & sono vocis, & pluribus flexibus seruiunt: cum interim alios neruos dextra percurrunt, alios læua trahunt, continent, prębent: ne pes quidem otiosus certam legem temporum seruat: hæc pariter omnia. Et agricolæ arua simul, & vineta, & oleas & arbustum colunt, & pratis, pecoribus, hortis, aluearibus curam accommodant. Et ferentibus aliquid negotijs, aliquid desiderijs amicorum, aliquid negocijs domesticis, aliquid curæ corporis, nonnihil voluptatibus quotidię damus. *Idem ibid.* Deinde varietas ipsa animos reficit & reparat, contraque aliquanto difficilius est, vno in labore perseuerare: & quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes sumus ad id quod incipimus. *Idem.* Tum & dignitates quædam inutiles, aut & superflui magistratus, vt horum multi vni alicui committi possint. *Gregorius Tholozanus libro de Republic. quarto, capite sexto.* Necessitas præterea sæpe facere illud cogit: ne propter stipendia ærarium oneretur. *Idem ibidem.* Verum sunt in contrarium rationes plures ac meliores, quæ euincunt, quod

VNI MVLTA OFFICIA NON IMponenda: *Magistratus plures committendi.*

Quia rectius ac melius negotia à multis, quam vno conficiuntur: quemadmodum manus multos in digitos diuisa ad negotia peragenda celerem & expeditum vsum habet. *Plutarchus de gerenda Republica:* singuli singula recte conficere possunt, plura vero minime. Quod si facere quis hoc conatur, in singulis deficiet ita, vt in nullo egregius euadat. *Plato secundo de Republica, Arist. lib. 2. & 4. Polit.* Ac licet intentum quis *Rationes negantem in sententiam.*

 animum

animum habeat: tamen duas res, magnas præsertim, nō modo agere vno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest, *Cicero Philip. duodecima.* Etsi quoque πολυπράγμονες tales initio placeant, sint nonnullis admirationi propter industriam: tamē oritur post tædium, ac reditus fit ad singulos. *Plutarchus de gerenda Republica.* Nec possunt tales immunes ac liberi esse à reprehensionibus. *Idem ibidem.* Mala oriuntur & incōmoda publica plurima: officia negliguntur: corrumpūtur iudicia: introducuntur multi vicarij, qui pestes Rerumpub. *Aristot. lib. 2. Polit. cap. 9. Simanca lib. 9. de Rep. cap. 30.* Etiam naturæ conditio talis: vt non vni omnia, sed singulis distincta det officia; soli verbi causa, vt luceat; igni, vt ardeat; aquæ, vt humectet. *Arist. lib. 2. Politic. c. 9. & in hunc Casus.* Vt illud silentio minime inuoluatur, quod ita via præcluditur conscendendi ad honores idoneis, dum vnus plurium vices & honores occupat: ac ita principi depereunt boni & strenui; qui alio sese conferunt, dum vident eum in vnum solum honores conferre. *Gregorius Tholozanus libr. 4. de Repub. capite sexto.*

Itaque & leges ciuiles multitudinem Magistratuum ac Officiorum prohibent: extat lex Iustiniani: nemo ex his, qui aduocati causarum constituti sunt, vel fuerint etiam in hac regia vrbe, in quocunque iudicio deputati, & in alijs omnibus Prouincijs, nostro subiectis imperio, audeat in vno eodemque tempore tam aduocatione vti, quam Consiliarij cuiuscunque Magistratibus, quibus Respub. gerenda committitur, curam arripere, cum satis abundeque sufficiat, vel per aduocationem causis perfectissime patrocinari, vel assessoris officio fungi: ne, cum ad vtrunque festinat, neutrum bene peragat: nec sit concessum cuiquam duobus Magistratibus assidere, & vtriusque iudicium peragere. Neque enim facile credendum est, etiam duabus rebus necessariis vnum sufficere: nam, cum vni iudicio affuerit, alteri abstra-

abstrahi necesse est, sicque nulli eorum idoneum in totum inueniri: sed, altera assessione penitus semota, vnius contentum Magistratus esse iudicio. *libr. 1. Codicis, Tit. 51. de Assessoribus, & domesticis & Cancellariis Iudicum. Et Digest. lib. 50. Titul. 4.* Honorem sustinenti munus imponi non potest: munus sustinenti honor deferri potest. Itaque apud Plutarchum de Metiocho quodam, omnia agere volenti, illud Athenis ciuium sermone circumferebatur: Metiochus exercitum ducit: Metiochus vias curat: Metiochus farinam tractat: Metiochus cunctis alijs præest: Metiochus itaque PLORABIT: qualis plerunque exitus illorum esse solet, qui temeritate vel ambitione quadam agere omnia volunt. *Plutarchus de Republica gerenda.* Et est notatu dignum quod de Chabanne, principe quodam Galliæ, refertur: qui, cum Ludouicus XI. Gallorum rex, Baluo Erusiorum Episcopo potestatem Parisijs dedisset recensendorum militum; ægre id ferens, à rege Censoriam potestatem petiit in Canonicos Erusios animaduertendi: rege vero respondente aliena à messe falcem cohibendam esse: Minime, inquit; nam cum Episcopus nostrã messem suam fecerit: superest, vt nos ipsius nostram esse ducamus. *Corrozetus de dictis memorabilibus.* Laudatur vero Ludouicus Vngariæ rex, qui à Casimiro M. Polonorum rege in regni successionem adoptatus, petentibus Polonorum legatis, & Vngarorum Proceribus, vt regnum susciperet, respondit: non satis intelligere, neque hos, quid suadeant, neque illos quid petant. E neutrorum enim re id fore: sicut neq; duobus quidem gregibus expediat vnum pastorem habere. Duas Respub. vix vlla ratione sine alterutrius, siue adeo vtriusque malo & incommodo ab vno administrari posse. Etsi post, victus ab Oratoribus, annuerit. *Cromerus lib. 13.*

QVAE

QVÆSTIO XXIII.

VTRVM, QVI IN SENTENTIIS dicendis à nobis discrepant ac dissentiunt, odio habendi? Et quo illud modo faciendum?

Quæstionis vtilitas.

SVnt qui omnes suo ex ore sapere cupiunt: secus si fiat, odisse incipiunt. Apud Persas istud more receptum fuisse Historici testantur; vt si quis in consilijs regi quid contrarium dixisset, flagris cæderetur. *Ælianus libro duodecimo.* Xerxes cum in expeditione aduersus Græcos instituta, regni sui Proceres ac Consiliarios conuocasset: fecisse hoc sese dixit, non vt illorum consilia sequeretur; sed vt illi suis parerent. *Herodotus libro septimo.* Domitianus Imperator, *vt Plinius scribit*, talis, vt in rogandis sententiis nemo os aperire audiret: vnus ille solus diceret, censeret, mandaret, quod sequerentur omnes. Neque mirum hoc fuit: quia superbus atque insolens hic etiam in aliis extitit. Cum procuratorum suorum nomine formalem Epistolam dictaret; sic cœpit: Dominus & Deus noster sic fieri iubet. Vnde post institutum, vt ne scripto quidem ac sermone, cuiusquam aliter appellaretur. *Suetonius.*

Dissentientes sententias animo æquo qui tulerint.

Aliter Cyrus, Alexander, Augustus, principes boni alij animati fuerunt: qui propterea postremo loco dicere sententias suas sunt soliti: ne propter authoritatem alij suas sequerentur. Aliter Romani, apud quos in omnibus Comitiis, vbi quid cum populo agendum erat, prius priuatis hominibus concio dabatur, quam Magistratum tenentibus, ne quis nimium potentioris, (vt fieri assolet) sententia præuentus suam ipse supprimeret; sed summa cum libertate, quod sentiunt, expo-

exponerent. *Simanca de Repub. lib. 7. cap. 12. ex Dionis libro trigesimo nono.* Aliter Artabanus apud Xerxem regem Persarum sentit, qui nisi diuersæ dicantur sententiæ, meliorem non posse eligi; pluribus autem dictis, tanquam aurum purum licere deligere affirmat: quod cum per se discerni nequeat, cum altero comparatum discerni potest. *Herodotus libro septimo.* Aliter Cicero, qui vult, vt in recta sententia ne victa quidem causa vituperetur: vnus quisque rectissimam sententiam dicat: tametsi solus in ea singularisque futurus sit, quod ad eum non rei exitus, sed consilium ac suffragium optimum pertineat. *11. Philipp.* Aliter Macedonum rex Philippus, qui cuidam amico in omnibus sibi annuenti, dictasque sententias probanti, DIVERSVM, inquit, SEMEL SENTI: VT DVO ESSE VIDEAMVR. *Plutarchus de discrimine adulatoris & amici veri.* Et reuera vix adulationis effugere suspicionem possunt, qui aliorum sententias omnes probant: sunt in cunctis pedarij. *Idem ibid.* Neque male istud affirmatur: eum, qui contendit, in deliberationibus non conferendas sententias dicendo esse, aut stultum esse, aut priuatim sibi cauere. *Thucydides libro tertio.* Cum præsertim nihil in rebus humanis sit vsque adeo semotum ab omni controuersia (tametsi maximam cum iusticia cognationem habeat) quod dubitationem & controuersiam non recipiat, si subtiliter animi curas intendas. *Simanca lib. 7. de Republica, cap. 12.* Quæstiones sæpe occurrant inexplicabiles, facta dubia & obscura, testimonia varia & pugnantia. *Idem ibid.*

Modi, quib. sententiarũ in discrepãtia offensio vitanda.

Hic tamen modi tenendi, quibus in sententiarum discrepantia aliorum offensio vitari solet: quorum 1. est, vt in Senatu pro Repub. sententiæ diuersæ dicantur acriter: in priuatis vero rebus amice ac familiariter dicantur. 2. distinguatur inter ciuem à nobis dissentientem, & verum inimicum. 3. vitentur reprehensiones, aut ἠθικωτέρως adhibeantur ac placide: fugiatur iracundia & con-

& contumelia. 4. vſurpetur illud: hæc tibi videntur: illa vero mihi. 5. reducatur, qui diſſentit à nobis, quaſi Muſicum ad modum amice ac placide, non dure. 6 adhibeatur quoque laus prudentiæ illius ac doctrinæ, patriæ amoris, fidei. *Plutarchus de gerenda Republica.* ita denique agatur, vt non à voluntate, ſed intellectu proficiſci diſſenſio videatur.

QVÆSTIO XXIV.

VTRVM CONVENIAT IN SENATV dicendi libertate vti, reprehendere alios, ſe ac ſua laudare? Et quomodo vtrumq; ἠθικῶς, ac citra inuidiam atq; offenſionem, faciendum?

Quæſtionis vtilitas.

VTrumque graue, moleſtum, inuidioſum; & aliorum errores aut vitia reprehendere, & de ſe ac rebus ſuis geſtis in Senatu loqui, eaſdemque laudare: ſæpenumero tamen neceſſarium eſt.

Reprehenſiones qui tulerunt, aut non tulerunt.

Reprehenſus Rex Dauid à Nathane Propheta ob adulterium cum homicidio iunctum, æquo illud animo accipit, *libro ſecundo Regum, capite duodecimo.* Auguſtus Cæſar ab Equitis Romani liberto verbo tactus, patienter fert illud. *Suetonius.* Lubens D. Ambroſij admonitionem graue Theodoſius Imp. admittit: legem ponit illam: vt ſi vindicari in alios ſeuerius contra conſuetudinem ſuam iuſſerit, pro cauſæ intuitu, non ſtatim in eos animaduertatur, aut excipiatur ſententia, ſed per dies triginta ſuper ſtatuta eorum ſors ac fortuna ſuſpenſa ſit. *P. Diaconus.* Ioachimus contra Iudæorum rex Ieremiam non audit: eiuſdem Vulcano librum conſecrat. *Ioſephus libro decimo Antiquit.* Cambyſes ob temulentiæ reprehenſionem Prexaſpis Satrapæ filium ſagitta interemit. *Herodotus libro tertio.* Alexander magnus Calliſthenem Philoſophum

phum truncatis membris abscissisque auribus, labiis ac naso deformatum, post varia tormentorum genera de medio sustulit: quod eiusdem adorationem improbaret. *Plutarchus in vita Alexandri.*

Etiam laus illa suauissima auditu est ab aliis profecta: molestissima aliis, quam quis sibi ipse tribuit. *Xenophon.* Neque Cicero omnibus placuit: cum post oppressum Catilinam vbique, siue in Senatu, siue in concione, siue in iudiciis, in ore Catilinam ac Lentulum habuit. *Plutarchus in vita Ciceronis.* Laudantur contra ab eodem Aristides & Cato Maior: quod modestiæ hac in re studuerint: illud affirmatur, arrogantiæ vacuitatem viaticum magnum ciuilem ad mansuetudinem esse. *In comparatione Aristidis ac Catonis Maioris.* Et tamen opus interdum est, vt nos nostraque laudemus: cum vel defendere nos contra aliorum conuitia ac calumnias cogimur: vel in calamitates & miserias incidimus, vbi sæpe commiseratio friget.

In laude propria & περιαυτολογίᾳ qui peccarunt.

Vt autem modeste, caute, citraque inuidiam ac offensionem illud fiat, hi obseruandi modi erunt. 1. Occasio seipsum laudandi indicanda: vt scilicet calumniæ atque accusationes aliorum depellantur: quod animi magni ac fortis est. Vsus hoc est modo: Pericles apud Athenienses suos: Epaminondas apud Thebanos: Scipio apud Romanos. 2. Aduersæ res proferendæ, vbi sui prædicatio & iactantia locum inuenit, maxime apud ingratos: quemadmodum sese ac res suas laudarunt Phocio & Themistocles: quorum hic, cum ab Atheniensibus fastidiri sese atque despici animaduerteret; Quid, inquit, defatigamini sæpe ab eodem beneficijs accipiendis, &, tempestate oborta, sub arborem hanc confugitis: serenitate reddita inter digrediendum frondes eius stringitis? 3. Defensio adducenda necessaria, quando recte laudabiliterque facta culpantur: neque enim exprobrare hoc, sed defendere est. Quod Lycurgus, Demosthenes in oratione pro Coro-

Modi, quibus citra inuidiam ac offensionem laus propria instituenda.

Corone, Cicero contra Metellum. 4. De sese dictis auditorum laus admiscenda: quo pacto idem ibidem inuidiam declinat: cum quales erga Eubœenses, Thebanos, Byzantios, Chersonesitas, Athenienses extiterint, ostendit eorum in hos beneficia laudat: administrum tantum illorum sese fuisse affirmat. 5. Commendandi nos per alios, quibus idem studium, eædem actiones, ijdem mores sunt. Ita Alexander Herculem venerans, & rursus Alexandrum Androcottus effecerunt: vt ipsi quoque à similibus honorarentur. 6. Transferenda laus in alium, vt DEVM, aut Fortunam: non sibi arroganda. Sic Pytho Ænius, cum Coty interfecto Athenas venisset; Oratoribus certatim eum apud populum laudantibus, animaduertens quosdam sibi inuidere, atque grauiter hoc ferre; Hæc, inquit, Athenienses, Deorum aliquis fecit: nos manus ei vtendas præbuimus. Et Sylla Romæ inuidiam à sese amolitus est, cum Fortunæ à se gesta accepta tulit. 7. Corrigenda laus concessa, ac traducenda in alia. Quod Pericles fecit, qui, cum morti vicini, amici ac necessarij tristes commemorarent eius præturas, potentiam, trophæa, victorias; paulum sese erigens reprehendit eos, quod communes multorum & fortunæ magis, quam Virtuti debitas laudes retulissent; pulcherrima & maxima ipsique propria hac laude prætermissa: quod propter ipsum nemo Atheniensium nigram vestem sumpsisset vnquam. 8. Nimia & adulatoria laus non admittenda, concedenda minora, maiora recusanda; proferendum studium, voluntas, conatus qualiscunque. Verbi gratia; non acquiescendum sapientiæ nomen, sed studium. 9. Agnitio ac Confessio inter laudes defectus, vitiorum, erratorum. Quemadmodum multi paupertatem, imperitiam, ignobilitatem inter laudes suas dum confitentur, inuidiam retundunt. Ita Agathocles in figuli educatus officina, rex deinde factus, aurea pocula & cælata præbibens adolescen-

lescentibus, iussit etiam fictilia præferri; Ac talis, inquit, res est assiduitas laboris ac tolerantia, & fortitudo: nos olim lutea, nunc aurea facimus pocula. 10. Commonstrandum, laudem qualemcunque partam acquisitamque esse multis laboribus atque periculis. 11. Laus propria referenda ad commodum & vtilitatem auditorum: vt hi scilicet ad imitationem Virtutum actionumque præclararum excitentur. Quo modo Hector suas pugnas & facinora egregia apud Patroclum narrat, vt ad prœlium illum inflammet: & nouem Heroës ad singulare cũ Hectore certamen. Et Cyrus, alias modestus, in periculis ac prœlijs de se magnifice loqui est solitus, vt timidos animaret. Et Antigonus Secundus cætera modetatus: cum quidam diceret: nonne vides, quanto plures hostium sint naues; Me vero ipsum, inquit, quot nauibus opponis? *Plutarchus in libello, Qua quis ratione seipsum citra inuidiam Laudare possit.*

Quemadmodum vero in laude propria hi sunt modi, vitandæ offensionis causa, vsurpandi: ita in reprehendendis & taxandis alijs prudens quoq; moderatio requiritur: ne, *vt Chrysostomus quodam in loco scribit,* dum rupturam sarcire volumus, maiorem diruptionem faciamus: collapsaque cupientes erigere, casum grauiorem inferamus. Hanc ad rem requiritur 1. Ne alieno tempore vsurpentur vituperationes: quod adulatoribus homines obijcere solet, qui instar aquæ à nimis aduersis atque arduis ad mollia & humilia delabuntur. *Plutarchus in libello de discrimine adulatoris & amici veri.* 2. In dicendi libertate dematur amor cæcus nostri; caueatur, ne aliquam priuatim ad nos pertinẽtem rem, veluti læsi aut dolentes, exprobrare videamur: quod, non beneuolentiæ, sed iræ indicium, neque admonitionis loco accipitur. *Ibidem.* 3. Mala libertatis condimenta remoueantur: contumeliæ, risus, insectatio falsa, scurrilitas. Quod cum non obserua-

Modi quibus in dicendi libertate ac reprehensionibus vtendum: vt offensio vitetur.

L rent

rent apud Dionysium Antiphon, apud Cæsarem Timagenes; male sibi consuluerunt. *Ibidem.* 4. Occasionis neglectio vitetur: itaque inter pocula & apud ebrios παῤῥησία abstineatur. Nubem siquidem serenitati inducit, hoc qui non obseruat: deo Lydio aduersatur, qui, *vt Pindarus ait*, funem molestarum curarum soluit: etiam periculum sibi creat, quod animi ob vinum ad iram præcipites sunt: nec denique dissimilis canibus ignauis est, qui ad mensam lattant; mutire alias non audent. *Ibidem.* 5. Apud eos libertate vtamur, qui secundam & ad voluntatem fluentem non aduersam fortunam habent. Ipsæ enim calamitates pœnitentiam inducunt & castigant: nimij contra spiritus reprehensione libera retundendi sunt. Et qui homini afflicto & calamitoso παῤῥησίᾳ molestus est, idem facit, ac si quis oculo conturbato atque inflammato medicamentum adhibet, quod visum acuit: atque ita nihil de dolore imminuit, & iram cruciatui addit. Nutricum ergo hic mos seruandus, qui, cadentibus pueris, non accurrunt, vt maledictis incessant; sed erigunt, abluunt, sedant: post demum ad obiurgationes & castigationes veniunt. 6. Libera tum increpatio adhibeatur, cum inhibendus est ad voluptatem, iram, contumeliam impetus factus, aut auaritia excutienda, aut habitus alius stultus animi oppugnandus. Fecerunt hoc apud Crœsum Solon, finem respicere iubens: apud Alcibiadem Socrates: apud Cyaxarem Cyrus: apud Dionem Plato. 7. Castigatio sub aliena persona fiat: alij obiurgentur, qui eodem vitio, quod reprehendendum, laborant. Vsus hac ratione Ammonius est, qui cum animaduertisset, discipulorum quosdam prandio non simplici fuisse vsos: puerum suum à seruo verberari iussit: quod absque aceto prandere non potuisset, simulque in discipulos suos respexit. 8. Caueatur, ne coram multis, sed priuatim obiurgationes instituantur. Oportet enim tanquam

quam morbi turpis, ita etiam peccati detectionem atque sanationem occultam esse, nihil pompæ, aut ostentationis habere: nec amici, sed rabulæ est, in alienis peccatis gloriam quærere. Itaque non tam ebrietas fecit, quod ita grauiter Clyti obiurgatione commotus Alexander fuit, quam quod multis coram testibus eam vsurpauit. Et Aristomenem præceptorem suum venenum bibere Ptolomæus coëgit: quod in legatione audienda dormitantem illum excitasset, non priuatim monuisset. 9. Culpæ atque peccati communicatio adhibeatur; si, quæ obijciantur alijs, etiam in se agnoscantur. Ita Socrates, seipsum quoque inscitia minime vacare simulans, paulatim adolescentes redarguit. Et apud Homerum Phœnix sua ipsius delicta protulit, qui per iram etiam fratrem interficere suum voluerit, moxque sententiam mutauerit: ne Achillem obiurgans, arrogare sibi videretur, nihil ira sese commotum peccasse. 10. Admisceatur laus ac commendatio eius, qui reprehenditur: siquidem nec inflammato oculo lumen obijci clarum debet: neque affectu concitatus animus libertatem obiurgationemque meram admittit. Et, vt ferrum ignis primo vi laxatum atque emollitum, deinde frigidæ immissum densatur ac duritiem consequitur: ita amicis, postquam eorum laus animos calefecit, paulatim, quasi tincturæ loco, reprehensio adhibenda libera est. Ac veluti medicus humanus somno aut victu morbum depellere, quam castorio, vel scammonio mallet: ita amicus verus, benignus pater, ac magister laude potius quam vituperatione ad morum vti correctionem gaudet. 11. Post reprehensionem acrem lenia adhibeantur: ad imitandum proponantur Medici, qui, vbi sectionem adhibuerint, non affectam partem in dolore relinquunt, sed hunc placide rigando ac perfundendo amoliuntur. *Plutar-*

chus in libello de adulatoris & amici veri discrimine. 12. Ostendatur, nos hactenus longe melius de aliquo iudicasse, & sensisse commodius, quam re ipsa nunc deprehendamus. 13. Parentum aut maiorum repetatur & ob oculos constituatur memoria: eorundem præclara, tum dicta, tum facta proferantur ac commendentur. Hæc enim, nisi extreme improbi filij & posteri extiterint, eos emendant ac corrigunt. Ita Scipionem reprehensurus Appius, quod petiturus Censuram publicanum Philonicum adiutorem haberet; Quam, inquit, ingemisceret pater tuus, si videret, in Censura petenda filium publicani opera niti. 14. Conuitia & maledicta vitentur: si maledicentibus respondendum, eorum ora obturanda, respondeatur breuiter, sine ira, & bile, commotione ac stomacho: adhibeatur mansuetudo ac lenitas: vsurpetur iocus & gratia quædam, quæ tamen mordeat. Hoc enim nisi fiat, magna oriri mala atque incommoda solent.

Incommoda, quæ ex maledictis & cōuitijs oriuntur.

Primum enim maledicta & conuitia magis maledicentem deformant ac pudore suffundunt, quam eum cui maledicitur. Deinde conuitia ac maledicta magnorum negotiorum confusionem faciunt: ita vt sæpe status conuertatur, neglectis rebus personalia tractentur. Tum conturbant deliberationes ac consilia in Comitijs & congressibus magnorum virorum: vt crebro re infecta discedatur, inutiles sumptus fiant. Hinc Thucydides, autor grauissimus, inter alias causas, cur Græciæ status malus sit, etiam hanc affert: quod primo ad Comitia conuocatæ Ciuitates tardius conueniant: agitent deinde crebra conuiuia: tertio digladientur inter se de rebus priuatis: postremo his comparatis & auctis domum reuertantur. *Plutarchus in libello de gerenda Republica.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXV.

DE DISSENSIONIBVS ET INIMICITIJS, quæ in Republica capessenda expectandæ. Quomodo in his sese gerere magistratum oporteat, vt illis sublatis pax ac concordia seruetur?

DIssensiones atque inimicitias plerumque publicis in muneribus atque officijs oriri solere, exemplo sunt Athenis Themistocles & Aristides, Pericles ac Cimon : apud Thebanos Epaminondas & Pelopidas: apud Romanos Sylla & Marius, Cæsar & Pompeius, plures alij.

Sunt quoque qui existimant, vt piscatus optime succedit turbata aqua, & apes feliciter proueniunt, ad quarum aluearia murmur ingens est: ita aliorum discordia ac dissidijs emergere atq; inclarescere sese posse. Quin & alias inimicitiæ prodesse plurimum videntur: ac sunt in ea sapientes multi sententia, etiam ex inimicis vtilitatem capere cordati hominis esse: rationes hanc ad rem istæ afferuntur. *Rationes pro dissensionibus & inimicitijs.*

Quod primo inimicus perpetuo vigilans res nostras infensus obseruat: circumit vitam, vndiquaque ansam nocendi captans: maxime peccatis inhæret, eaque inuestigat: quemadmodum vultures ad odorem cadauerum putredine corruptorum feruntur: pura & sana non sentiunt. Itaque vtile est, vt cauti prouidique viuamus : neque quicquam temere aut inconsiderate vel dicamus, vel faciamus : neue gaudendi ac ridendi materiam inimicis præbeamus. Deinde vt Histriones ac Cantores scenicos videmus sæpe in theatro remisse, ac nulla cum alacritate aut solertia agere: concertatione vero orta aduersus alios, non seipsos modo, sed & instrumenta sua maiore cum diligentia ad certamen aptare, fides explorare, accuratius concentum *Inimicitiæ prosunt, nõ obsunt.*

instruere & tibijs canere: ita qui aduersarium paratum sibi esse nouit: attentius se resque suas circumspicere, vitam constituere solet. Ac propterea Scipio Nasica nonnullis affirmantibus, Rem Romanam in tuto nunc collocatam esse, deletis Carthaginesibus, in seruitutem redactis Achæis: periculose nunc Romanorum res sese habere dixit, cum non reliqui nunc sint, quos Romani vel metuant, vel reuereantur. Tum & optimus vlciscendi inimicos modus est, si quis probus honestusque fiat: his sese exhibeat spectandum iustum, prudentem, frugi, in dicendo laudabilem, in agendo purum, in victus ratione mundum.

Huc accedit, quod inimicorum maledicta & conuitia plurimum nobis commodant. Vnde Antisthenes dicere est solitus; eum, qui saluus esse debeat, opus habere vel probis amicis, vel inimicis vehementissimis: quod illi admonendo peccantes, hi criminando à vitijs auertant.

Postremo ad æmulationem ac concertationem honestam inimicitiæ inflammant: inimicorum nos lætæ res mordent. Quemadmodum enim sciti agricolæ rosas ac violas putant sese meliores facere, si allium & cepas iuxta plantent, quod in ea excernitur, quicquid alimento acerbum inest aut fœtidū: ita inimicus quoq; excipiens inuidiæ & malignitatis nostræ ictus beneuolentiores nos amicis, secunda vtentibus fortuna reddit ac commodiores. *Plutarchus in libello de capienda ex inimicis & hostibus vtilitate.*

Rationes pro amicitia & concordia Magistratuū.

Vt vero recte cūcta hæc sese habent: ita Reipub. maxime vtile, imo necessariū est: vt inter Magistratus dissidia, dissensiones, simultates, inimicitiæ vitentur: paci ac concordiæ studeatur. Ratio 1. Quia Magistratus res non est leuis ac vulgaris, sed magna, excellens, sacrosancta, χρῆμα ἱερὸν: ideoque eundem vna qui gerit, religiose amandus & colendus, non irritandus est: nec maior honos est, quo affici Magistratus potest,

quam

quam si pax, amicitia, & concordia cum Collegis colatur: discordia argumentum certissimum contemptus est. 2. In multa mala atq; incommoda incidunt, qui cum collegis concordiam non alunt. Aut enim superioribus inuident: aut vt cum paribus ita viuunt: vt turbas, tumultus, seditiones exeitent: aut denique, vt sese inferiores contemnant: *Plutarchus in libello de gerenda Repub.* Iucundum inimicis præbetur spectaculum. Infirmum redditur, quicquid inter se dissidet. *Aristoteles lib. 5. Polit. c. 6.* 3. Amicitiam quæ pariunt ac conglutinant, multa sunt & varia: conuersatio ac familiaritas quotidiana, colloquia, munera, studia communia. At amicitiam inter Collegas quæ parit, excitare ac fouere debet concordiam; longe maior est & præstantior, Respub. atq; patria. *Plutarchus de gerenda Repub.* 4. Non modo simultates, sed bella quoque finiuntur: ex infestis hostibus socij plerumq; fideles interdum etiam ciues fiunt. Albani, diruta Alba, Romam traducti sunt: Latini, Sabini, in ciuitatem accepti: vulgatum illud quia verum erat, in prouerbium venit: AMICITIAS IMMORTALES, INIMICITIAS MORTALES ESSE DEBERE. *Liuius lib. 40.* 5. Pacis atque concordiæ, studium plura ac maiora commoda, quam discordia, & iniuriarum propulsatio affert. *Dio lib. 44.* in oratione Ciceronis de ἀμνηστία, iniuriarum obliuione, post Cæsaris necem habita. Probant hoc exempla Pelopidæ & Epaminondæ, quæ Thebanam mire Rempub. exercuit. *Plutarchus in Vitis.* Aristidis & Themistoclis apud Athenienses, vt & Periclis ac Cimonis: vbi memorabile quod Aristides dicere est solitus: Rempub. Atheniensium nunquam incolumem futuram, nisi se & Themistocle in barathrum coniectis. *Idem in horum vitis.* Apud Rom. C. Marij & Syllę, Cæsaris & Pompeij. *vt idem in vitis suis notat: & Appianus de bello ciuili, & Plinius de Viris Illustribus, cap. 67. 75. 77.* Post Antonij & Augusti Imp. vbi omnia in vrbe

horum dissensione confusa conturbataque fuerunt. *Dio lib.46. Xiph.*

Modi, quibus inter Collegas in Magistratu inimicitiæ tolli; conseruari pax & concordia potest.

Itaque Modi tenendi, quibus dissidia inter Collegas tolli, conseruari pax ac concordia potest: quorum primus est, vt si quæ sunt simultates, inimicitiæ, dissensiones ortæ priuatis ex causis, in Collegio & officijs deponantur publicis, idq; propter Rempublicam. Quemadmodum Aristides & Themistocles cum ad Salaminem pugnandum contra cõmunes hostes Persas esset, dissensiones omnes & inimicitias patriæ in finibus deposuerunt: communicato consilio rem bene feliciterque gesserunt. *Plutarchus in Vitis.* Et apud Romanos M. Æmylius Lepidus & Fuluius Flaccus, qui licet inter sese grauissime dissiderẽt, tamen, vbi populus eos simul Censores creauit, idque præconis renunciatum voce fuit; ibidem statim in campo, nondum dimissa concione, vltro vterque & pari voluntate coniuncti complexique sunt, exque eo die & in ipsa cẽsura & postea iugi concordia fidissime amicissimeque vixerunt. *Gellius lib.12.cap.8.* Idem Liuius Salinator fecit, cum Neronem Collegam nactus in Consulatu fuit. *Valerius Maximus lib.4.cap.2.* Et Q. Fabius Maximus, qui Scipionem non amauit, eius tamen actiones, quas vtiles esse patriæ arbitratus est, defendere ac promouere minime dubitauit. *Plutarchus in Fabio.* Et Marcus Crassus, qui Collegæ suo dexteram prior porrexit, neque quicquam hic sese humile, aut parum sese dignum committere ad populum dixit, cum ille adhuc impuberem eum Magnum cognominarit. *Idem in Crasso.*

Alter modus est, vt cedatur ad tempus, locus ad tempus inimicis detur: relinquatur potius patria, voluntarium subeatur exilium, quam turbæ dentur, in discrimen atque periculum Respublica conijciatur. Quod Cicero fecit, qui cum videret, sibi aut armis contra Clodianos pugnandum, aut vrbe cedendum

esse;

esse; communicato cum Lucullo & alijs consilio, exilium ferre, quam turbis ac seditionibus occasionem præbere maluit. *Plutarchus in Cicerone.* Ac licet durum admodum esse videatur, vxorem, liberos, patriam, opes ac facultates suas deserere: tamen, comparatione facta, viri magni, erecti ac liberalis ingenij est magis, posse dicere: Liberos meos amo, sed multo magis patriam: Odio hunc prosequor, opprimere cupio: & maiori patriam beneuolentia complector.

Tertius est modus, vt dissensiones in Reipublicæ ortæ administratione, priuatas ad res peruenire minime patiamur. Quod Athenis Phocion, Romæ Cato obseruasse dicitur.

Quartus est, vt agitur placide: aliquid remittatur, aut altera ex parte intendatur, atque ita perueniatur ad medium: quemadmodum Musici, vt concentus sit concinnus, nunc intentione, mox remissione vti consueuerunt. Quod tum, de Aristotelis in Rhet. sententia, fit maxime, cum cogitatur condonari ac remitti aliquid posse, imo debere: quando aut negari factum non potest; sed λόγος, ratio, veniam dare iubet: aut, quod est cōmissum, ab errore & casu non malitia proficiscitur: aut de humanæ naturæ infirmitate cogitatur, cuius proprium errare ac labi: aut spectetur προαίρεσις, voluntas & consilium agentis: aut anteacta vita perpenditur.

Quintus est, vt cogitetur: Collegas nobis virtute esse vel superiores, vel inferiores, vel pares. Erga superiores, vt pax ac concordia seruetur, requiritur θεραπεία, cultus: qui omnibus, re aliqua insigni præstantibus, debetur. Qui inferiores sunt; κόσμου, ornatu, opus habent: quo ipsi ornamento, non dedecori Magistratui sint. Qui pares ac æquales; τιμῆ, honore, conseruandi: omnes amore & beneuolentia mutua.

Sextus est, vt quatuor illa vitia remoueantur, quæ concordiam & amicitiam inter Collegas tollunt: de-

tractio, ἐπιχαιρεκακία, insultatio quædam, & lætitia orta ex alterius erratis: bene aut factorum aut dictorum extenuatio, ex intempestiua æmulatione orta: ambitio pessimus dæmon, ac causa omnium malorum in collegijs ac ciuilibus societatibus. *Plutarchus in libello de gerenda Republica.*

Iram præcauẽdi aut cohibendi rationes.

Septimus est, vt Ira caueatur aut cohibeatur: quæ, vt ille ait, etiam prudentes perdit. Potest autem ea coerceri, si 1. illi nascenti resistatur: vt enim ignem extinguit, qui materiam ei non suggerit: ita & præcauet, & arcet iram, qui eam initio non alit, neque sese inflat. 2. Cogitetur, qualis nam res ira sit: quod hac correpti mutent faciem, colorem, incessum, vocem: vt irascenti alicui speculum offerretur rectius, quam nonnullis, vbi lauerint, offerri solet: quo deformitatem suam viderent. 3. Lingua contineatur, ne iracundia quadam exasperata atque inquinata in dicta absurda erumpat, proferat iniurias, occultam maleuolentiam prodat. 4. Perpendatur, animi pusilli, abiecti, muliebris signum Iram esse. Videmus vtique, quod mulieres magis iracundæ sint, quam viri, & ægroti, quam sani, & senes, quam iuuenes, & qui rebus aduersis, quam qui secundis vtuntur. 5. Statuatur etiam, inefficacem illam vlciscendi rationem esse, quæ ab ira dependet: vt quæ fere in morsum labiorũ; frendendum dentibus, vanas incursiones, maledicta stultas habentia minas insumitur, ac ridicule tandem vltro concidit. 6. Attendatur, vbique damnosam Iram esse: non huic dandum esse locũ inter iocos, quod amicitiam in odium mutat: neq; in disputatione, quod studium cognoscendi in libidinem contendendi vertit: neq; in iudicio, quod potestati insolentiam addit: neque institutione liberali, quod animo mœstitiam ingerit, odium gignit disciplinæ: neque in rebus secundis, quia inuidiam auget: neq; aduersis, nam misericordia se priuant, qui miserantibus infensi sunt, & cum ijs litigant. 7. Credulitas vitetur ac curiosi-

curiositas, quæ iræ suppeditare materiam solet. *Plutarchus de Ira cohibenda.*

Postremus modus est: Patientia vt adhibeatur. Nunquam enim seruari Concordia, nisi per solam patientiam, valet: siquidem crebro in actione humana nascitur, vnde mentes hominum vicissim à sua vnitate ac dilectione separantur: & nisi ad aduersa toleranda animus sese præparet, procul dubio humerus corpori non adhæret. Vnde D. Apostolus monet: vt inuicem onera nostra portemus, & sic CHRISTI legem adimpleamus. *Simanca lib. de Repub. 5. cap. 16. ex D. Gregorio.* Laude vero hac clari extiterunt, apud Spartanos Lycurgus, apud Athenienses Pericles. Neque quicquam aliud à cæde ac dimicatione continuisse homines Liuius affirmat, nisi patientiam Magistratuum: quod cesserint in præsentia furori atque audaciæ paucorum. *lib. 25.*

QVÆSTIO XXVI.

VTRVM REIPVB. SIT VTILIVS: Annuosne & ambulatorios, an perpetuos Magistratus habere?

ETiam hæc vtiliter vtramq; in partem agitari Quæstio solet: & quidem quod sint

MAGISTRATVS CONTINVANDI: constituendi perpetui:

Rationes pro perpetuis Magistratibus & officijs.

Illa probare videntur: quia primo omnis in Repub. esse perniciosa mutatio solet. Et vt in corpore victus ratio mutata parum prodest: ita quoque Magistratuum in Repub. mutatio nequaquam eidem commodat. *Aristoteles 2. Polit. cap. 6.* Deinde annui Magistratus ac pauco tempore circũscripti hoc habent, vt, cum quis aliquid in his didicerit, prius decedat, quã eius adhibere specimẽ possit. *Dio lib. 52.* Tũ annui Magistrat⁹

alios

alios intuentur, qui nondum vsu edocti compertum aliquid habent: qui vero ijsdem rebus perpetuo præsunt, etiamsi minus ingenio valeant, longa tamen experientia cæteris antecellunt. *Isocrates in Symmachico.* Accedit huc, quod ita subditis melius consulitur. Vnde Tiberius Imperator, cum amici quererentur, illum potestates ac imperia perpetua fecisse, respondit: hirudines, quæ multo sanguine hausto rumpuntur, quiescere: recentium morsus acerrimos esse: sic nouos magistratus, quicquid sanguinis est ac medullarum, summa auiditate haurire: vt veteri prouerbio dicitur: Non parcit populis regnum breue. *Bodinus lib.4. de Republ. cap.4. Simanca lib.8. cap.37. Gregorius Tholozanus lib. 4. cap.4. ex Iosepho lib.8. Antiquitatum Rom. Nicephoro lib.1.* Neque illud contemnendum, quod cum authoritate ac maiestate imperare is non potest, qui se breui priuatum fore metuit. Maiestate vero imperandi ac dignitate detracta Magistratui, quis parebit? quis metu contineri poterit? quis imperata exequetur? Sin potestas perpetua erit; & cum dignitate imperabitur, & cum obsequio parebitur: nec Magistratui metuendum erit, ne aliquando priuatorum contumelias, aut improborum calumnias ferre cogatur. *Bodinus lib.4. de Repub. cap.4.* A Magistratibus præterea nouis noua consilia, nouæ leges, noui mores, noua instituta, noua edicta, noua iudicia, noui ritus, nouæ legis actiones, noua denique rerum omnium facies ad Rempub. permanare consueuit: vnde veterum legum ac morum priscorum contemptus sequitur. *Idem ibid.* Itaque & DEVS ipse Magistratus ac Iudices perpetuos constituit: & eosdem Plato sua in Republica requirit: & etiam ijs in locis, vbi mutabiles fuerunt Magistratus, tamen aliqui pro consilio semper perpetui extiterunt. Et, vt prudens factum, in Antonino Pio Imp. istud laudatur; quod, factus Imperator, nulli eorum, quos Adrianus prouexerat, successorem dedit: eaq; constantia

fuit,

fuit, vt ſeptenis ac nouenis annis in Prouincijs bonos præſides detineret. *Iulius Capitolinus.* Contra quod

MAGISTRATVS NON PERPETVI, ſed annui conſtituendi:

Oſtendunt, quæ ſequuntur: quod 1. etiam Iura ac leges illud requirunt. Neminem enim Impp. Valentinianus & Valens volunt ſuſceptionis munere functum ad idem munus aſtringi, niſi ſe prius vinculo ſolicitudinis ſuperioris abſoluerit: quod neque eos qui placuerint, grauare, iuſti: neque eos, qui diſplicuerint, tenere prudentis ſit. *Codicis lib. 10. Titulo 70.* Diuus etiam Hadrianus de iterandis munerib. reſcripſit in hæc verba: Illud conſentio, vt, ſi alij non erunt idonei, qui hoc munere fungantur, tum demum ex his, qui iam functi ſunt, creentur. *Digeſt. lib. 50. Tit. 4.* Deinde imperandi illa parendiq; viciſſitudo ac poteſtas, antequam corrumpat animum, relinquenda, reprimit ingenia faſtuoſa, nec inebriari nimia licentia ſinit. *Dionyſ. Halicarn. lib. 4.* Diuturna imperia multos ad faſtum ac tentandas res nouas extollunt, mitiores vero efficiuntur, ſi aliquando priuatim poſt geſtum magiſtratum vixerint. *Simanca lib. 8. de Republ. cap. 36. ex Dione lib. 52.* Tum Reipub. quoq; intereſt, non paucos, verum plurimos ciues noſſe, quænam huius conditio ſit: quibus rebus valeat aut careat: quæ ad hanc ipſam conſeruandam ac locupletandam faciant. Accedit huc, quod nulla re melius præſtantes & quam optimi ciues euadunt, quam ſi virtutis præmia maxima, honores ſcilicet, curationes, imperia, magiſtratus omnibus pro ſuis meritis tribuantur. Quod fieri non poſſe videtur, ſi Magiſtratus perpetui, non annui ſunt. *Bodinus lib. 4. de Repub. cap. 4.* Pacem præterea ac concordiam inter ciues nihil magis conſeruat, ſeditionum ac diſcordiarum ciuilium fibras euellit, quam æqualitas, quæ in honoribus tribuendis ſpectatur. *Idem ibid.* Etiam qui aſſiduo ad gu-

Rationes pro annuis atque ambulatorijs Magiſtratibus.

ad gubernacula Reipublicæ ſedent, ſi nihil aliud, ſaltem illud experiuntur: vt res ipſorum domeſticæ deterius diſponantur. Exemplo ſunt: Epaminondas Thebanus, Lyſander Lacedæmonius, Ariſtides Athenienſis, Fabricius Romanus, qui, dum publica negotia ſedulo fideliterque curarunt, ſua neglexerunt. Vt ſilentio inuidia inuoluatur, quæ oritur, cum in eadem familia quoque continuantur Magiſtratus. Vnde Fabius Maximus cum à ſe quinquies, à parentibus ac maioribus ſæpe geſtus conſulatus, etiam filio mandaretur, deprecatus eſt, vt vacationem honoris huius familiæ Fabiæ concederent: ne maximum imperium in vna familia continuaretur. *Plutarchus in vita Fabij.* Idem Cincinnatus, & P. Scipio Affricanus fecerunt. Et Cato maior, eos, qui crebro Magiſtratus gerere cuperent, tanquam viarum ignaros, dixit, velle ſemper cum lictoribus ambulare, ne errent. Ciues quoque reprehendit, quod eoſdem ſæpius Magiſtratus reficerent: fore enim, vt aut Magiſtratum gerere, non magni rem pretij putare crederentur, aut non multos eſſe dignos, quibus Magiſtratus committeretur. *Plutarchus in Catonis Maioris vita.* Athenienſes denique Magiſtratus ſuos annuos habuerunt. *Bodinus Methodi Hiſtoricæ capite ſexto.* Senatus Romanus cenſuit, Magiſtratus continuari contra Rempublicam eſſe. In legibus XII. Tab. in officio Cenſorum habetur: Magiſtratum quinquennium habento: reliqui magiſtratus annui ſunto. Et altera: Eundem magiſtratum, ni decem anni interfuerint, ne quis capito: ciuitatem annali lege ſeruanto. Propter Hyperionis ſuperbiam ac crudelitatem, non eſſe vni amplius parendum, Megarenſes cenſuerunt, ſed annuos Magiſtratus creandos, qui viciſſim ſummæ rerum præeſſent. *Pauſanias in Atticis.* Carthagine quotannis annui bini electi reges fuerunt. *Probus in Annibale.* Apud Thebanos lex fuit, qua morte puniebatur, qui vltra tempus à legibus præſcriptum magiſtratum

Exempla Rerumpub. in quibus annui Magiſtratus fuerunt.

ſtratum retinuiſſet. *Ælianus lib. 13. Plutarchus in præceptis gerendæ Reipub.*

Concludi tamen hîc ita poſſe videtur, vt doctiſſimi viri concludunt: VT MAIORES MAGISTRATVS SINT PERPETVI: ANNVI ATQVE AMBVLATORII MINORES. Deinde Reipubl. formæ ratio habeatur: IN DEMOCRATIA SINT MVTABILES MAGISTRATVS AD TOLLENDAM INVIDIAM: SVB MONARCHIA PERPETVI: vbi Princeps æqualitatem popularem non curat: ſed, qui idonei ſint, maxime conſiderat.

FINIS *Partis primæ Quæſtionum Politicarum.*

POLITICARVM QVÆSTIONVM

PARS II.

Cuius materias INDEX, *qui præfigitur, monstrabit.*

AVTHORE

MELCHIORE IVNIO WITEBERGENSI: ELOQVENTIÆ Argentinensi in Academia Professore.



FRANCOFVRTI,

Impensis LAZARI ZETZNERI Bibliopolæ.

M. DC. VI.



VERÆ NOBILITATIS DOTIBVS ORNATISSIMO: Pietate, Doctrina, Virtute pæstanti

D. SIGISMVNDO à GOEZEN, in Zhelendorff & Rosental, &c.

MELCHIOR IVNIVS S. P. D.



Væ me, Nobilissime atque literatissime D. Sigismunde, causæ impulerunt, vt Quæstiones quasdam Politicas & colligerem & seligerem, ex me priuatim sæpe audiuisti. Cõmodis ego

inseruire illorum conatus sum, qui ad Eloquentiam plenis, quod aiunt, velis contendunt, ideoque styli sibi curæ cordiq; exercitationes esse patiuntur: quas hodie qui negligunt, aut leui admodum molliq; brachio tractant, non attendunt: sine his Oratorem factum neminem esse, eaque de causa magni illas fecisse olim Brutũ: amasse Iulium Cæsarem: commendatas sibi habuisse M. Tullium Ciceronem. Et sane multa idem naturæ vitia his emendauit ac sustulit. Omnia, vt ipse de se in Bruto scribit, sine remissione, sine varietate, vi summa vocis, & totius corporis cõtentione dicebat: nimis redundans erat iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia. Mutatus plane & alius euasit, cum in Asia & Athenis operam Rhetoribus dedit: declamitando sese

do sese

do ſeſe exercuit aßidue. Idem etiam de Græcorum Oratorum principe Demoſthene affirmari poteſt, qui cum ita balbus eſſet, vt eius ipſius artis, cui ſtuderet, primam proferre literam non poſſet, meditando perfecit, vt nemo planius eo locutus videretur. Delegi autem in his eas potißimum Quæſtiones, quæ ad vſum hodie transferri, & de quibus in literatorũ diſceptari atq; verba fieri cõgreßibus ſolent: Craſſum ſecutus, qui in libris de Oratore exercitationem eam probat, qua poſita aliqua cauſa conſimili earum cauſarum, quæ in forum deferuntur, quam maxime ad veritatẽ accõmodate dicitur.

Partem vero harum ſecundã Tuo potiſſimum inſcriptas nomini lucem aſpicere, inque aliorum peruenire manus volui: vt mei in Te amoris atque

promptitudinis animi publicum aliquod argumentum extaret. Venisti hanc in vrbem, studiorum gratia ante biennium; domi meæ vixisti: vsus mensa mea es: summa cum laude pietatis, modestiæ, humanitatis, comitatis: illud tuo exemplo probasti, quod dici solet: Quo quisque doctior, eo & humanior. Studia Tua methodo ac ratione bona, non vaga & incerta, instituisti. Iuris habuisti propositum studium semper: excoluisti illud sedulo: legum cognitionem atque scientiam Tibi comparasti eximiam. At non interim, quod (consilio nescio quo) nonnulli faciunt, artes alias, tanquam minus necessarias Iureconsulto & Politico futuro, neglexisti: parui Philosophiam fecisti: contempsisti Historias: nihil ad Te linguarum variarum pertinere

tinere peritiam arbitratus es: Eloquentiæ ſtudia atque exercitationes ſpreuiſti: deſpicatui diſſerendi rationes duxiſti. Hinc diſputationes illæ de philoſophicis, maxime Politicis & Iuridicis, in colloquijs atque congreſſibus inſtitutæ erudite: indicantes ingenij acumen: ſapientes eruditionem: denotantes mores amabiles: omni alienos à moroſitate, contentione, iracundia, linguæ procacitate, contumelia. Quam & Plato diſputandi rationem probat, cùm in Theæteto non vult δυσμενῶς & μαχητικῶς, *odioſe, aut contentioſe, ſed placide, quam verum ſit id, quo de controuertitur, examinari: & requirit Cicero, quando in lib. de Finibus affirmat: differentium inter ſe reprehenſiones vituperandas minime eſſe: maledicta, contumelias, tum ira-*

iracūdas contentiones cōcertationesq́; in disputando pertinaces, indignas sibi Philosophia videri. Hinc in dicendo ac declamando publice aliquot habitæ Orationes, scriptæ non ad ingenij, doctrinæ, Eloquentiæ aliquam ostentationem, aut de rebus friuolis ac nugatorijs, sed magnis, & vsum aliquem, etiam serijs in deliberationibus atque consultationibus habentibus: sapientißimis sententijs, grauibus verbis ornatæ ac perpolitæ. Quin & à theatricis actionibus & conformatione vocis ac gestuū alienus minime fuisti: quam Quintilianus, dicendi Magister optimus, in prima futuri oratoris institutione obseruandam esse monet: obseruarunt ante eum Demosthenes & Cicero: quorum ille, cum explosus à populo, mœstus domum se recepisset, satyro

mimo

mimo operam dedit, planeque in pronunciatione & actione factus alius est: hic nunc Roscium Comœdum, nunc Æsopum Tragœdum eadem de causa crebro adhibuit. Cum Q. sane Roscio contendere solitus est: vtrum ille sæpius eandem sententiam varijs gestibus efficeret, an ipse Eloquentiæ copia, sermone diuerso exprimeret. Quid de Historijs ego nunc dicam, in quibus ita versaris sedulo: vt non modo memoriam rerum in Germania gestarum exacte teneas: verum etiam cognita monumenta habeas aliorum, & imperiosorum populorum, & principum illustrium, & regum atque Imperatorum summorum atq; potentissimorum? Hæc aliaque, quæ studio latere nunc patior, non solum charum ac gratiosum Te reddũt, Academiæ Pro-

ſeſſoribus: ſed & faciunt, vt collectã Clementiam habeas Illuſtriſsimorum & Illuſtrium plurimorum, qui hac nunc in vrbe atq; Academia viuunt. Ad me quod attinet: vt de Te mihi gaudeo, gratulor familiæ Tuæ antiquiſsimæ ac nobiliſſimæ, atque adeo inclytæ patriæ Tuæ: ita, cum inibi iam ſit, vt hinc à nobis diſcedas; peregrinationibus des operam: Galliam adeas: videas Italiam: alias terras luſtres: ominibus ſecundis ſuſceptum iter proſequor: etiam atque etiam Te rogans, vt προσφώνησιν *hanc meam ſerena accipere fronte digneris. Vale, Argentinæ Calend. Ian. Anno recuperatæ per* CHRISTVM *ſalutis* M. DCII. *cuius, vt ingreſſum fauſtũ, felix itidẽ medium, ſic exitũ proſperũ, à Deo Opt. Max. ex animo Tibi precor & opto.*




INDEX PARTIS II.

QVAESTIONVM.

†

FINIS.



QVÆSTIO XXVII.

AN MATRIMONIVM CONTRAHENDVM?

POST ea, quæ superioribus notata sunt in locis, ordo nunc exigere videtur, de Matrimonio & Coniugio vt agatur: quod, de Iurisconsultorum sententia, nihil est aliud, quam viri ac mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ cõsuetudinem continens. Monet enim Plato *lib.6.de legibus*, in bene constituta Republ. initio de Nuptijs esse leges ferendas: dandam operam, vt quisque non iucundissimum sibi, sed ciuitati vtile matrimonium contrahat. Fuerunt hac ipsa in re occupati semper laudati Reges, Principes, alij, qui ad Rerumpubl. sederunt gubernacula: neque id sane immerito. Siquidem matrimonium fundamentum & seminarium est Reipubl. Ideoque huic vtile est, vt hoc recte contrahatur: vagæ & turpes libidines reprimantur. Et quemadmodum, *teste Aristotele in Polit. lib.1.* societas inter patrem & filium est necessaria, propter successionem rerum: & illa inter dominum & seruum requiritur, propter ordinem personarum: ita, & quidem primo, ea est vtilis societas, quæ inter virum & vxorem est, vt species conseruentur. Neque etiam raro hac peccari in re solet: cum sunt, qui libertatis nescio cuius prætextu à matrimonijs abhorrent: alij hæc ineunt, sed intempestiue aut infeliciter. Sunt etiam qui in contractis iam matrimonijs miseram ac ærumnosam traducunt vitam, quasi in purgatorio constituti; quod leges con-

Vsus quæstionis.

ges connubiales cognitas & perspectas non habent. Sunt etiam non pauca huius generis, quæ in consultationes ac deliberationes veniunt: laudantur aut vituperantur: vel accusatione egent; vel opus defensione habent in iudicijs. Itaque de Matrimonio hoc in loco futuro politico commoda notabuntur: ostendetur primum, sit, necne contrahendum Matrimonium. Et quidem in negantem sententiam; quodque

NON CONTRAHENDVM *Matrimonium:*

Probant, qui promiscue sunt connubijs vsi: vt Gindanes, *Herodot. lib. 4.* Et Dapsolibyes, *Nicol. de moribus gentium. Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 24.* Anabaptistæ quidam & Adamitæ: contra quos Patres disputant: vt etiam Marcionitæ, in quos Tertullianus agit. Incestuosos plurimos Historici commemorant: non paucos, qui cœlibes per totam vitam manserunt. Legerunt, scilicet, primum tales illud Scripturæ: melius est sedere in prima tecti, aut viuere in terra deserta, quam cũ muliere litigiosa habitare. *Prouerbior. 21.* Commorari cum leone & dracone melius, quam cum fœmina nequam. *Ecclesiast. 21.* vt ascensus arenosus in pedibus veterani; sic mulier linguata homini quieto. *Idem 26. cap.* Cor humile, facies tristis, plaga mortis, mulier nequam. *Ibidem 29. cap.*

Considerarunt deinde illud vetus Poëtæ: Mare, ignis, mulier; tria mala: θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία. *Menander.* Et illud: BINI SVNT CVM VXORE IVCVNDI DIES: ALTER, QVO DVCITVR: ALTER, QVO MORTVA EFFERTVR. *Hipponactes apud Stobæum Sermon. 67.* Et illud: MOLESTIIS CARET VITA, QVÆ CÆLEBS EST: Ἄλυπον ἔξεις βίον, χωρὶς γάμου. *Ibidem.*

Perpenderunt tertio conditiones & ingenia mulierculaum: quod scilicet tales sæpe diligant lites & rixas,

Aristot.

Ariſtot. lib de Animalibus: ſint auaræ. *Cicero 1. de Inuent.* Pauperes ad bona conſilia: artifices optimæ malorum. *Euripides in Medea.* Sint δαπανηραὶ, ſumptuoſæ. *Menander*: ſuperbæ, dum nimis ſibi placent. *Plautus in Penulo*: inconſtantes, variæ & mutabiles ſemper. *Virg. 4. Æneid.* latentes & verſutæ, propter naturæ imbecillitatem. *Plato 7. de Legibus*: mulieres ſemper in calamitatibus impediunt viros, quo infeliciores ſint. *Eurip. in Omph.* aſtutæ & callidæ iuxta illud Poëtæ; mulieribus artes curæ: viri plus valent haſta. *Euripides in Danaë*: &, vt nemo ſentit, qua parte calceus ſtringat, niſi qui eum induit: ita nemo nouit ingenia muliercularum, niſi vxorem qui duxerit. *Plutarchus in Moralibus.*

Deterruerunt etiam exempla illorum, qui à mulieribus ſunt, aut decepti: vnde iſtud: non habites ſub eodem tecto cum muliere; nec ſis Samſone fortior, Dauide ſanctior, Salomone ſapientior. *Hieronymus in Epiſt. ad Nepotianum.* Aut ſpreti & contempti: vt apud Lycios, Spartanos, Romanos, de quibus hoc eſt lepidum Catonis: Nos omnibus mortalibus imperamus, nobis mulieres imperant. *Plutarchus in Catone.* Aut odio habiti, vt apud Cares: quorum mulieres, iureiurando interpoſito, legem tulerunt, ne fœminæ poſthac cum maritis cibum caperent; neque etiam proprijs nominib. eos apellarent. *Herodotus lib. 1.* Aut etiam interfecti, vti quinquaginta filiæ Danai, quæ conſpiratione facta, totidem ſuos maritos vna nocte interfecerunt. *Guido Bituricenſis.*

Poſtremo venerunt etiam his in mentem incommoda & moleſtiæ: quæ cum matrimonio eſſe coniunctæ ſolent. Amittitur enim ita libertas iuxta illud; Vxore ducta, ſeruus eris. *Menander*: & aſtrictus nuptijs non eris amplius liber. *Euripides in Antigone.* Deinde ducitur, aut pulchra, aut deformis; ſi pulchra; κοινὴ, communis; ſi deformis, ποινὴ, pœna erit. *Gellius libro primo, capite decimo.* Et

difficile videtur custodiri, quod plures amant: molestum possidere, quod nemo dignatur possidere. *Hieronymus contra Iouianum.* Præterea dotatam forte pauper si duxerit, non iam ille coniugem, sed habet heram sibi, cui seruit: si pauperem aliquam duxerit, nihil afferentem, seruus ille rursum erit; dum victum vtrique, non sibi tantum parat. *Anaxandrides apud Stobæum, Sermone 67.* Et VXOREM PAVPEREM ALERE DIFFICILE EST: FERRE DIVITEM TORMENTVM EST. *Hieronymus contra Iouianum.* Iam alia cura, quo ad liberos, accedit. Duxi, inquit ille, vxorem; quam ibi miserrima vidi! Nam dum studeo, filijs vt quamplurimum facerem: in quærendo vitam contriui atque ætatem meam: nunc exacta ætate, hoc pro labore ab ijs fero, odium. *Terentius in Adelphis.* Cumulant hæc mala lites & contentiones. Et illud, quod Ouid. 2. *de Arte amandi* canit:

Lite fugant nuptæq; viros, nuptasq; mariti;
Inq; vicem credunt rem sibi semper agi.

Vt non male is dixerit: vxorem ducere perinde esse, ac si tres tesseras quis fortuito proiecerit: eo quod felices nuptiæ, si moribus composita vxor, non molesta, extiterit: at ἀτυχία κοσμουμένη, infortunium instructũ, idque per totam vitam, si frequenter domo exeat, loquax, sumptuosa extiterit. *Epicharmus apud Stobæum Sermone 67.* Et notũ carmen Ausonij, quod in Grammatici cuiusdam infelix ille matrimonium ad imitationem Virgilij scripsit:

Arma virumq; docens, atq; arma virumq; peritus
Non duxi vxorem, sed magis arma domum.
Namq; dies totos, totasq; ex ordine noctes
Litibus oppugnat meq; meumq; larem:
Atq; vt perpetuis dotata à Marte duellis
Arma in me tollit: nec datur vlla quies.
Iamq; repugnanti dedam me: vt deniq; victus
Iurger ob hoc solum, iurgia quod fugiam.

Sunt

Sunt quoque in promptu exempla vxorum morosarum & improbarum; vt Iobi, quæ sanctitatem vitæ marito, tanquam crimen, obiecit. *Ludouicus Viues de Christiana fœmina, lib. 2.* Socratis, qui Xanthippen imperiosissimam patientissime tulit: dicere quoque solitus est, mala sese tria magna assecutum esse; Grammaticam, paupertatem, & perniciosam vxorem. *Antonius Melissa parte 2. Sermone 34.*

Et, si nihil esset aliud, vel hoc solum moueret, quod optimorum virorum pessimi esse filij consueuerunt. Vnde prouerbium ortum: Heroum filij, noxæ. *De qua παρεκβάσει liberorum & posterorum actum 1. in volumine, Quæstione 16. est.* Interim quod sit

MATRIMONIVM CONtrahendum:

Probare ex, quæ sequuntur rationes videntur: quarum I. à Causa efficiente sumpta & authore est. Neque enim improbandum, quod DEVS instituit: instituit autem ille matrimonium, & quidem ante Adæ lapsum. *Genes. 2. Matth. 19. 1. Timoth. 2. Iosephus 1. de antiquitatibus.* *Pro matrimonio.*

II. Homo naturâ magis est animal coniugale, quã ciuile; quia & prior; & necessaria magis est domus, quam ciuitas: procreatio quoque animalibus communior. *Aristot. 8. Ethic. 12.* Ac propterea iuris naturalis esse dicitur maris & fœminæ coniunctio. *Lib. 1. Instit. Tit. 2. & in Nouell. Constitutionibus, Constit. 89.*

III. A natura quoque tributum hoc esse dixerunt Philosophi, vt coniugia virorum & vxorum essent: ex hac stirpe orirentur cognationum amicitiæ. *Cicero 4. & 5. de Finibus.* Et hoc esset principium vrbis; & quasi seminarium Reipubl. constitueretur prima societas in coniugio, proxima in liberis, deinde vnã domus, communia omnia. *Idem 1. Officiorum.*

IV. Quia non nisi per coniugium seruari & propagari

gari genus humanum poteſt. Et hinc in Sacris illud: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Natura ſiquidem hac periodo complet & perficit τὸ ἀεὶ εἶναι, perpetuitatem; quæ non ſecundum numerum, ſed ſpeciem fieri poteſt. *Ariſtot. in Oeconomicis*. Et de hoc machinata eſt natura, ſeu potius primus ille & Maximus DEVS fecit, vt eſſent mares & fœminæ: atque ita humanum genus ſempiternum quodammodo fieret, cōſequeretur immortalitatem. *Plutarchus in Erotico, Cicero 2. de natura Deorum, Plato 4. de Legibus. Dio in Orat. Auguſti lib. 56.*

V. A diuino cultu. Quia enim in gloriam ſuam creauit & formauit homines DEVS, *Eſaiæ 43*. oportet homines cōſeruare, & filiorū filios relinquere DEO miniſtros, qui in noſtrum locum ſuccedant. *Plato 6. de legibus*. Ac propterea, qui cœlibatum ſequuntur, aras & templa Dei deſtruere videntur. *Dio 56. lib.*

VI. Ab auxilio mutuo. Vnde faciamus, inquit, DEVS, ei adiutoriū, ſimile ſibi. *Geneſ. 2.* Quia enim natura nulla ad omnia obeunda eſt nata, mas & fœmina procreatur, & alter alterius ope indiget: vt, quæ deficiunt vnum, alter ſuppleat. *Xenophon in Oeconomicus*. Ac propterea aliorum animalium finis & terminus eſt ſobolis procreatio: homines autem coniugium ſubeunt, non ſolum procreationis, verum etiam eorum gratia, quæ vitę cōducūt: officia namq; diuiſa ſunt mariti & vxoris. Ita opem ſibi mutuo ferunt, res proprias in commune ponunt. *Ariſtotel. Ethic. 8. cap. 12.*

VII. A deſcriptione & laude Vxoris. Hinc enim vxor bona definitur domus cuſtos & adminiſtratrix, nutrix liberorum: quæ & ſæuum exhilarare, & conſolari in aduerſis, curare ægrum, iuuentutis nimiam animi relaxationem coërcere, effœtam ſenectæ auſteritatē temperare poteſt. *Dio lib. 56.* Et Sacræ literæ affirmant, talem eſſe ſicut Solem in mundo, & columnam auream ſuper baſes argenteas; & exhilarare maritum, efficere

cor

cor bonum: prorogare annos huius vitæ. *Ecclesiast.* 26. Et insigne illud est: Neque aurum, neque regnum, neque diuitiarum læticiæ tam excellentes habent voluptates, quantas viri boni mulieris pia conuersatio adfert. *Euripides apud Clementem, lib. 3. pædagogia.*

Accedit IIX. quod matrimonium medicamentum est aduersus vagas libidines, & scortationes. Propter enim fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat, & vnaquæque suum virum. *1. Corinth. 7.* Et honorabile coniugium in omnibus est, & thorus immaculatus: fornicatores vero & adulteros DEVS puniet. *Ephes. 5. cap. 1. Timoth. cap. 1. Heb. 13.* Ac monet Plutarchus, dandam operam esse; vt, qui voluptatibus nimis sunt dediti, & repræhensionibus minus obtemperant, matrimonio deuinciantur: quod tutissimum iuuentutis vinculum. *De Educat. liberorum.*

IX. Et ad prolis certitudinem & institutionem liberorum diligentem, ordinum quoq; dignitatem, splendorem familiarum conseruandum, matrimonium necessarium est: vt etiam ad illud; quod hoc modo hæreditates, ad nostros, non alienos & extraneos, deuoluuntur: gratitudinem sentiũt, qui senio confecti aliorum opus consilio habent. *Xenophon in Oeconom.*

Et X. nominis memoria ab obliuione & interitu vindicatur: quia vnusquisque liberos relinquens in suis liberis quasi ren ascitur. *Plato 4. de Legibus.* Vnde Phocylides præclare præcipit: Ne maneas cœlebs, ne forte obscurus pereas: μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως ἀνώνυμος ὄλυαι.

XI. Reipub. quoque ita consulitur, ciuium numerus augetur. Et si propter Rempub. contra animi sententiam multa sunt alia facienda; etiam huius in gratiam matrimonium contrahendum. Alias enim vrbes & populi non manebunt: non erunt, qui pacis tempore terrã colãt, exerceãt nauigationes, artes & opera

tractent: belli tempore Rempublicam tueantur ac defendant. *Dio lib. 56.*

XII. Iucunditas liberorum ad commendandum matrimonium quoque facit. Nihil enim suauius est, quam ex vtrisque natum infantem alere, imaginem corporis animique sui: vt in eo adolescente se quasi ipsum quis intueatur: ex hac vita discedens, ex se editum relinquat, qui in facultates & stirpem suam succedat. *Dio lib. 56.*

Et vero XIII. grauissime delinquunt, & multis modis delinquunt, qui cœlibatum sequuntur: homicidium committunt; quia eos non procreant, quos nasci ex ijs conueniebat: impij sunt, quia faciunt, vt honores & nomina maiorum pereant: sacrilegi sunt, qui tollunt genus suum à dijs immortalibus monstratum, tanquam maximum omnium sacrorum donariorum, ἀναθημάτων· ciuitatem dissoluunt, eo quod legibus non obtemperant: produnt patriam; dum sterilem & infœcundam eam reddunt: imo euertunt funditus, quandoquidem ciuitas non ædibus, porticibus, foris inanibus, sed hominibus constat. *Dio lib. 56.*

Hinc XIV. puniti quoque cœlibes olim fuerunt. Spartæ, de Lycurgi instituto, non admittebantur ad ludos & spectacula & conuiuia publica, qui vxores ducere nollent. *Plutarchus in Lycurgo.* Ibidem etiam actio fuit data contra illos, qui aut nimis sero, aut inhonestum matrimonium contraxissent. *Iulius Pollux lib. 8. in Onomastico.* Censoriâ notâ fuerunt Romæ affecti, qui matrimonia non contraxissent. *Plutar. in Camillo, Valer. Max. lib. 2. cap. 9.* Augustus Cæsar testamentum quoddam improbasse dicitur, cuius coniugium intermissum fuerat. *Idem lib. 7. cap. 7.* Apud Athenienses, die quodam festo, cælibes à mulieribus circum aram tracti flagris cæsi fuerunt. *Iulius Scaliger lib. 3. de re Poëtica.* Plato quoque inter alias leges hanc tulit: vt, qui triginta annos haberent & sine matrimonio viuerent, singulis

gulis

gulis annis, mulctæ loco, aliquot drachmas numerare cogerentur. *lib. 6. de legibus.*

Et vt pœnæ hæ iustæ fuerunt eorum, qui fine causa iusta cælibes manserunt: ita, quæ ratio XV. est, præmia fuerunt concessa in matrimonio constitutis, vt, qui liberos procreassent, in sententijs dicendis essent primi, in petitione magistratus aut officij alicuius liberorum numerus præualeret. *Appianus lib. 2. de bello ciuili.* In Theatro honoratiorem ijdem locum occuparent. *Suetonius in Augusto.* Singulis annis acciperent munera. *Herodotus lib. 1.* Liberi tales essent ab excubijs apud Spartanos, si tres maxime haberent filios, immunes ab omnibus publicis officijs, si quinque. *Aristot. 7. Politic. cap. 7. Ælianus lib. 6. cap. 5.* Liberarentur à tutela & cura, qui tres liberos superstites haberent Romæ, vel in Italia quatuor, vel quinque in prouincia. *Institut. lib. 1. tit. 25. De excusatione tut. vel curat. lib. 10. Cod. tit. 61. De his qui liber. numero excusat. meruerunt. Dionysius Halicarnassæus lib. 3.* essent quoque immunes à legationibus publicis. *Lib. 10. Cod. tit. 63. De legationibus.*

Quin & in laboribus, plantis, virgultis sexuum differentia reperitur, & mares ac fœminæ sunt: quorum illis plus virium atque efficaciæ, quam his inesse Theophrastus, Dioscorides, Plinius, & alij testantur. Et lapides ac gemmæ: vt idem de Magnete, Carbunculo, Carchedonio, Iaspide, Sapphiro affirmant. *lib. 36. & 37.*

Neque contra has rationes libertas multum facit. Qui enim liberam vitam matrimonio præferunt, nihil immanissimis belluis præstant: cum absque mulieribus degunt. Sed licentiam quærunt exercendæ libidinis ac lasciuiæ. *Dio lib. 56. in Augusti oratione.* Nec molestiæ in matrimonio hoc ipsum improbare possunt: siquidem nullum huius vitæ bonum, cui non sit aliquid acerbi admixtum: nec ad virtutem ac voluptatem vllam sincere perueniri potest, nisi in ea paranda, obtinenda, seruanda, labor impendatur. Et plura ac meliora *Solutio rationũ, quæ contra matrimonium allatæ fuerunt.*

cum sint bona; sunt cum his conferenda, quæ ex coniugio oriuntur. *Dio ibidem.* Et est hæc quasi Schola domestica, vt priuatim patientia discatur, quæ publice post exerceatur: facile cum omnibus alijs versari queant, qui Xanthippas domi tolerare possunt. *Xenophon in Symposio.* Notum deniq; illud Varronis; VXORIS VITIVM, AVT TOLLENDVM, AVT FERENDVM. *Erasmus in Adagijs, Chiliad.1. Centuria 3. Apophthegm. 14.*

Vxorum quæ fidæ maritis exempla.

Neque tamen omnes parum fidæ & molestæ suis maritis fuerunt. Memorabile illud Arriæ est, quæ gladio seipsam interemit, cum periclitari maritum videret. *Plinius lib 3: Epistola ad Nepotem. Martial. lib. 1.* vt & alterum illud de Miniarum vxoribus: quæ, cum mariti à Spartanis in carcerem coniecti, afficiendi supplicio postridie essent; imperato à custodibus aditu, carcerem ingressæ, commutata cum maritis veste, fecerunt, vt salui illi abire possent. *Valer. Max. lib. 4. cap. 6.* Et sunt obedientes ac prudentes multæ: Saræ, Seboræ, Micholæ, Abigaëles: quarum Sacræ literæ meminerunt *Genes. 18. Exod. 4. 1. Reg. 19. & 28.*

QVÆSTIO XXIIX.

QVO TEMPORE CONTRAHENDUM Matrimonium?

Diuersæ atque discrepantes diuersorũ hac de Quæstione sententiæ, consideratione vero dignæ reperiuntur. Interest enim Reipublicæ, ne quauis in ætate pro libitu matrimonium cõtrahatur. Sunt hic, qui viro trigesimum annum, fœminæ decimum quintum aptum connubio constituunt. *Hesiodus lib 2.* ἔργων καὶ ἡμερῶν. Ægyptij quoque non ante trigesimum, vt Lacedæmonij ante vigesimum quintum, voluerunt matrimonium iniri, propter fœcunditatem ac prolem. *Xenophon in Spartana Repub. Plutarchus in Lycurgo. Solon*

quintum

quintum Septenarium, hoc eſt, annũ trigeſimum ſextum, aptum eſſe matrimonio cenſuit. *Philo lib. 2. de opificio mundi.* Et Germani hoc nomine laudantur, quod ſera apud hos venus extiterit; ideoq; eadem iuuenta, ſimilis proceritas; robora parentum valida, liberi referant. *Corn. Tacitus de moribus Germanorum.* In turpiſſimis fuerit habitum rebus, ante annum vigeſimum vxorem duxiſſe. *Cæſar lib. 6. de bello Gallico. Tiraquellus lege 6. numero 38.* Plato vult, vt vxorem quiſque à trigeſimo anno ad trigeſimum quintum ducat. Si non duxerit, damnas ſit, & pecuniarum infamiæque nota inuratur. *lib. 4. de legibus.* Ariſtoteles vero ætatis anno 18. fœminas, viros 36. matrimonium vult contrahere: quod vtriuſque ſexus vires tum maxime corroborentur. *Polit, 7. cap. 16.*

QVÆSTIO XXIX.

SINT NE SENIBVS DVCENdæ vxores? Nubendum vetulis?

EX ſuperiori Quæſtione hæc naſcitur: & quidem affirmantem in ſententiam iſta adferuntur: quod I. Magis inſenectute, quam iuuentute videtur neceſſarium matrimonium: quandoquidem ætas iſta maxime cura & officio eget, debilis plerunque & infirma eſt. II. Senes vtplurimum publicis negotijs occupati opus domi habent matrefamilias bona, vt res domeſticæ bene curentur. III. Vxorem ducunt, non voluptatis, ſed ſalutis cauſa: vt ſit ADIVTORIVM. IV. Etiam exempla hæc ſummorum clariſſimorumque virorum hoc ipſum comprobant: vt Abrahami, qui anno ætatis centeſimo & quadrageſimo Keturam elegantem puellam duxit. *Gen. 25. cap.* Maſiniſſæ, qui puerum quadrimum nonagenarius reliquit. *Diod. lib. 32. Val. libro quarto cap. 14. Plinius lib. 7. cap. 14.* Pompeij, qui Corneliã, Metelli Scipionis filiã iuuenculam, matrimonio

monio sibi copulauit. *Plutarchus in Pompeio.* Ciceronis, qui sexagenarius cum Publia virgine matrimonium contraxit. *Plutarchus in Cicerone.* Catonis; qui octuagesimum agens annum, filiam clientis sui adolescentulam duxit. *Plutarchus in Catone.* Et notum illud Demetrij Poliorcetæ est: qui cum ad Philæ, Antipatri filiæ, nuptias compelli non posset; eo quod vetula illa edentula esset: parens istud Euripidæum insusurrauit: ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν γαμητέον· Vbi lucrum affulserit, ibi præter naturam vxor ducenda. Quod non pauci hodie consilium sequuntur. *Sabellicus lib. 7. Ennead. 4.* sed parum felici euentu. In omnis enim generis libidines & flagitia alia Demetrius delapsus probauit,

NEC SENIBVS DVCENDVM: *nec vetulis nubendum:*

Sed par & æquale Matrimonium deligendum esse: quemadmodum Hesiodus illud requirit, vt ὡραίως vxor ducatur domum. Et iuuenes omnes Euripides hortatur, ne in Senectute nuptias celebrent. *Stobæus sermone 69. ex Euripide in Danaë.* Neque temere vetus illud dictum: SENEX AMATOR, EXTREMVM INFORTVNIVM. *Tiraquellus ex carmine Græco, lege 6.* vt & Tibulli istud: quando scilicet senex amator conspicitur:

Hunc puer, hunc iuuenis, turba circumterit arcta:
Despuit in molles & sibi quisq; sinus.

Neque illud temere. Quia 1. imparia matrimonia cum contrahuntur, oriuntur στάσεις καὶ διαφοραί, discordiæ ac dissensiones inter coniuges. *Aristot. Polit. 17. cap. 26.* Coniugum vero dissensio totius est domus perturbatio. *August. in Psalmum 33.* 2. Senes natura sunt morosi, difficiles, intractabiles; ac propterea ad amicitiam & societatem inepti. *Aristoteles 2. Rhet. de moribus senum. Et Ethicorum 8. cap. 6.* 3. Est præterea horum frigida & sicca, ideoque ad matrimonium inepta, ætas:
nisi

nisi naturæ leges violandæ sint. *Aristoteles de longa & breui vita. Plato lib. 1. de Repub. Plutarchus in Solone, Cicero in libello de Senectute.* Accedit huc 4. quod matrimonia in senio contracta, etiam propter liberorum successionem sunt infelicia: quia parentes cum grandes sunt natu, beneficiorum suorum fructum à liberis suis reportare nequeunt: vt neq; liberi à parentibus re aliqua propter mortem subleuari. Vnde post, aut molliter peruerseque educantur, aut summa in egestate atque inopia vitam traducunt. *Arist. lib. Polit. 7. cap. 16.*

Sed & præter hæc, incommoda alia, eaque plurima sunt, è senum coniugijs quæ manant ac profluunt. Sunt adulteria: quandoquidem, Plautus *in Mercatore* vt ait,

Senex edentulus; & capularis, & decrepitus est
Tantundem, quasi sit signum pictum in pariete.

Imperia in Maritos, iuxta illud Aristophanis: VXOR SENIS, SPONSI DOMINA EST. Lites & contentiones perpetuæ: edaces ac lethiferæ febriculæ: interitus senum. Ludouico hoc XII. Galliarum regi accidit: qui, ducta Maria, Henrici octaui regis Angliæ sorore, virgine eximiæ venustatis; ætatis & valetudinis suæ pene oblitus, concepta edaci febri, non multos post nuptiarum dies interijt. *Iouius lib. 3. in Leone X.* Zelotypia denique maritorum: quæ facit, vt, quemadmodum reges, sic etiam mariti, dum omnia timent, omnia suspicantur; facile credunt, quæ suspicati fuerant. *Chrysost. in Matthæum.*

QVÆSTIO XXX.

VTRVM BENE IN CONSTITVTA Repub. Adolescentulorum & iuuencularum matrimonia concedenda?

VT in natu grandioribus hæc obseruanda: ita neq; bona in Republ. adolescentulorũ admittenda copulatio

pulatio est. Quod tum 1. nimis prope ad parentum ætatem liberi accedunt: atque ita multa inde mala ac incommoda nascuntur. Perit verecundia & obseruantia in parentes: liberi insolescunt, prope æquales ætate cum parentibus: oriuntur in re familiari administranda querelę & criminationes nascuntur, dũ liberi parentum esse Magistri volunt. *Aristoteles Polit.7.cap.16.* Sed & cunctis in animalibus adolescentum imperfecti fœtus sunt: nascuntur non perfectis corporibus homines: abortus sæpe fiunt: nascuntur monstra: in partu periculum est. *Aristoteles ibid.*

Accedit huc & illud: quod in matrimonio contrahendo etiam eorum est ratio habenda, quæ ad vitam sustentandam, alendam familiam necessaria videntur: nec in adolescentulis aut iuuenculis, vt adultioribus reperiuntur. Non Adamo DEVS OPT. MAX. ante vxorem creauit, quam animantib. cunctis nomẽ imposuisset, eorundemque dominium ac possessionẽ hac sibi ratione vindicasset. *Genes.2.cap.* Et notum illud Hesiodi præceptum:

οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν ἀροτῆρα.

Vbi domus appellatione cuncta, quæ ad vitam tuendam sunt necessaria, Poëta complectitur: deinde vxorem: post aratorem. Neque improbanda Cretensium consuetudo fuit: qui, vbi ad certum annorum numerum pueri peruenerunt, ducere eosdem vxores coëgerunt, sed ita vt non ante nuptias celebrarent, coniuges domum abducerent, quam puellæ rem curare familiarem didicissent. *Strabo libro decimo.* Vt & veterum Germanorum mos tenendus; apud quos nemo ducere vxorem est ausus, nisi prius hostis caput amputatum ad regem pertulisset. *Strabo libro 15.*

Qvæ-

QVÆSTIO XXXI.

VTRVM IN VXORE DVCENDA *Generis atque familiæ sit ratio habenda?*

NOn vtiq; in matrimonio contrahendo negligendum genus: parui ducenda familia est: quia dos 1. magna est, parentum virtus. Horatius *lib. 4. Carm. Ode 24.* 2. Nec libes solum sanguinis, verum etiam morum, ad posteros propagatur. 3. Splendoris aliquid, magnificentiæ ac voluptatis splendidum matrimonium habere videtur. *Xenophon in Hierone.* Et qualis 4. ager: talia & semina: qualis flores, talis & tinctura: qualis operator, talis & creatio: qualis agricola, talis & cultura. *Esdra lib. 4. cap. 9.* Et à bonis bonus nascitur. *Aristoteles lib. 1. Rhet.* Nec è squilla rosa aut hyacinthus producitur. *Theognis.* Aut mali corui ouum bonum esse solet. *Erasmus in Prouerbijs, Chiliad. 1. Cent. 6. Prouerb. 23. Et Chiliad. 1. Cent. 9. Prouerb 25.* Et videmus plerunque filias matrum præ sese mores ferre ac exprimere, partim propter naturam, partim educationem. Nec honestatem in grandiori ætate sectātur, ad quam neq; exemplo neque præceptis institutæ fuerunt. *Tiraquel. lege connubiali 7. n. 10.* Ac sane si, 6. canes & equos nobis nobiles & ex bona progenie quærimus; in vitibus, oleis, arboribus, seminib. optima cura ac cogitatio suscipitur: cur vxor bona parentum malorum filia duceretur? *Theognis & Plut. de Nobilitate.* Nec desunt 7. exempla illarum, quæ obscuro loco natæ ac pauperculæ, morosæ atq; imperiosæ sunt factæ: insolēter erga maritos suos sese gesserūt. Fuluij vxor serua liberata, & cōiugio digna iu dicata, maritū suū apud Triūuiros superbe accusauit. *Fulgosius lib. 5.* Catonis vxor Taura, villici pauperis & obscuri filia, contumax erga maritum suum extitit. *Plutarchus in Catone.*

Verum

Non nimis nobilis aut potẽs vxor ducenda.

Verum vt recte hæc sese habent: ita in id quoque incumbendum diligenter est: ne generis nobis obsit claritas: potentior vxor ducatur. Nec male Plutarchus parentes monet, vt filijs suis coniuges quærant, quæ generis nobilitate non multum eos superant, *in libro de educatione liberorum.* Æqualem quærere vxorem prouerbium iubet. *Chiliade prima, Centuria tertia.* Quia primo non tam est respicienda nobilitas parentum, quam ipsa vxor: & sunt multæ optimis parentibus natæ, quæ improbæ atque impudicæ inuentæ. *Stobæus Sermone sexagesimo tertio.* Si secundo ex potentioribus nobis ducta vxor fuerit; Domini, non affines parabuntur. *Erasmus in Prouerb. 1. Chiliad. 1. Centuria octaua.* Etiam inde tertio Nobilium ac potentiorum affinitas nocet, vt qui non desinunt hos exugere, donec in nihilum redigantur, ideoque cum Cardano tales conferuntur: cui vis ea & natura: vt, herbarum in propinquo nascentium humore, vi quadam, contracto, arescere eas cogat. *Aristophanes in Nebulis, Tiraquellus lege Connub. 5. numero trigesimo quinto.* Quin & quarto elatæ tales vxores ad turbas ac bella perniciosa maritos suos excitant. Testis est Tullia, quæ Tarquinium muliebribus suis furijs eo impellit, vt regem ac socerum suum Seruium interficiat: ipsa per patris corpus carpentum agit. *Liuius Decade prima, libro primo.* Et Othocari vxor Kunegunda in causa est, vt contra fœdera bellum maritus Rodolpho Habspurgensi Imperatori inferat. *Cuspinianus in Cæsaribus.* Et tandem offensiones erga maritum oriuntur. Ac notum illud Ouidij est:

Quam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci:
Tam iuueni magno coniuge nupta minor.
Non honor est, sed onus: species læsura ferentes.
Si qua voles apte nubere: nube pari.

QVÆSTIO XXXII.

VTRVM IN MATRIMONIO CON-*trahendo opes ac diuitiæ ſpectandæ?*

ETſi non contemnendæ prorſus ſint opes ac diuitiæ, cum ducenda vxor: quandoquidem pauperem, vt ille ait, alere coniugem admodum difficile eſt: etiam aſperæ ſæpe humiles fiunt, cum ſurgunt in altum: vti oſtenſum ante in Catone & Fuluio fuit: tamen, qui diuitias tantum ſpectant imprudentia quadam, non vxorum domini, ſed dotis ſerui fiunt. *Plutarchus de liberorum educatione.* Argentum qui accipit, imperium vendidit. *Plautus in Aſin.*

ὅσοι γαμοῦσι δ᾽ ἢ γένει κρείσσους γάμους,
ἢ πολλὰ χρήματ᾽· οὐκ ἐπίστανται γαμεῖν.
Τὰ τῆς γυναικὸς γὰρ κρατεῖν ἐν δώμασι
Δηλοῖ τὸν ἄνδρα κ᾽ οὐκ ἔσ᾽ ἐλεύθερος.

Euripides.

Vxorem qua re locupletem ducere nolim
Quaritis, vxori nubere nolo mea.
Inferior matrona ſuo ſit, Priſce, marito:
Non aliter fiunt, fœmina virq; pares.

Martialis.

Et Olympias Philippi Maced. regis vxor digitis vxores ducere eos affirmabat, qui dotem ſponſæ ſupputant: non explorant vero, qualis in conuictu futura illa ſit. Itaque ad Gallionem recte Seneca; Inuenies, inquit, vxorem bonam, ſi nihil quæris niſi bonam: dummodo ne imagines proauosq; reſpexeris, nec patrimonium, cui iam ipſa nobilitas ceſſit. Atque ea res Lycurgum Spartæ mouit, vt ſine dote contrahi matrimonia vellet: quo ſeuerius illa cogerentur: à viris quoque fæminæ coërcerentur. *Plutarchus in Lycurgo.* Puniti quoque ibidem fuerunt, qui dotis & rei quærendæ cauſa locupletum affinitatem quæſiuiſſent. *Ælianus libro 6.* Solon itidem Athenienſi in Republ. nihil adferre

secum vxorem voluit, nisi tria vestimenta, & cibum ac potum, non pluris, quam obolo constanteas. *Plutarchus in Solone.* Monet præterea Plato, vt in deligenda vxore, paria cætera si extiterint, tenuior semper diuiti anteponatur : eo quod & ad Rempub. & familiarum vtilitatem illud faciat; id, quod est æquabile ac moderatum , immoderato ad virtutem præstet. *Plato 6. de Legibus.* Et vt speculum auro & gemmis ornatum nihil valet, nisi similem rebus imaginem exhibeat : ita diuitis mulieris nullus vsus est, nisi vitam viro similem moresque consonos gerat. *Idem in præceptis coniugalibus.* Itaque recte Megadorum Plautus *in Aulularia* introducit, qui laudat consiliũ suum , quod pauperis hominis indotatam filiam duxerit: idem si faciant cæteri

Opulentiores, pauperiorum filias
Vt indotatas ducant vxores domum:
Fore ostendit:
Vt multo fiat ciuitas concordior :
Et inuidia nos minore vtamur, quam vtimur:
Et illa malam rem metuant, quam metuunt, magis.
Et nos minore sumptu simus, quam sumus.

QVÆSTIO XXXIII.

SIT, NEC NE, IN DVCENDA vxore, formæ præstantia, venustas, pulchritudo consideranda?

Pro pulchritudine.

VIrgines pulchritudine atq; forma præstantes Homerus, Poëtarum princeps, ἑλικώπιδες appellat: quod ὦπας ἑλίσσουσιν omniũ in sese oculos conuertunt. Et τὸ καλὸν pulcrum, à Græcis nominatur, quod καλεῖ, prouocat hominũ animos. *Plato in Phædro.* Etiam dimidiũ dotis rerũ omnium pretiosissima ac præstantissima à prudentib. iudicatur. *Isocr. in Helena.* Et quauis Epistola commẽdatior. *Stobæus. Serm. 64.* Et quod pulcrum, idem & charum habetur ac amicum *Plato in Lyside.*

fide. Erasmus in Adagijs, Chiliad. 4. Centuria 7. Prouerb. 81. Ipsas præterea virtutes gratiores reddit: quandoquidem, secundum Poëtam, Gratior est pulchro veniens è corpore virtus. Et, vt natura cornua tauris, vngulas equis dedit, velocitatem leporibus, leonibus dentium hiatum, piscibus natandi facultatem, auibus volandi, viris prudentiam: ita mulieribus nihil tale, sed formam tantum pro clypeis & lanceis omnibus concessit, *Anacreon in Odis*.

Huc accedit, quod deformitatem omnes oderunt: etiam deformi factum fuisse obuium, infaustum esse iudicant. Et Adagium hoc notat: Augurium capiet, qui te aspexerit. *Tiraquellus lege connub. 2. n. 60.* Nec ratio deest: Quia deformitas corporis, etiam animi deformitatem indicat: & cuius facies est deformis, vix bonos habere mores potest. *Rasis ad Alamandorem*. Et natura membra componit, prout animæ moribus conuenit. *Gal. lib. 2. de Temperamentis*. Vnde Thersites monstrosus corpore, etiam mente degener & ignauus fuit: pessimum ingenium in deformi domicilio habitauit. *Homerus Iliad. 2.* Et deformis Corithus, simul bardus ac stupidus: ideoque in prouerbium abijt. *Erasmus Chil. 3. Cent. 2. Prouerb. 8.* Displicent & μορμολύκειοι, ita fœda terraque forma præditi, vt à furijs orti videantur. *Ciliad. 4. Cent. 2. Prouerb. 7.* Vt recte Lycurgus inter alias leges etiam hanc Spartæ tulerit, vt infantes forma venusta & liberali præditi educarẽtur: manci vero ac debiles vasta in loca exportarentur. *Plut. in Lycurgo.* Ephori quoq; Agesilaum regem suum mulctarũt, quod paruam simul ac deformem vxorem duxisset. *Plutarch. de lib. educatione.*

Laudatæ cõtra à pulchritudine fuerunt: Sara, Abrahami Patriarchæ vxor. *Genes. 12. & 20.* & Rebecca, Isaaci coniunx. *Genes. 26.* Abisaga Sunamitis, quæ regẽ Dauidẽ suo cõplexu fouit 3. *Reg. cap. 1.* Iuditha, quæ Holofernẽ decepit, *Iuditha 10.* Esthera, cõiugio Arta-

xerxis regis digna iudicata, ob formę præstantiam fuit. *Esthera 2.* Aspasia, Cyri minoris vxor: cuius pulchritudinem *Ælian. lib. 12. describit var. hist.* Rhoxana, Alexandro Magno propter venustatē matrimonio iuncta. *Curtius libro 5.* Liuia, Augusti Cæsaris coniunx. *Dion in Augusto.*

Forma quatenus spectanda in matrimonio.

Verum, vt recte hæc sese habent: ita non tantum forma in matrimonio est contrahendo spectanda; oculis ducenda vxor: verum etiam ad animum respiciendum. Neque enim quicquam pulchritudo iuuat, cum mentem quis bonam non habet. *Eurip. in Oedipo.* Nec corporis deformitate animus fœdatur; sed pulchritudine animi corpus ornatur. *Seneca Epistola 67.* Et est felix nigredo, quæ mentis candorem habet. *Bern. Sermone 2. in Cant. Cant.* Et sunt sæpe, corpus si respiciatur, Nereo nonnunquam pulchriores multæ: quod si vero animum consideres, plus quam Thersiticum phlemma reperies. *Suidas & Erasmus Chiliad. 4. Centuria 3.* Plena deinde superbiæ res est formosa mulier. *Menander.* Et,

Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam.
Ouidius lib. 1. Fast.

Tum hæc ipsa pulchritudo perit facile: est egregium, sed ὀλιγοχρόνιον, exigui temporis bonum. *Isocrates ad Demonicum.* Membra mortalia circumferimus: & tandem terra, finis omnium, subitura. *Pind. Nemeorum Oda 11.* Et,

Forma bonū fragile est; quantumq; accedit ad annos,
Fit minor: & spatio carpitur illa suo.
Nec semper viola: nec semper lilia florent:
Et riget amissa spina relicta rosa.

Huc accedit & illud: quod sæpenumero

Lis est cum forma magna pudicitiæ. *Ouid. Epist. 15.*

Neque firmus esse amor potest pulchritudine contractus, nisi bonis moribus foueatur. Idem hîc quod igni accidit: qui in paleis & leporinis pilis facile accenditur;

tur; ſed ſubito rurſus extinguitur. *Plutarchus in Præceptis Coniugalibus.*

Nec præter hæc illud negligendum, quod non raro pulchritudo in periculum, cum ipſas fœminas, tum illarum maritos conijcit. Exemplo ſit Abraham, *Geneſ. 12. cap.* ideoque non vxorem, ſed ſororem ſuam appellari eam voluit: & Iſaacus, *Geneſ. 26. cap.* Vriæ quoque exitium atque interitum attulit Berſabeæ pulchritudo, *Regum 2. cap. 11.* Quin & ſuſpiciones oriuntur & Zelotypiæ, quæ acriter pungunt ac mordent: liberum atque tranquillum ducere ſpiritum nō ſinunt. Ita Paulino exitio fuit pomum ab Eudocia Auguſta, Theodoſij Iunioris vxore, dono miſſum. *Cedrenus.* Ita Carolus Craſſus Imp. vxorem Richardem, Scotiæ regis filiam, Zelotypus innocentem ac caſtam à ſe dimiſit: quæ acceptis bonis ſuis in Alſatia monaſterium conſtruxit ſacrarum virginum, quod hodie Andalauu nominatur. *Cuſpinianus.* Et Henricus II. Imp. qui ſuſpectam coniugem ſuam Conegundam habuit, quam ante vnice dilexerat: quæ tamen pudicitiam coniugalem ferro ignito comprobauit. *Crantzius lib. 4. cap. 5. Metropoleos.*

Et tandem plurimi reperiuntur deformes, ingenio interim præſtanti præditi. Vt Philopœmenes, dux Græcorum admodum deformis: at rei militaris peritia inſignis & clarus. *Plutarchus in vita Philopœmenis.* Æſopus, niger quidem; at ingenioſus. Et Socrates ſimis naribus, calua fronte, repandis cruribus præditus: ſapientiſſimus vero omnium, etiam Apollinis oraculo, iudicatus. Vbi natura, quod denegauit in vno, in altero compenſauit. *Cælius lib. 8. Plinius lib. 36.* Neque Anacharſidis reſponſum prætereundum: qui cum quidam ei obieciſſet, quod vxorem admodum deformem duxiſſet: idem & ſibi videri affirmauit: ſed puerum porrigere meracius poculum iuſſit, vt illam formoſam faceret. *Athen. lib. 10.*

QVAESTIO XXXIV.

VTRVM, IN VXORE DVCENDA, adornatum ac splendorem respiciendum?

Pro ornatu muliebri. Non vtique negligendus in vestitu cæterisque rebus ornatus videtur. Siquidem primo in omnibus hic alijs placet: etiam inde mundus, κόσμος, nomen habet. Frugalis deinde mulier, munditiem vt nō negligat, necesse habet. Quod si, vt morositas eius honestatem iniucundam reddit; ita sordes quoque inuitam frugalitatem efficiunt. *Plut. in præceptis coniug.* tum vnicum solatium sexus fœmineus in ornatu positum habet. Neque enim Magistratus gerere: non sacerdotia, non insignia, dona aut spolia bellica mulieribus contingere possunt: fœminarum insignia sunt mundicies, ornatus, cultus: his gaudent & gloriantur. *Liuius Decad. 4. lib. 4. in Oratione Valerij.* Postremo naturalis aliquid pudoris atque indignationis habet, quod alijs licet, sibi non licere: pudor enim pessimus oritur vel paupertatis vel parsimoniæ. *Liuius ibid.*

Contra ornatum. Sed vt ornatus honestus ac moderatus non est negligendus: ita non spectandus solus, aut laudandus immoderatus ac nimius est. Rebus enim publicis luxus ille nocet: & sunt duo diuersa vitia, quæ imperia euertunt; Auaritia ac Luxuria. *Cato apud Liuium, Decad. 4. lib. 4. 2.* Quæ nimium exornari postulant fœminæ, virum rapere docent, dum loculos eius exhauriunt. *Id ē* Reuera enim, quicquid muliebris mundus vocatur, sarcinæ viriles sunt. *Seneca lib. 1.* Naturalium Quæstionum. 3. Ornamentis eiusmodi & splendore vestitus voluptates excitantur: occasio peccandi datur. *Prouerb. 7.* Et nullarum prope preciosior cultus est, quam quarum pudor est finis. *Cyprianus de Disciplina Virginum. 4.* Decipiuntur ita multi adolescentes, dum ex nimio

nimio & fucato ornatu, ditiores ac præstantiores alijs esse videntur: vbi post error deprehensus, contemptum aliaque incommoda parit. Neque male tales nonnunquam cum Ægyptiorum conferri templis possunt: quæ splendida ac magnifica fuerunt atrijs, columnis, vestibulis, picturis, alijs: intus vero numinis loco, aut serpentem, aut felem, aut aliud aliquod animal ridiculum. *Clemens Alexandrinus, libro 3. Pædag. cap. 2.* Sæpenumero quoque 5. dum his rebus studetur, quæ ad ornatum ac splendorem faciunt, necessaria negotia negliguntur: quandoquidem nunquam mulier satis sibi ornata videtur. Vnde, qui sibi negotij quid comparare cupit, nauim & mulierem sibi comparare iubetur: eo quod nulla res plus negotij habeat. *Plautus in Penulo.*

Itaq; recte Spartani auri vsum mulierculis suis denegarunt. *Heraclides de Politijs.* Lysander, cum Siciliæ tyrannus Filiabus eius vestes pretiosas mitteret, dona ista repudiauit; quod diceret, ornatu hoc filias suas dedecorari potius, quam ornari. *Plut. in Præceptis Coniugalibus.* Et Phocionis vxor; cum aliæ aureos torques, monilia, cætera ornamenra ostenderent; dixisse fertur: Meus ornatus, meus maritus Phocion est. *Plutarch. in Phocione.* Cornelia quoque Gracchorum mater, cum Campana quædam matrona ei ostenderet monilia, anulos & gemmas suas; sermone eam traxit, donec è Schola liberi redirent; Et hæc, inquit, ornamenta mea sunt. *Val. Max. lib. 4. cap. 4.* Et reuera ornatus preciosissimus esse debet muliercularum, viri virtus. Neque lex Oppia apud Romanos mulieri concessit, vt plus semuncia auri possideret, aut versicolori vestimento vteretur. *Liuius lib. 34.* Sacræ quoque literæ ornatum mulierum nimium improbant, *Ecclesiast. 9. 1. Timoth. 2. 1. Petri 3.* animum mundum ornatumq; probe requirunt.

QVÆSTIO XXXV.

VTRVM IN FOEMINA DOCTRINA & eruditio probanda?

Contra fœminas doctas.

CONtrouersa etiam hæc inter literatos esse Quæstio solet. Et quidem contra doctas fœminas ista afferuntur: quod 1. harum eruditionem plerunq; libido ac lasciuia comitatur. Iuuenalis quoque displicere sibi in Satyris suis affirmat eruditas ac disertas: cum *Satyra 6.* scribit:

Non habeat matrona, sibi quæ iuncta recumbit
Dicendi genus, aut cursum sermone rotato
Torqueat Enthymema: nec historias sciat omnes.

Præterea cautæ quoq; & ingeniosæ fœminæ promptiores & acutiores esse solent ad struendas machinas, quibus viros decipiant. *Muret. Variarum Lect. lib. 8. c. 21.* Et apud Euripidem Hippolytus ita loquitur:

σοφὴν δὲ μισῶ· μὴ γὰρ ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις
εἴη φρονοῦσα πλεῖον, ἢ γυναῖκα χρή.

Pro doctis mulierib.

Contra quod literæ vtiles mulieribus, inde ostenditur: 1. quia disciplinæ id præcipuum habent, quod ab ineptis rebus ac studijs animos mulierum abducunt: Geometriæ gnaram saltationis pudeat; eademq; magicis incantationibus capi sese minime patiatur Platonicis & Xenophontæis disputationibus incantata. 2. Nisi semina honestæ doctrinæ concipiant & instituantur virorum opera, ipsæ ex sese opiniones absurdas & affectus prauos multos gignunt. 3. Celebres eruditione ac doctrina plurimæ fœminæ sunt factæ. *Plutarchus in Coniugalibus Præceptis.* Saba, Austri regina *lib. 3. Regum cap. 10.* Aspasia, magistra Periclis magni illius & Imperatoris & Oratoris. *Plut. in Pericle:* Aganice, Astronomiæ peritissima. *Plutarchus in Præceptis Coniugalibus.* Callistrata Lesbia. *Athenæus libro . cap. 14.* Cornelia mater Gracchorum, quæ filios eloquentes reddidit. *Cicero in Bruto.* Cornelia, Pompeij

Fœmina literatæ.

vxor.

vxor. *Plutarchus in Pompeio.* Daphne, Tiresiæ filia, ex cuius versibus multa Homerus mutuatus dicitur. *Diodor. Siculus lib. 5.* Hippias, hospita Lycurgi. *Plut. in Lycurgo.* Hortensia, Hortensij filia, eloquentia clara. *Appianus libro 4. bellorum ciuilium. Quint. lib. 1. cap. 1.* Lælia C. Gracchi filia. *Cic. in Bruto.* Olympia morata. *Gyraldus lib. 2. de Poëtis nostri temporis.*

QVÆSTIO XXXVI.

VTRVM RELIGIONIS DIVERsitas possit aut debeat matrimonium impedire?

Rationes in affirmantem sententiam.

ADferri vtramque in partem rationes hac in quæstione poterunt. Et quidem in affirmantem istæ: quod 1. DEVS Israëlitis concedit, vt alienigenas vxores ducant: sed ita, vt prius illarum capita radantur, vngues non resecentur, mutent vestes. *Deut. 21.* Deinde Apostolus *1. Corinth. 7.* non facit potestatem fideli coniugi, vt ab infideli abeat, si modo is vna habitare velit: quod sanctificatus sit vir infidelis per mulierem fidelem. Tum & exempla adsunt eorum, qui cum diuersæ religionis hominibus matrimonia contraxerunt. Salomon rex vxorem habuit filiam Pharaonis, Ægypti regis, *Reg. 1. cap. 3.* Et Samson de filiabus Philistiim vxorem duxit, *Iudicum 14.* Longobardorum quoque regina Theodelinda pia sua opera Eutharin, primum maritum suum ad veram pietatem pronum reddidit: etiam posteriorem. Agilalphum à malorum dæmonum cultu abstraxit: Longobardos ad veram fidem redegit: exactos Episcopos reduxit. *Auentinus lib. 3. Boiorum Annalium. Bonfinius lib. 8. Decad. 1.* Clotildis, regina Franciæ, Clodoueum regem, maritum suum ad sacræ religionis cultum induxit. *Æmylius.* Iuguldis, soror Childeberti, Francorum regis, Hermogildum Go-

thorum regis filium, maritum suum ad Christianam religionem conuertit. *Volaterranus.*

Pro negante sententia

In contrariam vero ac negantem sententiam ista adduci posse videntur: quod 1. Mandatum DEI expressum est: non sociabis cum gentibus coniugia. Et Apostolus non vult iugum iniri cum infidelibus. *1. Corinth.6.* Ibidem exigit: vt qui volunt nubere, nubant in DOMINO. 2. Exempla sunt in promptu piorum, qui à coniugijs eiusce modi abhorruerunt. Abrahamus noluit filio suo dare vxorem de Cananæorum filiabus, *Genes. 24.* Et Isaacus filium Iacobum coniugij causa in Mesopotamiam misit. *Genes. 28.* 3. Sequuntur, secus si fiat, incommoda & multa & magna. Traducuntur ad religionem diuersam & idololatriam non pauci. Ita ductis Cananæorum filiabus Baalim & Astaroth inseruierunt Israëlitæ. *Iudic. 3.* Solomo, omniũ sapientissimus, deceptus [illegible] Ethnicis mulieribus, deos colere alienos cœpit, *1. Regum. 11.* Ioramus, Iudæorum rex, ducta in vxorem Athalia, Achabi Israëlitarum filia ad Idolomaniam inductus fuit, *Reg. 4. cap. 8. & Paralipomen. 2. cap. 21.* Achabus, Iezabelis, coniugis impiæ, consilia secutus, Prophetas trucidauit, Baal seruiuit, eidem lucos, & aras & templa constitui passus est, *Reg. 1. 16. cap.* Valens itidem Imperator nullam aliam ob causam quam persuasione vxoris suæ, Arrianus factus est. *Theodoretus lib. 4. cap. 12. Socrates lib. 4. cap. 2.* Cumq; Matrimonij vinculum sit 4. CONCORDIA: ad hanc ipsam retinendam ac conseruandam plurimum consensus in religione facit: vt contra coniuges sæpe seiuges fiunt de hac ipsa dissensione facta, semina rixarum perpetuarum oriuntur: maxime, vbi ad liberorum peruentum educationem fuerit: euadunt hi aut contemptores religionis, aut simulatores ac hypocritæ. Ita Sephora, vxor Mosis, improbans circumcisionem, eũ sponsum sanguinum vocat, *Exod. 4.* Et inter Constantinum Copronymum & eius vxorẽ Irenem perpetuæ lites

lites & contentiones fuerunt: cum Imperator Iconomachus, Imperatrix vero Iconolatra esset. *Cuspinianus in Cæsaribus.* Sed & 5. hæc ipsa res facit: vt, quod alias dicitur, sume tibi parem, minime fiat: nec sit vnum velle aut nolle, vna fides, vna disciplina inter coniuges. *Tertullianus ad coniugem suam.* Impediantur ad hæc preces. *Ambrosius epistola 3. ad Vigelium.* Boni mores corrumpantur colloquijs prauis, disparia sint matrimonia, de religione dissensiones oriantur. *Tertullianus ad coniugem suam.* Denique & in Iure Canonico *causa 28. quæstione 1.* de Nuptijs & coniugio cum infideli, pluribus agitur.

QVAESTIO XXXVII.

VTRVM IN MATRIMONIO CONtrahendo cognationis & sanguinis communionis ratio habenda?

Pro nuptijs incestuosis rationes.

ET hæc in controuersiam venire sæpenumero Quæstio solet. Ac sane gentes ferunt reperiri, in quibus & nato genitrix, & nata parenti iungitur: Vt pietas geminato crescat amore. *Ouid. 10. Metamorph.* Fuerunt matrimonia incestuosa concessa liberis cum parentibus, sororibus cum fratribus apud Babylonios. *Alex. ab Alexandro. libro. 1. cap 24.* Et Persæ filias, sorores, matres quoque in connubij iura admiserunt. *Cælius lib. 8. cap. 18.* Et sororem vxorem Mithridates rex habuit. *Strabo lib. 14.* Cambyses quoque, qui, *vti Herodotus refert*, cum consuleret sapientes suos, an hoc facere liceret: responsum tulit, legem nullam esse, quæ iubeat hoc facere: sed esse aliam, qua liceat Persarum regi facere, quicquid velit. Et Antoninus Caracalla nouercam duxit, cum audiret, Imperatoris esse leges dare, non accipere. *Xiphilinus & Ælius Spartianus in eius vita.*

Contra Nuptias incestuosas.

Verum sunt in contrariam partem quæ faciunt, rationes istæ: quod pugnat istud primo cum lege diuina, qua certi gradus matrimonij cōstituuntur. *Deut. 18. & Leuit.*

Leuit.20. Deinde cum legibus ciuilibus & Romanis, quæ cum de nuptijs & coniugio agunt, à quorundam matrimonijs abstinendum esse monent: nō posse contrahi nuptias statuunt eas inter personas, quæ parentum, aut liberorum inter se locum obtinent. *Vt lib.1. Instit.tit.10.de nuptijs. Et lib.5. Cod. tit.5. de Incestis & inutilibus nuptijs*: vbi pœna quoque constituitur incestas nuptias contrahentis: confiscatio bonorum, tam cæterorum, quam dotis, exilium etiam, & cinguli (si quo potitur) spoliatio: verberatio quoque, si vilis est. Fœmina quoque talia scienter peccante, simili pœnæ subiuganda. *Et in Nouellis Constitutionibus, Constitutione duodecima, titulo septimo, de Incestis & nefarijs nuptijs.* Vbi ærario bona adsignantur, etiam illa, quæ dotis data nomine sunt: eo quod cum licuerit nuptias facere legitimas, contra leges amouerit, & confuderit quidem sobolem: nocuerit autem & generi: egerit vero impia, sicut & scelesta: & talia concupierit, qualia plurima etiam irrationabilia amouent animalia: vltra terminum traditum nobis à natura amarit. Tum & Philosophi saniores nuptias tales improbant: & Plato partus ex incestuosis nuptijs natos exponi, non ali, vult in Republ. *lib.5. de Repub.* Xenophon quoque legem hanc esse latam diuinitus scribit, vt non misceantur parentes cum liberis: nec hi cum illis, *lib.3. de Dictis Memorabilibus.*

Accedunt huc quoque rationes: quod 1. cum gradus seruantur in matrimonio certi, societatis humanæ latius vincula propagantur. *August. lib. 15. de Ciuitate* DEI, *cap.16.* 2. A nuptijs fiunt auctiones familiarum & necessitudinum: quia multos sibi propinquos reddunt, vltro citroque filias qui dant & accipiunt. *Plutarchus in Probl.* 3. Infirmæ mulieres varios patronos requirunt: vbi non ita prompta sunt auxilia cognatorum, si contra cognatos querelæ moueantur, aut certe grauia oriuntur dissidia. *Idem ibid.* 4. Etiam na-

tura

tura hoc requirit, quæ docet inceſtuoſas nuptias vitare quoque in brutis animalibus: vt de Camelis, equis, & nonnullis alijs ſcribunt *Ariſtoteles lib. 9. hiſt. animalium, Plinius lib.8. cap.42. Varro de re ruſt.lib.2. cap.7.* Nec 5. Turpius quicquam eſt confuſione gentium. *Iſichius lib.5.in Leuiticum.* Et 6. Tragici exitus plerumque ſunt eorum, qui inceſtuoſis nuptijs ſeſe polluunt. Exemplo ſit: Cambyſes rex Perſarum, qui ſororem coniugem cum duxiſſet, ſibiipſi manus intulit, cum caſu quodam inſilienti in equum gladij vagina excidit, gladius nudatus eius femur perſtrinxit. *Herodotus lib.3.* Et Caligula, qui cum omnibus ſororibus ſtupri conſuetudinem habuit: poſt miſere trucidatus à Caſſio Chærea, à populo multis confectus vulneribus fuit. *Xiphilinus, Dion, Suetonius.*

QVÆSTIO XXXIIX.

QVÆNAM IN MATRIMONIO AC *coniugio obſeruanda tam marito, quam vxori: vt pax & concordia ſeruetur?*

VT de ijs, quæ in matrimonijs contrahendis obſeruanda, Quæſtiones aliquot motæ hactenus fuerunt; ita & hæc neceſſario mouetur: Quænam in contractis iam matrimonijs ſint tam à viro, quam vxore obſeruanda: vt ſecunda illa ſanctaque fiant. Primum autem à Maritis requiritur HVMANITAS: ne iniurioſe ac ſeruiliter, ſed amice tractent vxores. Non ſint vt leones in ædibus ſuis. *Syracid.4.* nec amari erga coniuges. *Coloſſ.3.* ſed cum ea cohabitent ſecundum ſcientiam. *1.Petri 3.* Rationes iſtæ ſunt: quia 1. imperare mariti debent vxoribus, non vt domini rei, quam poſſident: ſed vt animus corpori, ijſdem affectibus obnoxius & beneuolentia deuinctus. *Plutarchus in præceptis coniugalibus.* 2. Parcendum muliebri imbecillitati: honos

Maritorũ officia. 1. Humanitas in vxorem.

honos habendus mulieribus, vt infirmioribus vasculis. 1. *Petri* 3. & ijs, quæ etiam cohæredes sunt gratiæ vitæ. *Idem ibid* Secus si fiat, preces impediuntur. *Ibid.* 3. De Romuli veteri lege, Mulier, viro legitime coniuncta, fortunarum ac sacrorum socia illi est. vtque domus ille dominus; ita hæc domina habetur. Iniuria 4. nulla vxor si afficiatur, neque maritus afficietur: quæ lex communis est. *Aristoteles Oeconom.* 1. *cap.* 4. Æquum quoque 5. vt omnis iniuriæ & violentiæ opinio ab ea absit, quæ supplicij instar est, ac tanquam è foco deducta. *Aristoteles ibid.* Quamque parentes, omnibus relictis, matre, domo, mariti dexteræ committunt. *Chrysost. Homilia* 26. *in primam ad Corinth.* Nec sine causa barbari ab Aristotele reprehenduntur, qui eodem loco vxores, quo seruos suos, habent. *Polit.* 1. *cap.* 1.

Vtrum liceat vxores verberare aut alias tractare duriter.

Vnde & illud facile intelligitur, de ijs quid sit iudicandum, qui vxores suas aut verberant, aut alias duriter atque iniuriose tractant. Peccare maritos tales his rationibus probatur: quod 1. nullum, vt Poëta ait, memorabile nomen fœminea in pugna est, nec habet victoria laudem. 2. *Æneid.* 11. Verberare vxorem, ignominia vltima. Neque enim animus eius, quæ verberatur, sed qui verberat, spectatur. *Chrysost. Homilia* 26. *in* 1. *ad Corinthios.* 3. Natura subiecit fœminam, non vt seruam, sed vt sociam; non ad mancipium, sed vitæ libertatem. *Aristoteles Polit.* 1. *cap.* 8. 4. Adhibitis verberibus morbus non tollitur, sed augetur & exasperatur: quia ita comparatum est, vt in vetitum semper nitamur, negata cupiamus. *Elegia* 4. *libro* 3. *amorum.* 5. Sunt vindictæ alias muliereulæ cupidæ; neque hac quisquā magis quā fœmina gaudet *Iuuenalis Satyra.* 13. Vnde ad venena, & homicidia, & desertiones maritorum sæpe venire vxores, experientia testatur. Et hac 6. de causa Cato vir parum alias sexui fœmineo amicus, propter domestica mala nō esse verberandas vxores contendit: hoc qui faciunt, non minus peccare dixit at-

xit atq; eos, qui Deorum simulachra polluunt. *Plutarchus in illius vita. Tiraquellus lege connub. 8. num. 10.* Possunt 7. etiam alia ratione corrigi fœminæ: admonitione scilicet amica & graui. Itaque veteres in nuptijs Mercurium iuxta Venerem collocarunt: vt ostenderent, matrimonij iucunditatem maxime oratione egere: itemq; Suadam & Gratias, vt docerent: Coniuges inuicem, quæ vellent, impetrare debere, persuadendo, non pugnando. *Plut. in præceptis coniugalibus, Cælius lib. 18. cap. 18.* Iunoni quoque nuptiali sacra cum facerent, è victima fel exemptum post aram abiecerunt: vt ostenderent, bilem & iram abesse à coniugio debere. *Cœlius lib. 28. cap. 21.* Potest deinde & exēplo correctio & emendatio fieri. Vt enim Dominus, qui cultor est Musarum, Musicos multos facit: ita vir, voluptatibus deditus, intemperantem vxorem reddit: amator honestatis ac probitatis, modestam & pudicam facit. *Plut. in præceptis coniug. & Tiraquellus lege connubiali 8. num. 10.*

Itaque vituperandus merito Cotys Thraciæ rex est, qui eam in crudelitatem deuenit: vt vxorem, ex qua iam filias susceperat, & humaniter atq; amice viginti quatuor annis vixerat, mediam consciderit. *Suidas*. Et Nero, qui Octauiam, Claudij Cæsaris filiam à se vt sterilem dimisit, relegauit, tandem occidit: Poppæam post Sabinam in vxorem ductā calcis ictu interemit: interfecit Antoniam. *Suetonius in eius vita, Tacitus lib. 6.* Et Præmislaus Dux maior Poloniæ, per pedissequas Lutgardin vxorem iugulari curauit, quod nullos ex ea liberos susciperet. Quasi vero in arbitrio id sit cuiusquam: non diuinitus liberi concedantur. *Cromerus lib. Hist. Polon. 10. & 11.*

II. Quod à Marito requiritur est, DIVINVS CVLTVS, VOTA, preces. Quia enim rem bene gerentibus diuino opus auxilio est: colendus ac rogandus DEVS est, vt largiatur ac tribuat 1. prosperā valetudinē & vires corporis. 2. honorē in ciuitate 3. beneuolentiam

2. NVMINIS *Diuini cultus & inuocatio.*

tiam in amicorum animis. 4. salutem non inhonestam in belli periculo. 5. incrementum sine crimine in re familiari. *Xenophon in Oeconom.* Quo cum etiam sacræ literæ consentiunt; quæ primum regnum DEI & iustitiam eius quærere iubent. *Matth.c.6.* Benedictionem DOMINI diuites facere affirmant. *Prouerb.10.*

3. Valetudinis cura. III. VALETVDINIS CVRA postulatur: ad quam opus labore ac temperantia est. Labore, vt negotia necessaria, nunc pedetentim, nunc cursim peragantur. Temperantia, vt tantum cibi potusque sumatur: vt neque vacuus, neque nimium plenus diem quis exigere possit.

4. Opes. IV. Marito cogitandum quoq; de OPIBVS est: quandoquidem

Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum:
Ac (velut exhausta rediuiuus pullulet arca
Nummus, & è pleno semper tollatur aceruo)
Non vnquam reputat, quanti sua gaudia constent.
Iuuenalis Satyra 6.

Et iucundum est opibus Deos magnifice honorare, amicis inopia laborantibus adesse, ornare vrbem ac patriam: & hoc qui præstant, prudentes, fortes, ac maturi viri iudicantur. *Xenophon in Oeconom.* Neque viri, sed viduæ est: bona sua imminuere. *Plut. in vita Catonis.* Ita tamen, vt modo opes bono comparentur. Optima enim illa familia est iudicanda: in qua opes non iniustæ possidentur: nec mala fide custodiuntur: nec propter sumptus pœnitentiam afferunt. *Solon in Conuiuio septem sapientum.*

5. Famulorum tractatio diligens. V. Etiam ratio marito tenenda, qua MINISTRI AC FAMVLI tractandi sunt. Instituendi vero hi ad beneuolentiam, diligentiam & Iustitiam: ad beneuolentiam, laude & liberalitate: ad diligentiam, delectu instituto: vt deligantur magis auari, quam aut ebrietati, aut luxui, aut etiam somno dediti. Etsi enim Catoni placuerint serui, qui dormitarint, quod tales esse placidiores

diores putaret, quam peruigiles, & ad omnia negocia iudicaret aptiores, qui somno essent defuncti, quam qui eo indigerent: tamen hæc, quæ diximus, omnia negotiorum & officiorum obliuionem inducunt. Ad Iustitiam denique allatis legibus, quæ pœnas improbis, præmia bene agentibus constituunt. *Xenophon in Oeconomicis.*

Sed & sexto loco maxime diligentia necessaria est. Etsi enim Thales, septem Sapientum vnus, dixerit, optimam illam domum esse, in qua otij plurimum domino agere liceat. *Plut. in septem Sapientum Conuiuio:* tamen boni est patrisfamilias, prius cubitu surgere: postremo cubitum ire: non secus atque vrbem, domum nunquam relinquere. *Aristot. in Oecon. Cato cap. 4. de re Rustica.* Rationes hæ sunt: quod 1. noctu surgere, adhibere curam & diligentiam, quæstuosum ac magnum vectigal est. *Xenophon in Oecon.* Facit ad rem augendam familiarem, non minus atque ad sanitatem conseruandam. *Arist. in Oecon.* Est 2. primarium mariti opus, ne cuiquam alteri familiam suam regendam committat: verum sibi partes priores sumat. *Plato in Dialogo; Amatores, seu de Philosophia.* Qui 3. quoque solutus ac negligens est paterfamilias, alios reddere diligentes atque sedulos non potest: non secus atque rudis & imperitus Musices, reliquos Musicam docere nequit. Nec male dicitur: Oculus Domini pinguem equũ reddit. *Arist. in Oeconomicis, lib. 1. cap. 6.* Accedit huc 4. & illud: quod nulla bona imitatio sine exemplo esse potest: ideoque sine Dominorum diligentia, reliqui in familia diligentes esse non solent. *Idem ibid.* Et DEVS 5. propterea animum ac corpus virorum sic condidit: vt tolerantius frigora, æstus, itinera, militiam ferre possent: fecit robustiores, fortiores, audaciores: vt foris & in aperto victum quærere, propulsare iniurias valerent. *Aristot. lib. 1. Oecon. cap. 3. Xenophon in Oecon. Columella de re Rustica in præfatione lib. 12.* Idem 6. & irasci ijs

6. Diligentia.

solet, qui officium suum negligenter faciunt: Oeconomos somnolentos punit. *Xenophon in Oecon.* Ac deniq; in re familiari laboriosior quoque negligentia quã diligentia esse consueuit. *Columella lib. 12.*

7. Prudentia. VII. Etiam à marito ac patrefamilias requiritur PRVDENTIA ET SOLERTIA in emendo. Oportet enim hunc vendacem potius, quam emacem esse. *Cato de re Rustica cap. 2.* Quod si emere vult aliquid, puta prædium aliquod; leges hæ erunt obseruandæ; ne cupide emat, ne parcat visere, ne satis habeat semel circumire: animaduertat, vicini quo pacto vireant: circumspiciat, vti inde exiri possit: vti bonum cœlum habeat: non calamitosum sit: solo bono valeat, sua virtute: sit sub radice montis, spectet meridiem, loco salubri bonum aquarium habeat: oppidum prope validum, aut mare, aut amnis aut via bona & celebris: sit ijs in agris, qui non dominos mutent, aut quos pigeat vendidisse: & bene ædificatum: statuatur denique melius emi de domino, colono & ædificatore bono. *Cato de re Rustica, cap. 1.*

In emendo quænã obseruanda?

Quæ consideranda in colendo? Deinde etiam in colendo Solertia quadam opus est: vbi duo spectanda; an fructus pro impensis ac labore redire possint: & vtrum salubris sit locus, an non. Alterutrum enim horum si decedat, & nihilominus quis colere vult: mente captus est. *Varro de re Rustica lib. 1. cap. 2.* Et Aqua, vt illa sit salubris ac facilis, non à lacunis aut palude ducatur: non originem à metallis sumat: sed perspicua sit colore: non vitiosa sapore, aut odore: non limum adiunctum habeat. *Palladius lib. 1. cap. 4.* Etiam Terra, vt huius gleba sit putris, & fere nigra, non alta & nuda. *Idem cap. 6.*

Quæ spectanda in ædificando? Tum & in Ædificando prudenter vt agat paterfamilias necesse est. Diu cogitare oportet, antequã ædifices: ita ædificandũ, ne villa prandiũ quærat: aut fundus villã. *Cato de re Rustica cap. 3. Palladius libro 1. cap. 8.* Et iudicanda illa domus bona, quæ vsui ac voluptati inhabita-

habitatoribus est: æstate frigida, hyeme calida *Xenophon de dictis & factis memorabilibus.*

Quarto in conficiendis operibus Boni patrisfamilias quoq; munus est ac officium curare, vt omnia mature conficiantur. Nam res rustica sic est: si vnam rem sero feceris, omnia opera sero facies. *Cato de re Rustica cap. 8.* *Quæ in conficiendis negotijs obseruanda?*

Est quinto & hoc necessarium: ne Dominus vnaquaque in re tenax sui sit iuris: neque vindicet, quicquid licet. Nam summum ius antiqui summam crucem putarunt. Nec etiam rursus in totum remittat: quemadmodum vel optima nomina non appellando fieri mala solent: vt Alphonsus fœnerator dixisse fertur. *Columella libro 1. de re Rustica, cap. 3.* *Quæ in puniendo spectanda?*

Postremo etiam in sumptibus faciendis prudens paterfamilias erit. Recte enim dicitur: Tanquam moriturus, bonis tuis fruere: tanquã vero semper victurus, parce tuis possessionibus. Est autem sapiens hic, qui ambo hæc cognoscens, parsimoniæ, & sumptus mensurã aptat. *Lucianus.* Ideoq; sumpt⁹ ita facit, vt reditus nõ excedant. *Xenophon in Oeconomicis.* Laudantur in Historijs: Cyrus, Traianus, Alexander Seuerus Impp. qui sumptus aulicos contraxerunt: non nisi necessarios retinuerunt: aulæ tineas, scurras, adulatores, architectos voluptatum non tulerunt. *Plinius in Panegyrico, Heresbachius de erudiendis Principum liberis cap. 2.* Et Augustus Cæsar veste non temere alia quam domestica vsus est. *Suet.* Et de Ludouico Germaniæ rege scribitur: quod armorum apparatus, quam conuiuiorum studiosior fuerit: plus ferrum, quam aurum dilexerit: vsum auri sericique præcipue militibus ademerit. Si quem in exercitu sericatum aut inauratum conspexerit, dicere solitus fuerit: Eho mortalium stultissime: non satis est tibi, solus vt pereas: nisi & res tuas hostib. tradas, atq; eos locupletes, quo diutius faciliusq; nobis resistant. *Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum.* *Quæ in sumptibus faciendis?*

thorum regis filium, maritum suum ad Christianam religionem conuertit. *Volaterranus.*

Pro negante sententia In contrariam vero ac negantem sententiam ista adduci posse videntur: quod 1. Mandatum DEI expressum est: non sociabis cum gentibus coniugia. Et Apostolus non vult iugum iniri cum infidelibus. *1. Corinth.6.* Ibidem exigit: vt qui volunt nubere, nubant in DOMINO. 2. Exempla sunt in promptu piorum, qui à coniugijs eiuscemodi abhorruerunt. Abrahamus noluit filio suo dare vxorem de Cananæorum filiabus, *Genes. 24.* Et Isaacus filium Iacobum coniugij causa in Mesopotamiam misit. *Genes. 28.* 3. Sequuntur, secus si fiat, incommoda & multa & magna. Traducuntur ad religionem diuersam & idololatriam non pauci. Ita ductis Cananæorum filiabus Baalim & Astaroth inseruierunt Israëlitæ. *Iudic.3.* Solomo, omniũ sapientissimus, deceptus [illegible] Ethnicis mulieribus, deos colere alienos cœpit, *1. Regum. 11.* Ioramus, Iudæorum rex, ducta in vxorem Athalia, Achabi Israëlitarum filia ad Idolomaniam inductus fuit, *Reg. 4. cap. 8. & Paralipomen. 2. cap. 21.* Achabus, Iezabelis, coniugis impiæ, consilia secutus, Prophetas trucidauit, Baal seruiuit, eidem lucos, & aras & templa constitui passus est, *Reg. 1. 16. cap.* Valens itidem Imperator nullam aliam ob caussam quam persuasione vxoris suæ, Arrianus factus est. *Theodoretus lib. 4. cap. 12. Socrates lib. 4. cap. 2.* Cumq; Matrimonij vinculum sit 4. CONCORDIA: ad hanc ipsam retinendam ac conseruandam plurimum consensus in religione facit: vt contra coniuges sæpe seiuges fiunt de hac ipsa dissensione facta, semina rixarum perpetuarum oriuntur: maxime, vbi ad liberorum peruentum educationem fuerit: euadunt hi aut contemptores religionis, aut simulatores ac hypocritæ. Ita Sephora, vxor Mosis, improbans circumcisionem, eũ sponsum sanguinum vocat, *Exod. 4.* Et inter Constantinum Copronymum & eius vxorẽ Ireneam perpetuæ lites

lites & contentiones fuerunt: cum Imperator Iconomachus, Imperatrix vero Iconolatra esset. *Cuspinianus in Cæsaribus.* Sed & 5. hæc ipsa res facit: vt, quod alias dicitur, sume tibi parem, minime fiat: nec sit vnum velle aut nolle, vna fides, vna disciplina inter coniuges. *Tertullianus ad coniugem suam.* Impediantur ad hæc preces. *Ambrosius epistola 1. ad Vigelium.* Boni mores corrumpantur colloquijs prauis, disparia sint matrimonia, de religione dissensiones oriantur. *Tertullianus ad coniugem suam.* Denique & in Iure Canonico *causa 28. quæstione 1.* de Nuptijs & coniugio cum infideli, pluribus agitur.

QVAESTIO XXXVII.

VTRVM IN MATRIMONIO CONtrahendo cognationis & sanguinis communionis ratio habenda?

Pro nuptijs incestuosis rationes.

Et hæc in controuersiam venire sæpenumero Quæstio solet. Ac sane gentes ferunt reperiri, in quibus & nato genitrix, & nata parenti iungitur: Vt pietas geminato crescat amore. *Ouid. 10. Metamorph.* Fuerunt matrimonia incestuosa concessa liberis cum parentibus, sororibus cum fratribus apud Babylonios. *Alex. ab Alexandro. libro. 1. cap 24.* Et Persæ filias, sorores, matres quoque in connubij iura admiserunt. *Cælius lib. 8. cap. 18.* Et sororem vxorem Mithridates rex habuit. *Strabo lib. 14.* Cambyses quoque, qui, *vti Herodotus refert,* cum consuleret sapientes suos, an hoc facere liceret: responsum tulit, legem nullam esse, quæ iubeat hoc facere: sed esse aliam, qua liceat Persarum regi facere, quicquid velit. Et Antoninus Caracalla nouercam duxit, cum audiret, Imperatoris esse leges dare, non accipere. *Xiphilinus & Ælius Spartianus in eius vita.*

Contra Nuptias incestuosas.

Verum sunt in contrariam partem quæ faciunt, rationes istæ: quod pugnat istud primo cum lege diuina, qua certi gradus matrimonij cōstituuntur. *Deut. 18. & Leuit.*

Leuit.20. Deinde cum legibus ciuilibus & Romanis, quæ cum de nuptijs & coniugio agunt, à quorundam matrimonijs abstinendum esse monent: nō posse contrahi nuptias statuunt eas inter personas, quæ parentum, aut liberorum inter se locum obtinent. *Vt lib.1. Instit.tit.10.de nuptijs. Et lib.5. Cod. tit.5. de Incestis & inutilibus nuptijs*: vbi pœna quoque constituitur incestas nuptias contrahentis: confiscatio bonorum, tam cæterorum, quam dotis, exilium etiam, & cinguli (si quo potitur) spoliatio: verberatio quoque, si vilis est. Fœmina quoque talia scienter peccante, simili pœnæ subiuganda. *Et in Nouellis Constitutionibus, Constitutione duodecima, titulo septimo, de Incestis & nefarijs nuptijs.* Vbi ærario bona adsignantur, etiam illa, quæ dotis data nomine sunt: eo quod cum licuerit nuptias facere legitimas, contra leges amouerit, & confuderit quidem sobolem: nocuerit autem & generi: egerit vero impia, sicut & scelesta: & talia concupierit, qualia plurima etiam irrationabilia amouent animalia: vltra terminum traditum nobis à natura amarit. Tum & Philosophi saniores nuptias tales improbant: & Plato partus ex incestuosis nuptijs natos exponi, non ali, vult in Republ. *lib.5. de Repub.* Xenophon quoque legem hanc esse latam diuinitus scribit, vt non misceantur parentes cum liberis: nec hi cum illis, *lib.3. de Dictis Memorabilibus.*

Accedunt huc quoque rationes: quod 1. cum gradus seruantur in matrimonio certi, societatis humanæ latius vincula propagantur. *August. lib. 15. de Ciuitate* DEI, *cap.16.* 2. A nuptijs fiunt auctiones familiarum & necessitudinum: quia multos sibi propinquos reddunt, vltro citroque filias qui dant & accipiunt. *Plutarchus in Probl.* 3. Infirmæ mulieres varios patronos requirunt: vbi non ita prompta sunt auxilia cognatorum, si contra cognatos querelæ moueantur, aut certe grauia oriuntur dissidia. *Idem ibid.* 4. Etiam natura

tura

tura hoc requirit, quæ docet incestuosas nuptias vitare quoque in brutis animalibus: vt de Camelis, equis, & nonnullis alijs scribunt *Aristoteles lib. 9. hist. animalium, Plinius lib.8. cap.42. Varro de re rust.lib.2. cap.7.* Nec 5. Turpius quicquam est confusione gentium. *Isichius lib.5.in Leuiticum.* Et 6. Tragici exitus plerumque sunt eorum, qui incestuosis nuptijs sese polluunt. Exemplo sit: Cambyses rex Persarum, qui sororem coniugem cum duxisset, sibiipsi manus intulit, cum casu quodam insilienti in equum gladij vagina excidit, gladius nudatus eius femur perstrinxit. *Herodotus lib.3.* Et Caligula, qui cum omnibus sororibus stupri consuetudinem habuit: post misere trucidatus à Cassio Chærea, à populo multis confectus vulneribus fuit. *Xiphilinus, Dion, Suetonius.*

QVÆSTIO XXXIIX.

QVÆNAM IN MATRIMONIO AC *coniugio obseruanda tam marito, quam vxori: vt pax & concordia seruetur?*

VT de ijs, quæ in matrimonijs contrahendis obseruanda, Quæstiones aliquot motæ hactenus fuerunt; ita & hæc necessario mouetur: Quænam in contractis iam matrimonijs sint tam à viro, quam vxore obseruanda: vt secunda illa sanctaque fiant. Primum autem à Maritis requiritur HVMANITAS: ne iniuriose ac seruiliter, sed amice tractent vxores. Non sint vt leones in ædibus suis. *Syracid.4.* nec amari erga coniuges. *Coloss.3.* sed cum ea cohabitent secundum scientiam. *1.Petri 3.* Rationes istæ sunt: quia 1. imperare mariti debent vxoribus, non vt domini rei, quam possident: sed vt animus corpori, ijsdem affectibus obnoxius & beneuolentia deuinctus. *Plutarchus in præceptis coniugalibus.* 2. Parcendum muliebri imbecillitati: honos

Maritorũ officia.
1. Humanitas in vxorem.

honos habendus mulieribus, vt infirmioribus vasculis. *1. Petri 3.* & ijs, quæ etiam cohæredes sunt gratiæ vitæ. *Idem ibid* Secus si fiat, preces impediuntur. *Ibid.* 3. De Romuli veteri lege, Mulier, viro legitime coniuncta, fortunarum ac sacrorum socia illi est. vtque domus ille dominus; ita hæc domina habetur. Iniuria 4. nulla vxor si afficiatur, neque maritus afficietur: quæ lex communis est. *Aristoteles Oeconom. 1. cap. 4.* Æquum quoque 5. vt omnis iniuriæ & violentiæ opinio ab ea absit, quæ supplicij instar est, ac tanquam è foco deducta. *Aristoteles ibid.* Quamque parentes, omnibus relictis, matre, domo, mariti dexteræ committunt. *Chrysost. Homilia 26. in primam ad Corinth.* Nec sine causa barbari ab Aristotele reprehenduntur, qui eodem loco vxores, quo seruos suos, habent. *Polit. 1. cap. 1.*

Vtrum liceat vxores verberare aut alias tractare duriter.

Vnde & illud facile intelligitur, de ijs quid sit iudicandum, qui vxores suas aut verberant, aut alias duriter atque iniuriose tractant. Peccare maritos tales his rationibus probatur: quod 1. nullum, vt Poëta ait, memorabile nomen fœminea in pugna est, nec habet victoria laudem. *2. Æneid.* 11. Verberare vxorem, ignominia vltima. Neque enim animus eius, quæ verberatur, sed qui verberat, spectatur. *Chrysost. Homilia 26. in 1. ad Corinthios.* 3. Natura subiecit fœminam, non vt seruam, sed vt sociam; non ad mancipium, sed vitæ libertatem. *Aristoteles Polit. 1. cap. 8.* 4. Adhibitis verberibus morbus non tollitur, sed augetur & exasperatur: quia ita comparatum est, vt in vetitum semper nitamur, negata cupiamus. *Elegia 4. libro 3. amorum.* 5. Sunt vindictæ alias mulierculæ cupidæ; neque hac quisquā magis quā fœmina gaudet *Iuuenalis Satyra. 13.* Vnde ad venena, & homicidia, & desertiones maritorum sæpe venire vxores, experientia testatur. Et hac 6. de causa Cato vir parum alias sexui fœmineo amicus, propter domestica mala nō esse verberandas vxores contendit: hoc qui faciunt, non minus peccare dixit at-

xit atq; eos, qui Deorum simulachra polluunt. *Plutarchus in illius vita. Tiraquellus lege connub. 8. num.10.* Possunt 7. etiam alia ratione corrigi fœminæ: admonitione scilicet amica & graui. Itaque veteres in nuptijs Mercurium iuxta Venerem collocarunt: vt ostenderent, matrimonij iucunditatem maxime oratione egere: itemq; Suadam & Gratias, vt docerent: Coniuges inuicem, quæ vellent, impetrare debere, persuadendo, non pugnando. *Plut. in præceptis coniugalibus, Cælius lib. 18. cap. 18.* Iunoni quoque nuptiali sacra cum facerent, è victima fel exemptum post aram abiecerunt: vt ostenderent, bilem & iram abesse à coniugio debere. *Cælius lib. 28. cap. 21.* Potest deinde & exẽplo correctio & emendatio fieri. Vt enim Dominus, qui cultor est Musarum, Musicos multos facit: ita vir, voluptatibus deditus, intemperantem vxorem reddit: amator honestatis ac probitatis, modestam & pudicam facit. *Plut. in præceptis coniug. & Tiraquellus lege connubiali 8. num. 10.*

Itaque vituperandus merito Cotys Thraciæ rex est, qui eam in crudelitatem deuenit: vt vxorem, ex qua iam filias susceperat, & humaniter atq; amice viginti quatuor annis vixerat, mediam consciderit. *Suidas*. Et Nero, qui Octauiam, Claudij Cæsaris filiam à se vt sterilem dimisit, relegauit, tandem occidit: Poppæam post Sabinam in vxorem ductã calcis ictu interemit: interfecit Antoniam. *Suetonius in eius vita, Tacitus lib. 6.* Et Præmislaus Dux maior Poloniæ, per pedissequas Lutgardin vxorem iugulari curauit, quod nullos ex ea liberos susciperet. Quasi vero in arbitrio id sit cuiusquam: non diuinitus liberi concedantur. *Cromerus lib. Hist. Polon. 10. & 11.*

II. Quod à Marito requiritur est, DIVINVS CVLTVS, VOTA, preces. Quia enim rem bene gerentibus diuino opus auxilio est: colendus ac rogandus DEVS est, vt largiatur ac tribuat 1. prosperã valetudinẽ & vires corporis. 2. honorẽ in ciuitate 3. beneuolentiam

2. NVMINIS Diuini cultus & inuocatio.

tiam in amicorum animis. 4. salutem non inhonestam in belli periculo. 5. incrementum sine crimine in re familiari. *Xenophon in Oeconom.* Quo cum etiam sacræ literæ consentiunt; quæ primum regnum DEI & iustitiam eius quærere iubent. *Matth.c.6.* Benedictionem DOMINI diuites facere affirmant. *Prouerb.10.*

3. Valetudinis cura. III. VALETVDINIS CVRA postulatur: ad quam opus labore ac temperantia est. Labore, vt negotia necessaria, nunc pedetentim, nunc cursim peragantur. Temperantia, vt tantum cibi potusque sumatur: vt neque vacuus, neque nimium plenus diem quis exigere possit.

4. Opes. IV. Marito cogitandum quoq; de OPIBVS est: quandoquidem

Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum:
Ac (velut exhausta rediuiuus pullulet arca
Nummus, & è pleno semper tollatur aceruo)
Non vnquam reputat, quanti sua gaudia constent.
Iuuenalis Satyra 6.

Et iucundum est opibus Deos magnifice honorare, amicis inopia laborantibus adesse, ornare vrbem ac patriam: & hoc qui præstant, prudentes, fortes, ac maturi viri iudicantur. *Xenophon in Oeconom.* Neque viri, sed viduæ est: bona sua imminuere. *Plut. in vita Catonis.* Ita tamen, vt modo opes bono comparentur. Optima enim illa familia est iudicanda: in qua opes non iniustæ possidentur: nec mala fide custodiuntur: nec propter sumptus pœnitentiam afferunt. *Solon in Conuiuio septem sapientum.*

5. Famulorum tractatio diligens. V. Etiam ratio marito tenenda, qua MINISTRI AC FAMVLI tractandi sunt. Instituendi vero hi ad beneuolentiam, diligentiam & Iustitiam: ad beneuolentiam, laude & liberalitate: ad diligentiam, delectu instituto: vt deligantur magis auari, quam aut ebrietati, aut luxui, aut etiam somno dediti. Etsi enim Catoni placuerint serui, qui dormitarint, quod tales esse placi-

diores

diores putaret, quam peruigiles, & ad omnia negocia iudicaret aptiores, qui somno essent defuncti, quam qui eo indigerent: tamen hæc, quæ diximus, omnia negotiorum & officiorum obliuionem inducunt. Ad Iustitiam denique allatis legibus, quæ pœnas improbis, præmia bene agentibus constituunt. *Xenophon in Oeconomicis.*

Sed & sexto loco maxime diligentia necessaria est. Etsi enim Thales, septem Sapientum vnus, dixerit, optimam illam domum esse, in qua otij plurimum domino agere liceat. *Plut. in septem Sapientum Conuiuio:* tamen boni est patrisfamilias, prius cubitu surgere: postremo cubitum ire: non secus atque vrbem, domum nunquam relinquere. *Aristot. in Oecon. Cato cap. 4. de re Rustica.* Rationes hæ sunt: quod 1. noctu surgere, adhibere curam & diligentiam, quæstuosum ac magnum vectigal est. *Xenophon in Oecon.* Facit ad rem augendam familiarem, non minus atque ad sanitatem conseruandam. *Arist. in Oecon.* Est 2. primarium mariti opus, ne cuiquam alteri familiam suam regendam committat: verum sibi partes priores sumat. *Plato in Dialogo; Amatores, seu de Philosophia.* Qui 3. quoque solutus ac negligens est paterfamilias, alios reddere diligentes atque sedulos non potest: non secus atque rudis & imperitus Musices, reliquos Musicam docere nequit. Nec male dicitur: Oculus Domini pinguem equũ reddit. *Arist. in Oeconomicis, lib. 1. cap. 6.* Accedit huc 4. & illud: quod nulla bona imitatio sine exemplo esse potest: ideoque sine Dominorum diligentia, reliqui in familia diligentes esse non solent. *Idem ibid.* Et DEVS 5. propterea animum ac corpus virorum sic condidit: vt tolerantius frigora, æstus, itinera, militiam ferre possent: fecit robustiores, fortiores, audaciores: vt foris & in aperto victum quęrere, propulsare iniurias valerent. *Aristot. lib. 1. Oecon. cap. 3. Xenophon in Oecon. Columella de re Rustica in præfatione lib. 12.* Idem 6. & irasci ijs

6. Diligentia.

ſolet, qui officium ſuum negligenter faciunt: Oeconomos ſomnolentos punit. *Xenophon in Oecon.* Ac deniq; in re familiari laborioſior quoque negligentia quã diligentia eſſe conſueuit. *Columella lib. 12.*

7. Prudentia.

VII. Etiam à marito ac patrefamilias requiritur PRVDENTIA ET SOLERTIA in emendo. Oportet enim hunc vendacem potius, quam emacem eſſe. *Cato de re Ruſtica cap. 2.* Quod ſi emere vult aliquid, puta prædium aliquod; leges hæ erunt obſeruandæ; ne cupide emat, ne parcat viſere, ne ſatis habeat ſemel circumire: animaduertat, vicini quo pacto vireant: circumſpiciat, vti inde exiri poſſit: vti bonum cœlum habeat: non calamitoſum ſit: ſolo bono valeat, ſua virtute: ſit ſub radice montis, ſpectet meridiem, loco ſalubri bonum aquarium habeat: oppidum prope validum, aut mare, aut amnis aut via bona & celebris: ſit ijs in agris, qui non dominos mutent, aut quos pigeat vendidiſſe: & bene ædificatum: ſtatuatur denique melius emi de domino, colono & ædificatore bono. *Cato de re Ruſtica, cap. 1.*

In emendo quænã obſeruanda?

Quæ conſideranda in colendo?

Deinde etiam in colendo Solertia quadam opus eſt: vbi duo ſpectanda; an fructus pro impenſis ac labore redire poſſint: & vtrum ſalubris ſit locus, an non. Alterutrum enim horum ſi decedat, & nihilominus quis colere vult: mente captus eſt. *Varro de re Ruſtica lib. 1. cap. 2.* Et Aqua, vt illa ſit ſalubris ac facilis, non à lacunis aut palude ducatur: non originem à metallis ſumat: ſed perſpicua ſit colore: non vitioſa ſapore, aut odore: non limum adiunctum habeat. *Palladius lib. 1. cap. 4.* Etiam Terra, vt huius gleba ſit putris, & fere nigra, non alta & nuda. *Idem cap. 6.*

Quæ ſpectanda in ædificando?

Tum & in Ædificando prudenter vt agat paterfamilias neceſſe eſt. Diu cogitare oportet, antequã ædifices: ita ædificandũ, ne villa prandiũ quærat: aut fundus villã. *Cato de re Ruſtica cap. 3. Palladius libro 1. cap. 8.* Et iudicanda illa domus bona, quæ vſui ac voluptati inhabita-

habitatoribus est: æstate frigida, hyeme calida *Xenophon de dictis & factis memorabilibus.*

Quarto in conficiendis operibus Boni patrisfamilias quoq; munus est ac officium curare, vt omnia mature conficiantur. Nam res rustica sic est: si vnam rem sero feceris, omnia opera sero facies. *Cato de re Rustica cap. 8.* *Quæ in conficiendis negotijs obseruanda?*

Est quinto & hoc necessarium: ne Dominus vnaquaque in re tenax sui sit iuris; neque vindicet, quicquid licet. Nam summum ius antiqui summam crucem putarunt. Nec etiam rursus in totum remittat: quemadmodum vel optima nomina non appellando fieri mala solent: vt Alphonsus fœnerator dixisse fertur. *Columella libro 1. de re Rustica, cap. 3.* *Quæ in puniendo spectanda?*

Postremo etiam in sumptibus faciendis prudens paterfamilias erit. Recte enim dicitur: Tanquam moriturus, bonis tuis fruere: tanquã vero semper victurus, parce tuis possessionibus. Est autem sapiens hic, qui ambo hæc cognoscens, parsimoniæ, & sumptus mensurã aptat. *Lucianus.* Ideoq; sumpt⁹ ita facit, vt reditus nõ excedant. *Xenophon in Oeconomicis.* Laudantur in Historijs: Cyrus, Traianus, Alexander Seuerus Impp. qui sumptus aulicos contraxerunt: non nisi necessarios retinuerunt: aulæ tineas, scurras, adulatores, architectos voluptatum non tulerunt. *Plinius in Panegyrico, Heresbachius de erudiendis Principum liberis cap. 2.* Et Augustus Cæsar veste non temere alia quam domestica vsus est. *Suet.* Et de Ludouico Germaniæ rege scribitur: quod armorum apparatus, quam conuiuiorum studiosior fuerit: plus ferrum, quam aurum dilexerit: vsum auri sericique præcipue militibus ademerit. Si quem in exercitu sericatum aut inauratum conspexerit, dicere solitus fuerit: Eho mortalium stultissime: non satis est tibi, solus vt pereas: nisi & res tuas hostib. tradas, atq; eos locupletes, quo diutius faciliusq; nobis resistant. *Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum.* *Quæ in sumptibus faciendis?*

Vxorum officia.

I. OBEDIENTIA.

Atque hæc Maritorum ac patrumfamilias officia sunt. Ab vxoribus primo OBEDIENTIA requiritur. Etsi enim Spartana in Republ. mulieres viris suis dominari sint soliti: & hi illas heras suas appellarint. *Polit.2. Aristoteles cap. 7. Plutarchus in Lycurgo : & Apophth. Laconicis. Cœlius lib.18. cap.1.* D. Adrianus vxorem suam Dominam semper vocarit. *Tiraquellus in legibus connubialibus, lege 5. nu. 13.* Sint non paucæ, quæ prudentia & virtutibus alijs excelluerunt: *de quibus integro agit libro Plutarchus de virtutibus Mulierum.* Ægyptij hoc positum in more habuerint : vt militaria negotia viri obirent : tractarent interim domi virilia Mulieres. *Sabellicus lib.6. cap.1.* Consuetudo introducta à Semiramide in Assyria fuerit, vt viris vxores imperarent. *Alex. ab Alexandro lib.4. cap.8.* Tamen contrariam in sententiam rationes & plures & maiores sunt: quia 1. diuina lex vult, vt maritus vxori imperet, non contra, sub illius hæc potestate sit, ipse huic dominetur. *Genes.3. 1. Petri cap.3. 1. Corinth.7. Ephes.5. Colos.3.* Et existimare 2. Mulier debet: mores viri esse legem vitæ suæ à DEO sibi impositam. *Aristoteles Oecon.2. c.1.* Vti 3. videt: lege naturæ fœminas viris suis seruire: mares semper fœminis imperare. *Plinius lib. 8. cap.3.* Mas 4. cum fœmina collatus, natura melior est ac prudentior, nisi forte à natura desciuerit : aptior quoq; ad principatum obtinendum, quam fœmina. *Aristoteles 1. Polit. cap.7. & 8.* Plus ratione ac prudentia valet, & corporis viribus. Vnde vir à vi dictus: à mollitie Mulier. *Ex Varrone, Lactantio & Augustino. Tiraquellus lege connub.1. numero 55.* Hæc ipsa Obedientia & quasi seruitus 5. plurimum ipsis mulieribus prodest: vt quæ ad consilium virtutem admodum imperfectam ac languidam habent. *Aristoteles Polit.1. cap.3.* Neq; 6. dissimiles vxores viris imperantes, ijs sunt, qui cæcos duces, quam duces sequi optimos malunt. *Bodinus lib.1. de Repub. c.3.* Præterea Honores ac dignitates vxorum

maxima

maxima ex parte à virorũ honore ac dignitate dependent: non ſecus atque à ſole ſidera reliqua lumen ac ſplendorem ſumunt. *Bodinus ibid.* Et eſt 8. caput mulieris vir. *Epheſ.5.* Itaque vt non aliunde magis ornatur corpus, quam ex capitis dignitate: ita non magis aliunde honorem, quam à viro, coniunx habere poteſt. Sed & 9. hac de cauſa velari fœminæ ſolent: vt ſe nouerint maritis ſuis eſſe ſubditas. Etiam Anathema fit mulier, quæ comam ſibi amputat, quam Deus ad memoriam ſubiectionis illi dedit: *Tiraqu. in legibus connubialibus.* Et contemptus 10. virorum nullus eſſe maior poteſt, quam ſi ſua in domo *γυναικοκρατίαν*, muliebre imperium, habeant: vxoribus ſubeſſe ſuis cogantur. Hinc illud dictum: *ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι*· dedecus extremum viro parere mulieri. *Stobæus Sermone 72.* Quamobrem 11. Olarus Thraciæ rex Dacos victos ad ignominiam ſempiternam coëgit vxoribus ſuis ſeruire. *Raſaris in legib. Longobardorum, Bodinus lib. 1. de Repub. c.3.* In Iudæorum quoque opprobrium dicitur: quod mulieres fuerint viris dominatæ. *Eſaiæ cap. 4.* Miſeriæ quoque 12. oriuntur & calamitates publicæ, quando, maxime regum ac principum, imperioſę vxores ſunt. Exemplo eſt Iezabel Achabi vxor, *Regum 3. cap. 21.* Cleopatra apud Ægyptios. *Plutarchus in Antonio.* Meſſalina, Claudij Cæſaris vxor. *Xiphilinus in Claudio.* Vaſthis regina Aſſuero regi obedire recuſat, *Eſther c.1.* Hinc 13. quoq; Ariſtoteles affirmat: pro dimidia parte male conſtitutam eam Remp. eſſe: vbi fœminæ male ſeſe habent. Habent vero tum illæ ſeſe male, cum faſces ijs permittuntur. *Polit. 2. c. 7.* Quin & 14. exiſtimationi ſuæ nõ bene tales conſulunt mulieres, cũ imperium affectant: plura fere contra decorũ agunt, q̃ ipſi viri, qui dominium hoc ſuſtinẽt. *Plutarchus in præceptis coniug.* Et deniq; Mulieribus in ſacris literis Saræ ad imitandum exemplum proponitur, quę Abrahamo obediuit: eundem Dominum ſuum appellauit. *Gen. 18.*

II. FIDES. II. Ab vxore postulatur, vti FIDEM Marito suo præstet. Quemadmodum Sephora Mosi, cum is filium suum primogenitum non circumcidisset, & prope à DOMINO ad necem ipse posceretur; silicem corripuit, & filij sui præputium circumcidit, *Exodi 4.* Michol Dauidem maritum per fenestram demittens, à Sauli regis ac parentis sui satellitibus liberauit, *1. Regū cap. 19.* Abigail Nabalem, hominem stolidum, maritum suum, ab interitu vindicauit, *1. Regum cap. 25.* Ita Theopompi vxor, Chilonis filia, marito ab Arcadibus in carcerem coniecto, intromissa in carcerem, suam vestem marito circumdedit, eiusq; ipsa sumpsit, & illum clam egredi iussit: ipsa vero pro eo apud hostes remansit. *Polyænus lib. 8.* Portia, Catonis filia, M. Bruti vxor, victo interemptoque marito, cum ferrum ad se necandum esset ablatum, ipsa se, prunas in os ingerendo, suffocauit. *Plutar. in Bruto.* Et memoria dignum Vinspergensium matronarum est exemplum, quæ sarcinarum loco, maritos hostium crudelitati eripuerunt. Quod & de Cremensibus refertur, qui cum à Friderico Barbarossa Imp. oppugnati tandem ea conditione recepti in gratiam essent, vt non plura secum bona efferrent, quam humeris, aut manib. suis gestare possent: relictis bonis, filios, parentes, cognatos, cum ęgrotos, tum debiles exportarunt. *Hedio in Chron. Germ.* Perfidiæ contra in maritos suos nomine multæ malæ audiuerunt. Vt Delila, quæ Samsonem Philistæis prodidit, *Iudicum cap. 16.* Et Spitomenis Thracis vxor, quæ maritum dormientem obtruncauit. *Curtius lib. 7.* Salome Herodis regis soror, quæ & Iosephum & Costobarum maritos suos perdidit. *Iosephus lib. 15. cap. 11.* Rosimunda, quæ nuptiarum pactione Alboinum, Longobardorum regem primum in Italia, Helmingē, adolescentem formosissimum, necari noctu curauit. *Æmylius lib. 1.*

III. SILENTIVM. III. In vxore laudabile SILENTIVM est. Vitium hoc

hoc magnum & valde fœmineo in ſexu vſitatum eſt, quod dicaces pleræque omnes ac loquaculæ ſunt fœminæ. Vnde prouerbio dicitur: Tres mulieres nundinas facere: & Mulieri verba deſunt, vt luſciniæ cantio, Poëtæ verſus, Oratori color, Sophiſtæ cauillum. *Eraſ. in prouerbijs, Chiliad. 3. Centuria 6. Prouerb. 77. & Tiraquellus lege connubiali 12. num. 9.* Neque vitij huius cauſa deeſt: quia, vbi minus eſt cordis ac roboris, tam in animo, quam corpore: ibi plerunque plus linguæ eſt; vti videre quoque licet in pueris, ſenib. & aniculis. Nec habent fœminæ arma alia, niſi verba: his, velut ſcutis quibuſdam, pugnant. *Ariſt. 2. Rhet. de Senum moribus.* Verum eo magis commendatur Silentium in mulieribus, & harum Ornamentum conſtituitur ὀλιγομυθία, verborum paucitas; & γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. *Sophocles in Aiace.* Tacita quoq; bona eſt mulier ſemper, quã loquens. *Plautus in Rudente.* Loquitur aut viro, aut per virum. *Plutar. in præceptis coniugalibus.* Neque alias amicitia, quies, concordia, ſeruari inter coniuges poteſt. *Ariſtoteles Polit. 1. cap. 8.* Et vt pulueré tormentariũ lac extinguit: ita ſilentium fœminæ iracundiam viri ſedat. Iudicantur quoq; felices illæ nuptiæ, quãdo vir mutus, vxor cæca aut muta eſt. *Põtanus lib. 3. de Obediẽtia.* Accedit huc & illud, ꝙ quæ ſunt garrulæ ac loquaces fœminæ, viris ſuis nocẽt, dũ ſecreta eorũ detegũt. *Ariſt. Polit. 5. cap. 10.* Vti Cryphile maritũ perdidit. *Plato 9. de Repub.* Et Delila, *lib. Iudicũ c. 16.* Atq; inde Eleſiniorũ Venerẽ Phidias fecit: quæ teſtudinẽ calcaret: quo ſigno mulieres domi ſibi degendũ eſſe, ſeruãdumq; ſilentiũ monerentur. *Plutar. in præceptis coniug.*

IV. Comitas & hvmanitas cõmendatur. Mulier. n. comis exhilarat maritũ: &, cũ humaniter illũ tractat, cor illius recreat ac reficit. *Syracid. 2. cap.* Et vt vitioſum ac prauum eſt ſpeculum, quod læti imaginem triſtem, & viciſſim triſtis ac tetrici lætam præbet: ita vxor illa ingrata atque intempeſtiua eſt, quæ læto IV. hvmanitas.

ac hilari marito, totuum tuetur: ſerias res agente ludit & ridet. *Plutarchus in præceptis coniugalibus.* Itaq; merito Xanthippe Socratis vxor, ob moroſitatem & inhumanitatem reprehenditur: & idem de altera vxore Myrthi Ariſtidis filia, prædicatur. Ambæ enim in muliebres contentiones propter ipſum Socratem deuenerunt. *Rauiſius.* Laudatur contra Liuia Augusti vxor, quę interrogata, vt Auguſtum obtinuiſſet, reſpondit: Diligenter & prudenter agens ſummum ſtudium adhibui, vt omnia facerem ex animo Auguſti: nec curioſe perquiſiui quicquam eorum, quæ is faceret; ſimulans, me eius amores neque audire, neque ſentire. *Cuſpinianus in Cæſ.*

V. CASTITAS ET PVDICITIA.

V. CASTITAS AC PVDICITIA in vxore laudatur. Matronis enim dos pulcherrima, vita pudica. *Bias. & Plautus in Amphit.* Itaque cum ſpeculum intuetur matrona honeſta, ſecum ita loquatur; ſi deformis es, quid eſſem, ſi deeſſet pudicitia: ſin formoſa, quanti fierem, pudicitia ſi accederet. *Plut. in præceptis coniugalibus.* Præterea cum nulli reparabilis arte lapſa ſit pudicitia; vtique ſeruanda illa & ſeruanda diligenter erit. *Ouidius in Epiſtolis, Epiſt. 5.* Et vt honeſte viuat vxor, maxime illa requiritur. *Ariſt. Polit. 1. cap. 8.*

VI. PRVDENTIA.

VI. PRVDENTIA adſit, oportet. Sapiens enim mulier ædificat domum ſuam: inſipiens contra extructam quoque deſtruit, *Prouerbiorum 14. & 24.* Simul etiam labem aſpergit marito: quandoquidem multi diuitijs ac genere præſtant: redduntur autem infames propter vxorum ſtultitiam. *Stobæus Serm. 70.*

VII. SOCIETAS ET COMMVNIO.

VII. Etiam SOCIETAS ET COMMVNIO rerum requiritur. Plato felicem ac beatam eam Rempub. iudicat, in qua hæ voces, MEVM & NON MEVM, rariſſime audiuntur. Sed maxime à coniugio voces illæ tollendæ ſunt: & opum atque facultatum inſtituenda communio, vt in vnum omnia congerant coniuges, commiſceantque ſubſtantiam; propria omnia ducant,

nihil

nihil alienum. Vt enim vinum aqua temperatum, tametsi aquæ plus adsit, vinum tamen vocatur: ita rem familiarem æquum est viri appellare, etsi maiorem partem vxor attulerit. *Plut in præceptis coniug.* Et fuit infelix matrimonium Paridis & Helenæ; eo quod ille voluptates, hæc opes spectaret: felix contra Vlyssis ac Penelopes; quia ille prudens, hæc pudica fuit. *Plutarch. ibid.* Et recte illud est à Comico dictum: peculi nihil probam habere addecet clam viro: si quod habet partum, ei haud commodi est, quin viro aut subtrahat, aut stupro inueniat. Hoc viri cēseo esse omne, quod Tuum est. *Plautus in Asinaria.*

IIX. Est STVDIVM MANENDI DOMI. Instar Aquiculæ sedula vxor domi manet: idq; vtilius esse statuit, quam foris agere; quemadmodum turpe cōtra est marito, degere semper sub tecto: negotia nulla externa curare. *Xenophon in Oeconom.* Et, siue fuerit infamis mulier, siue non fuerit: hoc ipsum satis infamiæ conciliat, si domi non maneat, *Euripid. in Troadibus.* Itaque ita Phidias Venerem pinxit: vt testudinem illa calcaret. *Plut. in præceptis coniugalibus.* IIX. STVDIVM DOMI MANENDI.

IX. FAMILIÆ CVRA & ADMINISTRATIO maxime vxori necessaria est. Proprium enim bonæ mulieris est seruare domum, & huius gubernaculum esse. *Menander.* Et, vt viri est virtus, administrare Rempub. ita Mulieris est, familiam gubernare. *Plato in Menone.* Itaque bona Oeconoma surget mane & laborabit, quæret lanam & linum: operabitur consilio manuum suarum; institoriæ nauis instar de longe petet panem: dabit prædam domesticis suis & cibaria ancillis. *Prouerb. 31.* Deinde liberos & infantes recte alet: cōficiet panes ex agri fructibus & vestes è canno. *Plato 7. de Legibus, Xenophon in Oeconom.* Ideoque plus amoris infantiæ mulieribus, quam viris indidit. *Xenophon ibid.* Tertio ostendet illis, qui domi laborant, quid faciendum sit: ancillis rudibus instituendis dabit operam; IX. FAMILIÆ CVRA ET ADMINISTRATIO.

quæret tales, quæ bene animatæ ſunt erga Dominos: ſunt iuſtæ: augere, non deſtruere rem familiatem cupiunt, *Plato 2. de legibus, Xenophon in Oeconom.* Quarto ſuſcipiet, quæ domum adferuntur: promet, quæ conſumenda: cuſtodiet ſeruanda. Itaque DEVS cum ſciret, non inutilem eſſe timidum animum ad rerum cuſtodiam, partẽ metus copioſiorem in fœmina, quam viro diſtribuit. *Xenophon in Oecon.* Et vbi non eſt, quæ importata ſeruat, idem maritis importantibus accidit, quod ijs, qui in dolium perforatum hauriunt. *Xenoph. ibid.* Quinto, ordinis erit amans, in ſupellectili, & alijs etiam minutulis inſtrumentis, etiam ollis reponendis: ita quidem, vt ſuo quæq; loco diſponantur & conſeruentur. In promendo habeatur ratio neceſſitatis & ſplendoris: ſint aliter diſtincta, quæ quotidiano vſui inſeruiunt: aliter diſpoſita, quæ tantum diebus feſtis, aut hoſpitibus reſeruantur. Et ratio eſt: quia nihil vtilius tam publice quam priuatim bono eſt ordine. Et vbi hic etiam in minutulis non ſeruatur: idem accidit, ac ſi quis hordeum, triticum, legumina alia inter ſe miſceat: vbi laborioſa poſt & moleſta opus eſt ſeparatione, cum vſus requirit. *Xenoph. Oeconom.*

Diligentia ac ſedulitas in vxore requiritur.

Quod vero in his omnibus labor, ſedulitas, diligentia requiratur ab vxore; rationes, quæ ſequuntur, probant. Quia 1. in pigritia humiliatur contignatio & in infirmitate manuum perſtillat domus. *Eccleſ. cap. 12.* Autoritatem 2. & honorem conſtantem, etiam in ſenectute matrisfamilias parit diligentia. *Xenophon in Oeconom.* Ac licet 3. cuncta alia bene ſeſe habeant: nihil tamen feliciter agetur, niſi ipſa vxor res fideliter adminiſtrarit. Rẽ enim familiarem auget diligentia vxoris: quia ancillis in familia tantum cuſtodia rerũ committitur: vxor domina quoq; eſt, & vſumfructum habet. *Xenophon in Oeconom.* 4. Egregie valetudini ita conſulitur: dum color paratur aut conſeruatur bonus labore: nec opus hic pigmentis vllis eſt. DEVS quoque mulieri-

mulieribus naturam dedit mollem & idoneam ad domesticas curas: corpus contra debile ad virilia munera obeunda. *Xenophon ibidem.*

QVÆSTIO XXXIX.

VTRVM BENE CONSTITVTA IN *Republ. liberorum Educationis ac Institutionis Ratio sit habenda?*

VTilis summeq; necessaria hæc Quæstio est: vt primum nostra studia, mores, actiones cunctas rite recteq; conformemus: deinde instituamus, & imbuamus, vel sanguine nobis coniunctos, vel officij ratione nobis creditos ac commissos: tum iudicemus recte, prudenter dicamus sententias, quoties de literarum ludis aperiendis aut conseruandis & amplificandis aut corrigēdis consultationes & deliberationes instituuntur. Quod vero vtilis ac necessaria sit liberorum Institutio; hæ, quæ sequuntur, rationes probant. *Vsus quæstionis.*

Quia primo vt delectant & ornant parentes ac sanguine iunctos liberi probati: ita degeneres & improbi mœrore afficiunt & deformant parentes: id quod non raro fit. Habuit sic Adamus Cainum. *Genes. 4.* Noah Chamum, *Genes. 9.* Isaacus Esau, *Genes. 27.* Ioëlem & Abiam Samuel, *1. Reg. 18.* Absolomum Dauid, *2. Reg. 17.* Iuliam adulteram filiam Augustus, *Sueton. in Augusto.* Bassianum fratricidam Seuerus. *Spartianus in Seuero,* vbi illud argumentum tractatur: & concluditur, magnos viros aut sine liberis perijsse, aut habuisse tales, vt melius fuerit, sine liberis illos decessisse.

Causa vero adscribitur à Demosthene Fato, quo omnia in peius ruunt: aq Aristotele Naturæ, quæ vt, terra nonnunquam fœcunda arbores vberes & fructus proferentes nascũtur, quæ deinde paulatim sterilescũt: sic in vna aliqua familia multi prȩclari nascuntur: post degeneres succedunt, & fiunt aut insani aut furiosi, *Degeneres filij vnde?*

quo-

quorum parentes fuerunt excitatis ingenijs prædití: aut tardi & fatui, quorum parentes habuerunt stabile & pacatum ingenium. *Aristot. 2. Rhet. 15. cap. de Nobilium moribus & ingenijs.* Maxime vero acceptum hoc est ferendum negligentię, incuriæ, aut etiam indulgentiæ parentum. Sunt enim, qui alijs rebus districti ac distenti, liberorum nullam curam gerunt, deteriores hac in parte brutis animalibus: siquidem etiam vrsa animal deforme & morosum, catulorū suorum membra lambendo format. *Plutarchus de prolis amore.* Reperiuntur etiam nonnulli, quibus amor nimius obstat, ne vere suos liberos ament. *Plutarch. de Educ. liberorum.* idem accidit, quod simijs, quæ, cum fœtum nimis osculantur & complectuntur, simul necant. *Plinius lib. 8. cap. 54.* Exemplo est Themistocles: & in Sacris summus Isaëlitarum Sacerdotes Eli. *1. Reg. 2.* Et Dauid noluit contristari spiritum filij sui Ammonis, eo quod primogenitus, ideoque charus illi esset, *2. Reg. cap. 13.* Maxime vero matres hic peccant, quæ omnes filijs in peccato adiutrices in postrema iniuria esse solent. *Terent. in Heauton. Act. 5. Scen. 2.*

Ratio altera publicam vtilitatem concernit. Si enim institutio fuerit bona liberorum, euadunt & ipsi boni, etiam tacentibus reliquis; rebus honestis se dedunt: facile inter bonum & malum, honestum ac turpe discernunt. *Plato 4. de Republ.* Quemadmodum contra, hac neglecta, damnum magnum datur Reipub. *Arist. Polit. 8. cap. 1.* Ex institutione mala praui pueri; peiores adolescentes; pessimi viri euadunt: *Simanca lib. 9. de Repub. cap. 25.* Idque eo dolendum magis, quod magna scelera & puta atque pura improbitas non ex vili & ignaua natura, sed generoso ingenio, educatione corrupta, proficiscitur. *Plat. 6. de Repub.* Tertia ad priuatum pertinet commodum. Quemadmodum enim agricolæ vitem amputant, ne vis natiua & succus in palmites sese extendant: ita superuacanea iuuentutis vi-

uacitas

uacitas educatione & institutione resecatur. Et quemadmodum multa agrestia suis nascuntur in agris, quæ quidem sunt mala, sed interim signa felicis soli, si quis excolat: sic etiam affectus per se mali indicant magnũ ingenium, non malum, modo recta institutio accedat. *Plutarch. de Educat liberorum, Politianus de Ira.* Itaque Themistocles dissolute in adolescentia sua vixit: neq; id ipse dissimulauit; sed dixit, è ferocissimis pullis optimos equos fieri, si recte formentur & instituantur. Nec sine causa Scriptura, Qui docet, inquit, filium suum, laudabitur in illo, & gloriabitur in medio amicorum: cum ipse est mortuus, perinde est, ac si mortuus non esset, quia post se relinquit sui similem, & defensorem domus contra inimicos. *Ecclesiast. 30. cap.*

Quemadmodum contra (quæ ratio est quarta) ex neglecta aut peruersa institutione, mala & damna priuata multa oriuntur. Et vt equus indomitus euadit durus: ita filius remissus præceps. *Eccles. 30.* Et quemadmodum solum bonum cessante cultura sterilescit, tortuosæ & infrugiferæ fiunt arbores per incuriam: & facilius nouæ plantæ læduntur à tempestate, quam adultæ & grandiores iam factæ; ita adolescentes, institutione neglecta, pestes familiarum fiunt. *Plut. de educ. liberorum. Osorius lib. 1. de regis institut. Hieronymus in epistola ad Lætam.*

Sed & quinto loco Sacræ literę institutionem fidam & sedulam flagitant: mandat DEVS, vt non solum parentes mandata sua audiant, verum etiam doceant filios & nepotes. *Deuter. 4. & 5. Apostolus Ephes. 6.*

Itaque (quæ sexta est ratio) qui filijs de multis opibus prospiciunt; quo autem pacto boni illi fiant, non cogitant: idem quod illi faciunt, qui equos multo pabulo alunt, & pingues, sed interim ineptos ad bellum reddunt. *Xenophon in Epist. ad Clitonem.* Aut qui de calceis cogitant, pedes negligunt. *Plutarch. de educat. liberorum.* Neque his in mentem venit quod Scriptura affirmat:

affirmat: Sapientia pauperis euehit eum, & ad principum latus ponit. *Eccleſ.30.* & quod veterum quidam dicit, ſi improbi filij extiterint, nihil eis opes proderũt; ſin probi, nihil ex paupertate lædentur. *Chryſoſtomus Homil.9. in Epiſtolam ad Hebræos.*

QVÆSTIO XL.

QVO ÆTATIS TEMPORE INſtitutio adhibenda?

QVemadmodum vero ſana præditus mente nemo inficiatur, Inſtitutionem & neceſſariam & vtilem eſſe: ita ſæpe quæritur, Quonam ætatis tempore illa ſit inchoanda? Et ſunt, qui ſeptimum annum hanc ad rem conſtituunt, his rationibus moti: Quod primum ætas prima nõ commode poſſit tractari citra matrum & nutricum operam. Deinde hoc demum tempore ætas & intellectum diſciplinarum capere, & laborem perpeti queat. Tum valde pernicioſum, tenellam ætatem fatigari inſtituendi moleſtia. *Vegius lib.2. cap.2. de liberorum educatione, Heresbachius de Inſtitutione principis, cap.4. Quintil. lib.1. cap.1.*

Verum adferri plures rationes eam in ſententiam poſſunt, quod inſtituendi cura inde ab ipſis quaſi incunabulis, ſuo tamen modo, ſit inchoanda. Quia primum vtile eſt, nullum tempus cura vacare, ſed illico honeſtatis formam pueris imprimi: vt Chryſippus, qui, licet triennium nutricibus dedit; tamen ab illis quoq; iam formandos quam optimis inſtitutis infantiũ mores iudicat. *Quintilianus libro 1. Inſtitut. Orat. cap.12. Plato 2. de Republica.* Secundo pædagogis remotis omni beſtia puer eſt intolerabilior. *Idem lib.3. & 8. de Republica.* Tertio non beneficia habenda, quæ in liberos patres conferunt: nec tuta iudicanda, ſi in infantia deferãtur. *Senec. lib.2. de beneficentia.* Quarto, vt membra infantium ſimul diriguntur, ne in obliquum curuentur,

uentur, quamprimum infantes editi sunt à matribus: ita puerorum animi, dum adhuc sunt molles, & tanquam cera sigillis, imprimuntur, ad omnem fingi institutionem possunt. *Heresbach. capite 4.* Quinto: Et quid melius alioqui facient? Faciant aliquid, necesse est: quia quiescere nequeunt: quid autem melius facient, ex quo loqui poterunt, quam si discant? *Quintilianus lib.1.cap.1.* Sexto: Quamlibet paruum sit, quod prior ætas contulerit, tamen aliqua discere puer potest: & hæc per singulos annos prorogata in summum proficiunt. Et quantum in infantia est temporis præsumptum, adolescentiæ acquiritur. *Quintilian. ibid.* Septimo, nec hoc parum, quod literarum sola memoria initia constant: quæ non modo iam est in paruis, sed etiam est tenacissima. *Idem eodem in loco.* Octauo: Nec perfecte illud quisquam discet, quod sero discere incepit. *Cicer. 2. de Orat.* Nono: Et, si infantia ac pueritia bonis moribus recte informatur; quid ni etiam ad literas hæc eadem apta esset? Itaque, postremo, Spartani infantes primum editos, vt labore firmarentur, rigidissima aqua fouere, nihil somni causa substernere, humili cultu educare sunt soliti. *Plutarch. in vita Lycurgi, Xenophon de Spartana Repub. Alexander ab Alexandro lib.2.cap.25.* Sed est hîc prudentia adhibenda: cauendum, ne multo discendi labore onerentur pueri. Quod & aratores, & domitores equorum obseruare videmus: cum hi equuleos fremunt: illi iuuencos iugo assuefaciunt. Danda opera, vt sint spectatores magis discipuli eorum, quæ sunt percepturi, quam discipuli & actores. Quemadmodum vinitores industrij nouellas vites non multum extendunt, ad vina producenda; ne vis earum extendatur: donec in stirpem solidiorem succreuerint. *Vegius lib.2.c.2. de puerorum educatione.*

QVÆ-

QVÆSTIO XLI.

AN, NISI MATVRE INDOLEM QVIS prodat, à studijs remouendus sit?

SVnt ingenia, illico sese quæ produnt, vrunt, vt dicitur, mature. Cicero puer admirationi condiscipulis & ab his reductus domum ob ingenij acumen ac solertiam fuit. *Plutarchus in eius vita.* Q. Hortensius caussas in foro annos vndeuiginti natus egit. *Cicero in Bruto.* Anno ætatis duodecimo Iuliam auiam mortuam Augustus: patrem Tiberius nono laudauit. *Suetonius.* Hermogenes, dicendi magister acutissimus, cum adolescens octodecim annorum esset; dicendi artem longe pulcherrimam, & de Statibus, Ideis, Inuentione præcepta scripsit. Hunc declamantem Musonius, Philosophus grauissimus, adire non refugit; quemadmodum nec Marcus Imperator. *Cælius lib. 31. cap. 6.* Augustinus anno ætatis duodecimo Logica & Rhet. Aristotelis legisse se & intellexisse ipse scribit, *lib. 4. Confess.* Virgilius puer, poëticam exercuit. *Donatus in eius vita.* Verum Gellius *lib. 13. cap. 2.* & Quintil. *lib. 1. cap. 3.* in iuuenilibus ingenijs idem sibi placere scribũt: vt in pomis immaturis acerbitas ipsa placet. Ea enim demum maturescunt, reliqua ante tempus putrescunt. Et vt vinum, quod in dolio placuit, non fert ætatem; quod est durum atque asperum recens, postea placet: ita adolescentia durior maturescit, & ad frugem peruenit. *Seneca.* Et Cleanthem ferunt ac Xenocratem, cum ex Scholasticis maxime hebeti ingenio viderentur, nec tamen eo nomine relanguerent, dicere solitos fuisse, similes sese esse vasis angustioris oris, ac æneis tabellis: quod vix quidem dictata perciperent, at retinerent tenacius. *Cælius lib. 10. cap. 20.* Sic Cato minor, vbi literis admotus est, stupidus ad percipiendum & bardus extitit: at quod semel percepisset, id retinuit, non obliuioni dedit. Et est hoc alioqui naturâ comparatum, vt memoriâ

moriâ minus valeant ſagaces: valeant autem, qui cum labore & ſudore arripuerunt. *Plutarchus in eius vita.* De Thoma quoque Aquinate ſcribunt, quod cum taciturnus ſemper inter coæquales pueros ſederet, ideoque bos mutus ab his appellaretur, Magiſter, cognito illius ingenio, dixerit: Bos iſte mutus talem mox edet mugitum, vt vox eius in admirationem ſit abreptura vniuerſum mundum. *Marul. lib. 4. cap. 6.* Eſtque dignum memoria, quod de Hermogene notatur. Cum enim vix dum ille pubeſcens, ingenij & memoriæ vi incredibili valuiſſet; anno ætatis 24. pene omnium, mente lapſus, oblitus eſt. *Cælius lib. 31. cap. 6.*

QVÆSTIO XLII.

VTRVM SENIBVS, VEL ÆTATE prouectis diſcendum?

NOn vtique anni primi ſunt negligendi, ſed in bonarum artium ſtudijs traducendi. Reperti tamen ſunt plurimi qui ὀψιμαθεῖς, quam ἀμαθεῖς eſſe maluerunt: etiam in ætate iam confirmata, aut ſenectute diſcere minime erubuerunt. Socrates ætate prouectus ſub Canno Magiſtro fidibus tractandis operam dare cœpit: ſatius eſſe duxit, eius artis vſum ſero, quam nunquam percipere. *Val. Max. lib. 8. cap. 7.* Idem in Hippia minore apud Platonem, mirificum hoc ſe habere bonum affirmat, quod ſine rubore ad diſcendum ſeſe præparet, roget, ſciſcitetur, gratiam reſpondenti ingentem habeat: neque doctori vnquam ingratus extiterit: neque apud auditores vnquam ſibi vendicarit aliorum inuenta: ſed docentem laudibus ſemper extulerit, illique, quæ ſua, tribuerit. M. Cato Cenſorius ſero Græcis literis operam dedit. *Cic. de Senectute. Plutarch. in eius vita.* Plutarchus de ſe ſcribit, quod Romæ & in Italia, cum occaſio nō daretur exercendi ſeſe in Romana lingua, propter publicas functiones, prouecta tandem in

ætate latinas literas attigerit, *in vita Demosthenis*. Et Valla senex græcas literas didicit. *Pontanus in lib. de principe*. M. Antoninus Imp. Sextio philosopho vsus est familiariter. Sciscitanti vero cuidam, quo nam aut cur pergeret, respondit: καλὸν καὶ γηράσκοντι μανθάνειν· pulchrum etiam senescenti est discere. Summus quoque I. Consultus Zasius trigesimo demum ætatis anno legibus ac iuri operam dare cœpit. *Fichardus in eius vita*.

QVÆSTIO XLIII.

VTRVM MELIVS PRIVATIM, *an publice & in Scholis, Institutio adhibeatur?*

VT controuersum de tempore est; ita de loco dubitatur: & sunt, qui melius priuatim, quam publice & in Scholis, institui iuuentutem existimant, his potissimum rationibus adducti. Quia 1. pessimos induCunt mores, qui in turba viuunt, & imitantur aliorum exempla. *Quintil. lib. 1. cap. 2.* 2. præceptor quisquis ille tandem fuerit, liberalius & melius vni impendit, quam si illud in plures partiatur. *Idem ibidem*. 3. dum ad Scholas diuersas adolescentes mittuntur, præceptores sæpe mutant: & sic nocent studijs suis: quandoquidem non minus ingenia, quam plantæ & arbores cum sæpe transferuntur, aut vina, vbi crebro in alia vasa funduntur, lædi solent. *Vegius de educ. liberorum lib. 2. cap. 2.* 4. Nemo melius naturam, mores & ingenia potest nosse liberorum, quam ipsi parentes: vtpote à quibus nati, educati, enutriti sunt. Plus enim ponderis habent parentum exempla, quam multorum doctorum monita & præcepta vtramque in partem: nullus quoque amor in filios intentior, quam parentum: nulla maior diligentia & cura quam eorundem est. *Vegius libro 2. cap. 3.* 5. Quemadmodum bonum publicum sæpenumero ne-

Rationes pro priuata institutione.

to negligitur; ita & publica institutio. *Arist.8.Polit.1.& in hunc Casus.* Quamobrem Dauid moriturus Salomonem ipse instituit, *3. Reg. 2.* Augustus Cæsar filiam & nepotes informauit. *Sueton. in Augusto.* Iulius Cæsar Augustum docuit. *Xiphilinus in Augusto.* Carolus Magnus filios suos erudire non est veritus. *Auentinus lib. 4.* Chaldæi, Ægyptij, à patribus philosophiam didicerunt priuatim, & facti sunt doctissimi. *Diodorus Siculus lib. 2.* & apud Ægyptios artem militarem filij non nisi à parentibus acceperunt. *Herodot. lib. 6.*

Quemadmodum vero rationes istæ pro institutione priuata esse plausibiles videntur: ita publicas institutiones non euertunt. Et quod est dictum de moribus; in Scholis publicis eos corrumpi: inuerti commode potest, eo quod plures domi corrumpuntur, adulatione famulorum, negligentia patrum, indulgentia matrum, oscitantia pædagogorum, conuersatione cum improbis. Vnde non praui mores in Scholis discuntur, sed in Scholas sæpe adferuntur. *Quintil. Institut. lib. 1. cap. 2.* Et sunt publicæ multæ vtilitates. 1. quia idem finis adolescentū est & totius ciuitatis, disciplina scil. bona. 2. Liberi in Repub. sunt communes, quo ad vsum; quia ad ciuitatem nati. Itaque & horum institutio esse communis & publica debet. 3. Educationis forma excellentior & constantior est, quæ consistit in sapientia & consensu totius ciuitatis, quam quæ ab vnius alicuius iudicio pendet; ideoque crebro mutatur. 4. Etiam vtilior est, quia bonum publicum spectat: priuata habet vsum & affectum priuatorum hominum. *Aristot. lib. Pol. 8. cap. 1.* 5. Educatio mollior plurimum obest iuuentuti: quemadmodum & licentia deteriores omnes reddit: non autem tam est inter extraneos magna, atq; intra domesticos parietes. *Vegius de educat. lib. 2. cap. 3.* Non etiam 6. parum obest parentum affectio, & amor nimius. *Quintil. lib. 1. c. 2.* Tum 7. in solitaria vita etiam errata ac crimina multa oriuntur: & semper

Rationes pro institutione publica.

est anteponendum lumen tenebris, maxime ijs, qui in luce aliquando viuere cupiunt. *Vegius & Quintilianus eodem in loco.* 8. paratur ita prudentia, cū & varij hominum mores noscuntur, notantur leges & instituta. Prodest quoq; 9. in Scholis publicis multum æmulatio: commodant laudationes: emolumenti plurimum vituperationes adferunt. Præterea 10. celebritate gaudent & excitantur erecta ingenia. vt & 11. authoritas conciliatur, quæ maior publica quam priuata esse in institutione solet. Ita olim Medicis satis erat dicere, se Alexandriæ operam studijs dedisse. Et amicitia 12. cōtrahitur firma & constans: vt quæ religiosa necessitudine imbuitur. Neque quicquam sanctius est, quam ijsdem artibus imbui: sacris initiari. Confert etiam 13. publica institutio ad modestiam: vti interim priuatim instituti: quia cum nemine se comparant: solos sese sapere, alios tanquam vmbras volitare arbitrantur. *Quintil. Instit. lib. 1. cap. 2.* Prodest 14. quoq; eo nomine; vt, qualis sit doctrina, quæ traditur, appareat: nec adolescētes decipiantur. Quæ causa Imperatores mouit, vt ab ostentatione vulgari amoueri iuberent, qui magistrorum sibi nomina vsurpantes in cellulis collectos vndecunq; discipulos circumferre consueuerunt. *lib. 11. Cod. tit. 13. de studijs liberalibus vrbis Romæ & Constantinopolitanæ.* Impulit veteres homines sapientissimos, vt institutionem quidem priuatam non negligerent: sed post adiungerent publicam. Franci olim sub quercu discipulos suos docere sunt soliti: Persæ in foro libero liberos informari curarunt. *Xenophon lib. 1. Pæd. Cyri.* Lycurgus publice informationem voluit fieri: imo ita assuefecit ciues suos, vt nec vellent, nec scirent priuatim viuere: sed apum more ad Rempub. semper essent conglobati. *Plutarchus in vita Lycurgi. Xenophon in Repub. Spartan. Arist. Polit. lib. 8. cap. 1.* Constituerunt quoq; passim Academias & priuilegijs atq; immunitatibus donarunt Impp. in Germania Viennensem,

nensem,anno 1237.Heidelbergensem, 1346. Coloniensem,1388. Erfordiensem,1392.Lipsensem,1408. Rostochianam,1419. Louaniensem, 1459. Basileensem, 1460. Gripsualdensem,1460. Tubingensem,1477. Moguntinensem,1482. Witebergensem,1502. Francofurtanam ad Viadrum,1506. Marpurgensem,1526.Regiomontanam,1544.Ienensem,1548. Argentinensem,1568.Altorphianam,1574. Helmstadianam,1576.

QVÆSTIO XLIV.

VTRVM CVM ALIIS, TVM VERO maxime studiosis prosit peregrinatio?

COniuncta cũ superiori proxima hæc quæstio est, & vtramq; in partem tractari agitariq; solet. Sunt, qui institutum hoc improbant: prodesse negant peregrinationes tum alijs, tum maxime ijs, qui literis sese dedunt: idq; his argumentis: quod 1. multa multis, dum peregrinantur, accidere solent. *Euripid. in Iphigenia.* Eaque de causa iudicatur

Contra peregrinationes.

Felix, qui patrijs æuum transegit in agris,
Ipsa domus puerum, quem vidit ipsa senem.
Qui baculo nitens, in qua reptauit arena,
Vnius numerat secula longa casæ.

2. Nulla ars loco discitur, eo quod notitiam dat gentium: nouas fontium formas ostendit: alicuius fluminis sub obseruatione naturam offert: cæterum, neque meliorem facit, neque saniorem. Inter studia versandum est, & sapientiæ authores: vt quæsita discamus: nondum inuenta quæramus. *Seneca in Epist. lib. 18. Epist. 105.* Et magis interest, quis veneris, quam quo veneris. *Idem lib. 3. Epist. 28.* 3. Multi cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt. Strenua, inquit ille, exercet inertia: nauibus atque quadrigis cupimus bene viuere: quod petis, hîc est. *Horat. lib. 1. Epist. ad*

Fallacium. 4. In peregrinationibus vitam agentibus, istud euenire solet, vt multa hospitia, nullas amicitias habeant. *Senec. lib. 1. Epist.* 2 Afferunt 5. tria incommoda secum peregrinationes in Respublicas: morum corruptionem, legum mutationem, ciuium dissensionem. *Arist. lib. Polit 7. cap. 6. & in hunc Casus.* Confirmare hoc exemplo Ieroboami videtur, cui peregrinatio in Ægypto nocuit: fecit, vt tyrannus fieret, & idolorum cultum introduceret. *3. Reg. cap. 12.* Hac quoque de causa 6. Plato non vult peregrinari eos, qui pauciores, quam quadraginta annos habent. *lib. 12. de Legibus.* 7. Rerumpublicarum quidam moderatores alienas & peregrinas linguas admittere noluerunt, quod metuerent: ne, si idiomata externa addiscerentur, occasio daretur cum moribus illorum communicandi. *Calius lib. 32. antiquarum lectionum, cap. 17.* noua oratio videretur iudicia noua, nouas quoq; affectiones adducere. *Plutarch. in Lycurgo.* Verũ quoq; non raro deprehenditur id, quod dici solet; Cui peregrinatio dulcis, amara patria est: cui dulcis patria, amara peregrinatio: quibus nihil boni est domi, iucunda peregrinatio. *Plutarchus in praceptis Polit.*

Pro peregrinatione rationes.

Verum hæ rationes vt omnes esse præclaræ videntur: obijci quoque interdum solent, vt vtiles, laudabiles, tempestiuæ peregrinationes impediantur: ita sunt in contrariam sententiam illæ tenendæ quæ peregrinationes probant. Cuiusmodi primo est Humanitas erga peregrinos & exteros Quemadmodũ enim μαμμόθρεπτοι, apud materculas semper hærentes, sunt inhumani & morosi; ita qui peregrinati sunt aliquãdo, quia non ignari mali, miseris succurrere didicerunt: &, dum recordantur suorum malorum, ipsi alijs laborantibus succurrunt. *Arist. lib. 2. Rhet. de misericordia.*

Deinde, Emendatio & correctio vitiosorum morũ. Alienis enim moribus & institutis perspectis meliores redduntur homines: vt Anacharsis Scytha. *Herod. lib.* 4. &

4. & qui peregrinantur, alijs ſeſe accommodare coguntur, & cauere, ne quorum opera indigent, eos offendant, vt Alcibiadi & Temiſtocli accidit. *Plutarchus in horum vitis.* Moderatio ibi diſcitur & humanitas & frugalitas: quia in peregrinatione ſępe offa & torus herbaceus famis ac laboris medelæ ſunt. *Stobæus Serm.38.*

Tertio, Experientia paratur & vſus rerum. Secundum enim prouerbium: Tuta eſt nauigatio, quæ ex aliorum periculis diſcitur, Et quemadmodum corallium, quo primum contigit auras tempore, dureſcit, mollis fuit herba ſub vndis. *Ouid.15. Metamorph.* ita qui non domi molliter, delicate, ſine fructu vixerunt; melius conformant iudicium: ad quæuis ſubeunda apti redduntur.

Quarto, etiam ad leges ferendas, capeſſendam Rempublicam prodeſt multarum nationum leges & inſtituta cognoſcere: videre quænam Reipublicæ forma, quibus hominibus conueniat: quæ ſint conſilia, conſuetudines, ingenia, mores hominum, *Ariſtot. Rhet. 1. cap. 4. Polit.7.cap.6. Plato 11. de legibus.*

Quinto, peregrinatio quoddam ſpeculum eſt hominum in hac vita: quæ nihil eſt aliud, quam mera peregrinatio. *Geneſ. cap. 47. 1. Paralip. 29. 2. Corinth. 5. Philip. 3. 1. Pet. 2. Plato in Axiocho.* Et quemadmodum is, qui nauigat, ſtat, ſedet, iacet, vadit: quia impulſu nauis ducitur: ita ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſiue loquamur, ſiue taceamus; quotidie ad finem tendimus. *Auguſt. de doctrina Chriſtiana lib.1.cap.1.*

Sexto, Cum nihil ſit in intellectu *ſecundum Ariſtotelem*, quod non prius in ſenſu extiterit: inter ſenſus vero principem locum viſus teneat: peregrinationes hanc ad rem plurimum proſunt.

Septimo, delectant etiam magis quæ videntur, quã quæ audiuntur, iuxta illud Poëtæ:

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus.

Iucunda sunt & grata, quæ propter sensum sunt aut præsentia, aut propter recordationem præterita: aut propter spem futura: quæ omnia in peregrinationibus sunt: vt & varietas & commutatio quædam. *Aristot. 1. Rhet. de rebus iucundis, cap. 8.*

Octauo, etiam certiora sunt, quæ videntur, quam quæ audiuntur: quia non ex aliorum fide & authoritate, sed inspectione propria pendent. *Zvvingerus in Methodo Apodemica.*

Maxima vero vtilitas peregrinationum in eruditione & doctrina paranda percipitur: quia breui tempore acquiritur, quod difficulter alij legendo assequuntur. Est conuersatio cum doctis ac sapientibus vtilis cumprimis & iucunda. Nulla enim res est, quæ magis animos honestos imbuit: dubios & in prauum inclinantes ad rectam reuocat viam, quam bonorum & doctorum conuersatio. Paulatim enim descendit in pectora, & vim præcepti obtinet, frequenter audiri & aspici: occursus quoque sapientum iuuant: & est aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias: nec deprehenditur, quemadmodum & quomodo tibi prosit: profuisse deprehenditur. *Seneca lib. 14. Epist. 95.*

Exempla virorũ magnorũ, qui peregrinationibus operam dederunt.

Itaque decimo qui fuerunt magni & docti, peregrinationibus operam dederunt. Plato in Italiam ad Pythagoræos, in Ægyptum ad sacerdotes, ad alios est profectus. *Diog. Laërt. lib. 3. in vita Platonis.* Xenocrates, Cranter, Possidonius, innumerabiles alij, perpetuo sunt peregrinati. *Cic. 5. Tusc.* Alexander Magnus maximam terrarum partem peragrauit, vt ea perdisceret, quæ ad optimam regis disciplinam pertinerent. *Diog. Laërt. lib. 2. in Archelai vita.* Lycurgus, in Græciam & Ægyptũ profectus, iura didicit. *Strabo lib. 10.* Eo quoq; sese Solon contulit. *Plutarchus in Solone.* Pythagoras ad leges & literas cognoscendas cum Persarum Magis vixit: inde Spartam contendit. *Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 36.*

Priuile-

Priuilegijs vndecimo & amore singulari sunt digni *Studiosi* iudicati, qui vel studiorum, vel morum gratia peregri- *peregrini* nantur. Nec immerito: quia amore tales scientiæ exu- *humani-* lant, semetipsos exinaniunt, vitam suam periculis ex- *tate ac be-* ponunt. *Lib.4. Cod.tit.13.* Et Plato erga peregrinos e- *neuolentia* iuscemodi humanitatem & comitatem exercere iubet. *digni.* *lib. 12. de Legibus.* Addit quoque rationem pulcherrimam alibi: quod peregrini amicis & cognatis sint orbati: ideoque DEVM habeant vltorem, si qua iniuria afficiantur. *lib.1. de Legibus.*

Et facile impedimenta & incommoda, contra pere- *Refutatio-* grinationes allata, remoueri possunt: si illæ recte insti- *nes eorum,* tuantur, considerentur diligenter ea, quæ ante peregri- *quæ contra* nationes, in ipsis peregrinationibus, & tandem post *peregrina-* has confectas obseruanda sunt. Ante peregrinationes: *tiones al-* vt precibus primum à DEO impetretur, vt honestas & *lata.* felices non turpes & infelices, tum agendi, tum patiendi occasiones largiatur. 2. Spectetur finis, cur pere- *Ante pere-* grinationes suscipiendæ: & quia nemo de seipso recte *grinationes* iudicare potest propter φιλαυτίαν, consulantur alij, qui *quanã ob-* ijsdem aliquando in locis sunt peregrinati. 3. Habea- *seruanda?* tur ratio ætatis propter iudicium, quo inter bonum & malum, honestum & turpe distinguatur. 4. Non negligatur lectio Historiarum, maxime illarum regionum, quas lustrare cupimus: adhibeantur quoque tabulæ Geographicæ: sumantur in manus itineraria. 5. Comparentur equi, & alia laboriosa magis quam sumptuosa: cogitetur de comitibus, qui linguæ sunt & morum periti, eundem quoque nobiscum propositum finem habent.

In ipsa peregrinatione danda deinde opera est; vt *In ipsa per-* non solum corpore peregrinemur: verum etiam animo *egrinatio-* obseruemus, quæ obseruatu digna: audiantur incolæ *ne quæ spe-* & inhabitatores: conferatur sermo cum doctis & pru- *ctanda?* dentibus: spectentur loca publica: Templa, Scholæ, Theatra, Curiæ, Armamentaria, Bibliothecæ. Sint

peregrinatores fortes & temperantes, vt non metuant pericula, non fugiant labores, non a libidinibus vinci sese patiantur. Sint prudentes, vt parce loquantur, cõsilia sua celent, paucis fidant, sint muti, & in aliena domo nõ cuncta intempestiue & curiose inquirant: cauti etiam in expendenda & occulenda pecunia: dent operam, vt Bibliothecæ moles parua, vsusfructus magnus sit. Maxime vero in Ecclesijs, Scholis & Rebuspublicis notent leges, instituta, mores: non etiam illa negligant, quæ ad Oeconomiæ administrationem faciunt.

Post peregrinationes quæ tenenda?

Peregrinationibus tandem peractis cũ laude reuertentur domũ, qui quatuor illa obseruauerint. Primum non mutauerint mores patrios: memores illius Aristophanis *in Pluto*: τρόποις ἐπιχωρίοις, regionis moribus, viuendum. Deinde in colloquijs, familiaribus maxime & priuatis, cũ licuerit, vernacula lingua fuerint vsi: nõ peregrinam nosse solam voluerint. Ita de Turcicis Imperatoribus scribitur, si quid sancte ac religiose promittunt, lingua Turcica eos vti: si fallere volunt, nec promissis stare, aliena lingua cum Oratoribus agere. *Bembus lib. 4. Historiæ Venetæ.* Tum peregrinis etiam vsi vestibus qui fuerint, eas mutent, siquidem retentæ in patria risum illæ sæpe & συγκρίσιον concitant, reprehendendi materiam præbent. Vnde & prouerbia: Scenæ seruire, vti foro, νόμῳ καὶ χώρᾳ, legi & regioni, accommodare sese iubent. Et memorabilis Historia est de Andronico Iuniore: cuius in aula Constantinopolitana talis fuit vestitus, vt non Græcorum amplius, sed Latinorum, Syrorum, & aliorũ esse videretur. Vnde prudentiores sunt ominati, mutationem magnam aut interitum Imperij instare. Neque eos opinio fefellit, *Gregoras lib. 2.* Postremo declinauerint quoque ἀλαζονείαν, ostentationem & iactantiam in expositione eorum, quæ alibi visa aut audita fuerunt. Sæpe enim, qui eiuscemodi narrationibus volunt videri cymbala mundi, mundi tympana fiunt & ridentur: obijcitur illis

tritum

tritum prouerbium: Hic Rhodus, hic saltus. *Plato 12. de Legibus. Cic. 1. Offic. Heresbach. de Institutione principis, cap. 24. Zvvingerus in Methodo Apodemica.*

QVÆSTIO XLV.

QVINAM PVERIS PRÆCEPTORES ac Pædagogi præficiendi?

PRima in liberorum institutione atque educatione cura de Præceptoribus ac Pædagogis suscipienda est, quid hic peccetur: ne mancipijs aut barbaris, aut παλιμβόλοις, veteratoribus & inconstantibus, vinosis, οἰνοβλήτοις, quæ habent κειμήλια preciosissima, liberos suos credant parentes ac committant, aut imprudentia & inscitia quadam, aut nonnunquam etiam scientes, monentibus alijs, qui negocium non intelligunt: interdum victi ostentationibus blandientium: non raro alijs petentibus, amicis gratificari quia cupiunt: aut auaritia quadam, ne maiorem mercedem soluere cogantur, vilem inscitiam, ὤνιον ἀμαθίαν, sectantes labantur. *Plutarchus de liberorum Educatione.*

Notæ ac conditiones boni præceptoris.

Boni vero præceptoris ac pædagogi notæ sunt aliquot: I. Pietas, quæ si desideratur, cætera cũcta male sese habent: siquidem & eruditionis & sapientiæ omnis fons ac fundamentum Timor DOMINI est.

II. Vitæ innocentia, morum sanctimonia & integritas. Nec habeat ipse vitia, nec ferat: vita verbis respondeat: de virtute, vt loquitur præclare, ita ex eadem præclare viuat: non necesse habeat illud vsurpare: Doctrinam accipite, mores relinquite. *Plato in Lachete. Plutarchus de liberorum Educatione. Quintil. lib. Instit. 2. cap. 1.* vt & teneriores animos ab iniuria sanctitas docentis custodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat. *Idem ibidem.* Quod si quis in eligendo filij præceptore flagitia manifesta non vitet: iam hinc sciat, cætera quoque, quæ ad vtilitatem iuuentutis cõponere cona-

conamur, esse sibi hac parte omissa, superuacua. *Idem lib. 1. cap. 2.*

III. Amor. Vt sumat ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere sese in eorum locum existimet, à quibus sibi liberi traduntur. *Idem libro 2. cap. 1.*

IV. Doctrina, sed solida, non ventosa, aut circumforanea: sint pædagogi, aut eruditi plane, aut se non esse eruditos, sciant. Nihil enim peius est ijs, qui paulum aliquid vltra primas literas progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt. Et tales qui sunt, cedere præcipiendi peritis indignantur, ac velut iure quodam potestatis, quo fere hoc hominum genus laborat, imperiosi, atq; interim sæuientes stultitiam suam perdocent: nec minus error eorum moribus nocet. *Quint. lib. 1. cap. 2.*

V. Ἐμπειρία, vsus & experientia rerum, non tantum doctrina qualiscunque in Scholis comparata: vt & nosse & tractare ingenia queat: sciat, quæ quibus studia conueniant. Sunt quidam, nisi institeris, remissi: quidam imperia indignantur: quosdam continet metus, quosdam debilitat: alios continuatio extundit: in alijs plus impetus facit. Optandus is vt detur puer, quẽ laus excitet, quem gloria iuuet, qui victus fleat. Hic erit alendus ambitu, hunc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc locum desidia nunquam habebit. *Plutarch. de liberorum Educatione. Quintilianus libro 1. Instit. cap. 4.* Maxime vero teneris non est protinus acerbe instandum, plenaque opera exigenda: id inprimis cauendum, ne studia, qui amare nondum potest, oderit, & amaritudinẽ semel perceptam etiam vltra rudes annos reformidet. Lusus hic sit, & rogetur & laudetur. Aliquando ipso nolente, doceatur alius, cui inuideat: contendat interim, & sæpius vincere se putet: præmijs etiam, quæ capit illa ætas, euocetur. *Quintil. Instit. lib. 1. cap. 2.* Hanc ἐμπειρίαν, experientiam, habuit

buit Isocrates: qui, cum duobus dissimilibus discipulis, Theopompo & Ephoro, esset præpositus: alterum frenis, alterum calcaribus opus habere dixit. Linus cõtra hac ipsa in instituẽdo Hercule destitutus fuit. Cum enim Hercules fidibus caneret rustice, ideoq; à præceptore acerbe admodum obiurgaretur; impatiens reprehensionis, eum plectro percussum interemit. Pessime quidem Hercules egit: at imprudenter Linus præceptor interim: cum quædam ingenia minis, quædam verbis blandis institui velint. *Ælianus lib. 3. variarum Historiarum.* Eadem lapsus imprudentia MAXIMILIANI I. præceptor est Petrus nomine: qui, cum sophismata illi inculcare vellet, ad quæ capessenda aptus non erat: verberibus tandem effecit, vt literas magis ille odio haberet, quam diligeret. Itaque Romanorum post Rex factus, dixisse fertur: Si hodie Præceptor meus Petrus viueret (quanquam multa præceptoribus debeamus) efficerem, vt imperitæ institutionis illum pœniteret. *Cuspinianus in Impp.*

VI. Fides & diligentia. Vt non obiter & perfunctorie doceat: sed, adhibita sedulitate, examinet discipulos, eorum profectum exploret, ostendat & corrigat peccata. Laudat Molonem præceptorem suum Cicero hoc nomine: quod in notandis animaduertendisq; vitijs, & instituendo docendoque fuerit prudentissimus: operam dederit, vt nimis redundantem se & superfluentem iuuenili quadam impunitate & licentia reprimeret, & quasi extra ripas diffluentem coërceret. *In Bruto.* Notatur cõtra ab Historicis Leonidas, Alexandri Magni Præceptor, cuius negligentia temulentus ille euasit; cum adulari magis quam instituere ille regem videretur. *Plutarch. in vita Alexandri.* Nec vsq; adeo bene apud omnes Seneca audit: quod, cum institueret Neronem, aliud omnino scriberet, aliud sequeretur: tyrannos lacerans Tyrannodidascalum sese præstaret. *Dion. Suetonius. Cælius lib. 8. cap. 15. Antiquarum lect.*

VII. Mitio-

VII. Μέθοδος. In docendo methodo bona perspicua, facili, breui, non multitudine ingrata, diuturnitate iniucunda, molesta varietate, difficili obscuritate vtatur: non ad pompam & ostentationem ingenij, doctrinæ, facundiæ, sed discipulorum suorum commodum captumq; doceat: nec de genere ad genus transcendere aut tectum ante superinducere conetur, quam iacta probe fundamenta fuerint.

IIX. Patientia & Industria. Sit præceptor bonus, patiens laboris, assiduus potius, quam immodicus: interrogantibus libenter respondeat: non interrogantem percunctetur vltro: in laudandis discipulorum dictionibus, nec malignus, nec effusus: in emendando, quæ corrigenda erunt, non acerbus, minimeque contumeliosus. Nam id quidem multos à proposito studendi fugat; quod quidam sic obiurgant, quasi oderint. *Quintil. lib. 2. Institut. cap. 1.*

Parentes sint pædagogorum & filiorum inspectores.

Verum vt recte hæc sese omnia habeant, tamen etiam parentes vt sint & filiorum & pædagogorum inspectores, necesse est: non spem in alio, mercede conducto, ponere. Maiorem enim hi liberorum curam adhibent, cum officij sui reddendas sibi esse rationes vident. Itaque & Equisonis hic dictum valet: Nihil tam equum impinguat atque OCVLVS REGIS. *Plutarchus de educat. liberorum.*

QVÆSTIO XLVI.

VTRVM CÆDENDI ET CAstigandi sint pueri?

Rationes contra castigationem.

IMprobare hoc quidam videntur, & cum pueris agendum esse censent verbis, non verberibus; his rationibus adducti. Quod verbera adhibere 1. seruis potius q̃ liberis conueniat. 2. Ita hi obdurescant & horrescāt ad labores, tum propter verberum dolores ac cruciatus, tum contumelias. *Plutarch. in libello de educatione libero-*

liberorum. 3. Deforme quid hoc,& certe quod conuenit, si ætatẽ mutes,cum iniuria. 4. Si cui mens tam est illiberalis, vt obiurgatione non corrigatur,is etiam ad plagas,vt pessima quæq; mancipia, durabitur. 5. Ne opus quidem hac castigatione erit, si assiduus studiorũ exactor astiterit. Fere negligentia Pædagogorũ sic nũc emendari videtur: vt pueri non facere,quæ recta sunt, cogantur,sed cum non fecerint,puniantur. 6. Cũ vero paruulum quis verberibus coëgerit, quid iuueni faciet: cum nec adhiberi sic metus potest, & maiora discenda sunt? 7. Itaq; quod si minor in eligendis custodum ac præceptorum moribus cura fuerit: ipsi præceptores in probris multa, credendi iure abutuntur. Alijs quoque quasi occasionẽ det hic miserorum metus. Et 8. in ætatẽ infirmam, ac iniuriæ obnoxiam nemini nimium licere debet. *Quintil. lib.1. Instit. cap.4.* Vnde non male Orbilius, asper in cædendo & reprehendendo, notatus fuit à Suetonio *de Grammaticis Illustribus, cap. 8.* & ab Horatio plagosus *in Epistolis* appellatur.

Esse contrà cædendos, ac castigandos pueros Sacræ nos literæ docent: quæ educare nos liberos in disciplina & correctione DOMINI iubent. *Ephes.6.cap.* Inflectere illorum ceruices mandant, dum adhuc sunt in adolescentia. *Syracid.30.* Affirmant, virgam ac correctionem sapientiam tribuere. *Prouerb.29.* Indicant, eos qui filios suos vere diligunt, hos sub ferula tenere: vt postea gaudium ex ijs habeant. *Syracid.30.* Ostendunt illos, qui in disciplina liberos suos coërcent, lætari, neque pudefieri apud notos ac amicos suos. *Ibidem.* Animam quoque ab inferno liberare. *Prouerb.23.* Rursus testantur, eos parentes, qui dolent vibices filiorum,& perterrentur, quoties illachrymantur. *Syracid.30.* parcunt virgę, odisse filios. *Prouerb.13.* Facere, vt ferociant, sicut equi indomiti. *Syracid.30.* ***Pro castigatione.***

Quod expertus Eli est sacerdos DOMINI. *1.Reg.2.* qui Adoniam filiũ impense ac nimis amauit, neq; corripuit:

ripuit: ne quidem interrogauit vnquam, cur hoc faceret. *3. Regum 1.* Contristatus post, & de hoc & alijs liberis, quibus indulserat. *Ibidem.* Augustus Cæsar, qui filias Carcinomata palam appellare consueuit: cumque ferre eas amplius non posset, in Pandateriam Insulam relegauit. *Sueton.* Vt enim vestes raro quæ induuntur, probe à tineis eroduntur: ita pueri quoque, qui nimis indulgenter tractantur, sæpenumero & animi & corporis viribus corrumpuntur. Idem his, quod Simiarum catulis, accidere solet, qui nimio complexu à suis necantur. *Plinius.*

Itaque hac in re & moderatio, & ratio adhibenda est: vt neque in excessu peccetur ex iracundia, aut alia aliqua animi commotione: neque leniter ac indulgenter agatur: vt in cæteris, ita hic quoque medium teneatur: ingenia quæ quibus sint tractanda modis, consideretur. Quemadmodum & S. Literæ corrigere quidem nos filios nostros, sed ad interfectionem animam illorum ponere nolunt. Et Apostolus vetat ad iracundiam prouocare eos, ne animo pusillo fiant. *Ephes. 6.* Et vt Medici medicamenta amara succis dulcibus dum temperant, simul & delectant & prosunt: ita acerbitates reprehensionum ac plagarum mansuetudine sunt temperandæ: cogitandum, etiam nos aliquando pueros ac iuuenes extitisse. *Plut. in Educat. liberorum.*

QVÆSTIO XLVII.

IN QVIBVSNAM POTISSIMVM puerorum institutio adhibenda?

AGesilaum ferunt interrogatum, quænam potissimum discenda essent adolescentibus? respondisse, quibus aliquando vsuri essent facti viri. *Plut. in Laconicis.* Erit ergo informatio & Institutio adhibenda 1. in religione & pietate, 2. linguis, 3. artibus ac disciplinis honestis, 4. probatis moribus, 5. exercitationi-

tationibus atque recreationibus corporis : ſed ita vt victus ratio, & ad ſanitatē pertinentia nō negligantur.

Et quidem de Religione recte primo agitur: quia hæc prima eſſe debet in Inſtitutione. Mandat ſiquidem DEVS parentibus, vt non ſolum ipſi audiant ſermones ſuos, verum etiam doceant filios ac nepotes. *Deuter. 4.* Phylacteria veſtibus aſſuere idem voluit Iſraëlitas, ne lex diuina ex illorum memoria efflueret: eſſet quaſi ſignum in manu illorum, & monumentum ante oculos. *Exod. 33.* Seruire DEO iubentur. *Deut. 6.* ſectari pietatem. *1. Timoth. 6.* quærere regnum DEI ante omnia, & iuſtitiam eius. *Matth. 6.* Eſt deinde magnus quæſtus. *2. ad Timoth. 6.* Parit gratiam cum DEI tum hominum. *Prouerb. 3.* Adfert præterea ſecunda & fauſta cuncta: quandoquidem omnia bona ſequentibus Deos, ſpernentibus aduerſa accidunt. *Liu. lib. 5. Decad. 1.* Et finis vitæ noſtræ is primarius eſt, & meta, ad quam colliniandum, DEI cultus & honos. *Plato de Legibus. 4. Reipub.* fundamentum ac propugnaculum Religio. *Idem 4. de Repub.* Omnium virtutum fons. *Cic. 2. de Legibus, & pro Plancio.* Neq; ſine DEO mens eſſe bona vlla poteſt. *Senec. in Epiſt. Epiſt. 41.*

Religionis in inſtitutione, ante omnia cura habenda.

Ac ſi nihil eſſet aliud; vel iudicium ſaltem de Religione neceſſarium eſt cum alijs; tum politicis futuris: ne illud obijci Euripidis poſſit: Cum eloquens minime eſſes, legationes obibas; & ratiocinādi imperitus, quæſtorem agebas, *Plut. in præceptis Reipub. gerendæ.* Et hæc cauſa Romanos mouit, vt Optimatum filios ad Hetrurios mitterent: vt auguralem ſcientiam diſcerent, poſt Rempub. capeſſerent. *Val. Max. lib. 1. cap 1.* Impulit Gallos, vt filios ſuos, opera Druidarū vellent primo religionem, poſt politiam diſcere. *Cæſar in Commentarijs belli Gallic. lib. 6.* Sed & Pythagoram, Platonem, alios legimus, ſi quid eſſent aſſecuti de diuinis rebus, illud cum paucis & quidem amiciſſimis communicaſſe. *Ludouicus Viues de Veritate fidei, lib. 2.*

QVÆSTIO XLIIX.

AN LINGVIS STVDENDVM?

Contra studium linguarũ.

POst Religionem, Linguarum non inutiliter studiũ sequitur: etsi contra hoc quædam adferri possint. Primum enim sunt, qui linguas errorum & hæresium seminarium appellant. *Ludouicus Viues libro 2. de caussis corruptarum artium.* Linguarum deinde prohibitus vsus cum extraneis fuit non solùm à Gallis, verum etiam alijs propter metum factionis, proditionis, doli ac fraudis. Vnde Carthaginenses, proditi aliquandò Dionysio, Senatusconsulto cauerunt, ne Carthaginensium quisquam operam literis Græcis daret. *Cælius Rhodiginus, lib. 22. Antiquarum lectionum cap. 17. Suetonius in vita Tiberij.* Tum etiam quando addiscuntur peregrina idiomata, peregrini simul mores addiscũtur: externa præterea & varia oriuntur iudicia de rebus, & cõsilia ab instituta ratione Reip. aliena. *Plut. in vita Lycurgi.* Præterea nec æquum hoc esse videtur: vt linguã, in qua nati sumus, contemnamus: ornemus & discamus alienam. *Plut. in Catone.* Sed ad patriæ decus & gloriam facit, vernaculam linguam propagare, eademque peregrinis respondere: quemadmodum Romani hoc fecerunt & Itali, Hetruscam suam linguam excolentes. *Val. Max. lib. 2. cap. 2. Dio, Cassius lib. 60. Suetonius in Tiberio. Auentinus Annalium Boiorum libro 4. Polydorus Virgilius rerum Antiquarum lib. 19.* Ideoque non male Marius ridiculum esse putauit literas Græcas addiscere, quarum præceptores alijs seruirent. *Plut. in Marij vita.* Neq; denique illud parui faciendum, quod ad studia pertinet bonarum artium & facultatum: quæ retardari videntur, dum linguæ addiscuntur. Atque inde quoque fieri videtur, vt antiquis illis hominibus doctissimis similes pauci aut nulli hodie reperiantur: cum linguæ pene innumerabiles, nec sine magno addisci labore queant. *Cic. 6. Tusc.*

Sed

Sed non impedire rationes illæ linguarum studium, ac πολυγλωττίαν debent. Primo nouimus, maxime politicos futuros linguas varias semper didicisse: Romanorum filij ad Rempub. aliquando accessuri, primo Hetruscam linguam, post Græcam cognoscebant. *Dionysius Halic. lib. 4.* Mithridates duas & viginti linguas tenuit eorum populorum, quibus imperauit. *Valer. Max. lib. 8. cap. 3.* Peritissimus linguæ Græcæ extitit Augustus, *Suetonius in Augusto.* Carolus Magnus legatos Græcos ipse audiuit, & his Græce respondit. *Bonfinius.* Otho II. Imperator à Saracenis & Græcis captus, cum Græce loqueretur, pro Græco habitus euasit. *Auentinus lib. 5. Boiorum Annalium.* Aurea quoq; Bulla, per Carolum IV. Imperatorem facta, iubet Electorũ filios & successores discere Græcam, Latinam, Illyricam linguam: quo cum multis gentibus sermonem communicare possint. *Sleidanus lib. 1.* Est secundo donum linguarum insigne, & Spiritus Sancti donum: ideoque neutiquam contemnendum. *Actor. 2.* Homo tertio natura est animal πολιτικὸν, communioni natum: huic vero vtrique sine linguarum commodare cognitione nequit. *Arist. Polit. 1. cap. 1.* Vt nihil (quarto) de Religione illustranda & amplificanda, artibus & facultatibus dicamus, quæ carere linguis non possunt: quemadmodum neq; communicationes institui disciplinarum, si linguarum vsus tollatur. Etsi enim (quinto) vernacula lingua scribantur artes multæ: tamen, si quæstiones incidant & controuersiæ graues in verbis; nõ nisi ad ipsos fontes & autores bonos confugiendum est. *Corrad. de Latin. lingua.* Non (sexto) sine causa omnes omnium gentiũ docti homines maluerũt Græce aut Latine, quã lingua vernacula vti in scribẽdo.

Pro linguarum studio.

De tarditate vero septimo quod dicitur, facile refutatur compensatione rei diuturnitatis. Quemadmodum enim plantæ, quæ celerrime surgunt, celerrime quoque pereunt: ita quoque, quæ vento quasi nascun-

tur doctrinæ & scientiæ, esse diuturnæ nequeunt. *Amasæus de Latina lingua.* Accedit huc & necessitas, quæ nos cogit, vt auribus aliorum sermone accepto satisfaciamus, quemadmodum Themistocles apud Persas, Persicam linguam est discere coactus. *Thucyd. lib. 1.* Et verum est Ciceronis illud: Surdi sumus omnes in linguis, quas non intelligimus. *Tuscul. 5.* Quin etiam gratiam & beneuolentiam parit haud exiguam linguarum cognitio: quia magis afficiuntur homines eo sermone, qui sensibus illorum congenitus est; vt & autoritatem, si quis intelligere & alloqui varios populos sua in lingua possit. Nec etiam decipiuntur ab interpretibus legati; aut turpiter pendere ab ipsis coguntur: maxime cum continuandus est sermo, aut mutandus ob circumstantias, aut responsum dandum ex tempore. Quemadmodum ad manus quoque non semper interpretes sese offerunt. *Gentilis de Legationibus, lib. 3. cap. 7*

QVAESTIO XLIX.

VTRVM IN ARTIBVS AC DIsciplinis studij quid operaq́ ponendum?

QVemadmodum religio necessaria est, vtilis multarum linguarum cognitio: ita oportet quoque bonis artibus & disciplinis mentem imbuere: vt oratio nostra non verbis modo compta & elegans, sed etiam sententijs prudens sit & grauis. Sunt vtique, qui improbant in politico maxime futuro artes: quod qui docti sapientiores esse legibus volunt, innouare multa conantur; suas tantum existimant opiniones & sententias valere debere. *Thucyd. 3.* Etiam inepti sunt ad ciuiles functiones: idem his accidit quod noctuis, quæ media in luce caligare incipiunt. *Bodinus in Methodo Historic, a cap. 4.* Et sic Socrates derisus fuit, cum tribus suæ suffragia numerare non potuit. *Plato in Gorgia.*

Contra artes.

Clau-

Claudius Imperator, Michaël Parapinacius, Imperatores alij docti, ac interim inepti ad gubernacula fuerũt. *Cuspinianus & Ioannes Magnus lib.10.* Quin & improbi ac mali extiterunt: plurimi docti etiam tyranni sunt facti; Critias, Pythagoras, Calippus, Tiberius & alij. *Athenæus lib.11.c.vlt.* Aut postremo sibijpsis parũ consuluerunt, ægri aut pauperes facti. Vnde illud: Odi sapientem, sibijpsi qui non sapit. Exempla in promptu sunt Socratis, Diogenis, Massurij, Sabini, multorum aliorum. *Laërtius in vita philosophorum, lib.6.*

Verum peruersa illa iudicia, vt & defectus fortunæ bonorum, aut abusus scientiarum ipsas comprobare ac damnare scientias neutiquam debent. Romani neminem melius, quam literatum, imperare alijs statuerunt, cum Imperator quæreretur. *Vopiscus in Tacito.* Docti fuerunt Alexander M. Carolus M. Constantinus M. Augustus. *Plut. Sueton. Cuspin. Sabellicus.* Nec immerito: quod primum, qui operibus, familia, rebus alijs excellunt, interim sunt indocti, statuis sunt similes; quę foris præ se ferunt honestam speciem; intus plumbo, bitumine, aranearum telis plenæ sunt. *Plutarch. ad principem indoctum.* Deinde ad vitam, cum sustentandam, tũ instituendam recte, literæ plurimum prosunt. *Plut. in Coriolano.* Tum ad res bene gerendas doctrina valet. *Arist.7.Polit.cap.5.* Habet pondus in præscribendis alijs officijs. *Plut. ad principem indoctum.* Præterea veram & immortalem gloriam parit. *Plat. 6. de Repub.* Facit, vt non solum amentur, verum etiam metuantur docti: quia nihil est acutius calamo, rerum perito. *Lamprid. in Alexandro Seuero.* Quemadmodum contra nihil turpius est, quam ab aliorum iudicio pendere: &, quid dicendum & statuendum sit, petere. *Iustinianus de iudicibus constituendis, Constit.82.* Quin & non consulere alios, aut bene cõsulentib. obtẽperare, aut de his iudicare possũt, qui indocti & illiterati sunt. *Philipp. Comineus lib.33.* Verũ de his latius alia in quæstione actũ. *Pro artibus.*

QVÆSTIO L.

VTRVM MORVM CONFORMATIOnis in institutione ratio habenda?

Contra mores. SVnt, hoc qui negant, his potissimum rationibus adducti. Quod 1. multi sunt reperti docti, qui aut malis aut ineptis prædici moribus fuerunt: vt Diogenes, & eius farinæ alij: quidam propter studium doctrinæ neglexerunt mores. 2. Antiquitatis studium & simplicitatē præ se quandam ferre alij conantur, dum morum ciuilitatem & decorū negligunt in vestitu, sermone, victu, alijs: quemadmodum Cato minor prætor sæpe solitus fuit sine calceis & tunica pro tribunali ius dicere. *Plutarch. in eius vita.* 3. Etiam illud constat, magnis ingenijs plerunq; magna vitia inesse: quemadmodū soli feracitas conijcitur, si herbis syluestribus multoq; limo refertū illud fuerit. *Plut. in Demetrio.* Tam ciuitatū, quam singulorum hominum, certi sunt mores. Sunt gentes aliæ iracundæ, aliæ audaces, aliæ timidæ, aliæ ad Vinū aut Venerem proniores vel ex cœli constitutione, vel tēperamentis corporum, vel rerum occasione, quæ ibi nascuntur, vel conuersatione & conuictu cū alijs. Ita Lacedæmonij cūctatores sunt habiti, Athenienses supra vires audaces, Asiat. ingenia inania, Alemanorū ieiunia rara. Quæ immutare ac deponere admodum difficile est. *Liuius Decad. 5. lib. 5. Cic. 2 Agraria. Alexander ab Alex. lib. 4. cap 13. Arist. Polit. 7. c. 7.*

Pro moribus. Sed vtut hæc speciose obijciantur: tamen diligens ratio honeste viuendi, & quidem potior, quam optime dicendi, habenda est. *Quintil. lib. 1. cap. 2.* Sic educatio instituenda, vt bona in Repub. ciuium liberi boni fiant, & mature fiant. Sicut enim hyemi per æstatem & serenitatem huius necessaria parari possunt: ita boni mores in ipsa iuuentute sunt comparandi; & ita quærendum viaticum ad senectutem. *Plut. de educ. liberorum.* Nec desunt rationes. Quemadmodum enim primo

oculi

oculi vitio aliquo laborantes perperam cernunt: ita male res gerit, præest alijs anima, quæ est mala. *Plato 1. de Repub.* 2. Cum mores doctrinæ non respondent: idem est, ac si cœnoso puteo purissimam aquam quis infundat: vbi cœnum simul & aquæ puritas contaminantur. *Lysides Pythagoricus.* Et Pythagoreorum symbolum, cibum in metallum non esse inijciendum, monet: hoc est, vt Plutarchus interpretatur, sermonem bonum in animum hominis improbi: quod ita ille corrumpitur & putrescit, aut in acetū conuertitur. 3. Etiam illorum, qui sunt docti, aut alijs præsunt, errata & vitia tam iocosa, quam seria notantur: conspiciuntur quoque citius; exaggerantur grauius propter personæ conditionem. *Plut. in præceptis gerendæ Reipub.* 4. Minus morati etiam inepti sunt ad conuersationes hominum: haud secus, atque vinum austerum potioni neutiquam est accommodatum. Itaque ad conciliandam hominum beneuolentiam nihil bonis & amabilibus moribus accommodatius est. Vnde Virgilius Augusto placuit, non ita gratus Ouidius fuit. Humani generis delicias Vespasianum Romani appellarunt. Et omnino morum pulchritudo ornamentum εὐπρέπεστον est. *Plut. in præceptis coniugalibus. Suet. in Vespas. Fulgosus lib. 5. cap. 1.* 5. Ex moribus quoque signa peti solent de probitate aut improbitate hominis. Vt Gregorius Nazianzenus ominatus est, Iulianum Imperatorem aliquando Imperio Romano magnum malum daturum: propter ceruicem inflexam, humeros subsultantes, oculos vagos, & furiose intuentes, pedes instabiles, nares contumaciam & contemptum spirantes, sermonem hærentem & spiritu concisum. *Oratione 2. in Iulianum. Nicephorus lib. 10. cap. 37.* 6. Nec in dicendo gratiam obtinent, voti sui fiunt compotes, qui diserti quidem, at non bene morati sunt: propterea ꝙ mores dicentis, quam verba potius considerantur. Nec male Spartanorū principes sententiam bonam hominis non

bene morati alteri dederunt pronunciandam, cuius ſpectata virtus. *Plut. in libello de audit.* 7. Inter cætera hoc etiam habent mores boni, quod placent ſibi & permanent: malitia leuis eſt, ſæpe mutatur, nec in melius, ſed in aliud. *Seneca lib. 6. Epiſt. 47.* 8. Mores mali etiam Reipub. nocent: quandoquidem diſciplina maiorum Rempubl. tenet: quæ cum dilabitur, & nomen & imperium amittitur. *Ælius Lampridius in Seuero.* Neque prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male viuatur. Nec ſtabilem habebunt ſedem parta bona, etiamſi cælum æquent; ſi verecundia abſit & domi non conſtiterit officium. *Val. Max. lib. 2. cap. 9.* Et his maxime temporibus morum neceſſaria conformatio eſt. Maiores ſiquidem noſtri queſti ſunt, nos querimur, poſteri querentur, euerſos eſſe mores, regnare nequitiam, res humanas in deterius & omne nefas labi: vt correctionem res requirat. *Senec. lib. 1. de beneficentia, cap. 10.* 9. Hac vtique de cauſa optime conſtitutæ Reſpublicæ ſemper morum diligentem rationem habuerunt. Fuerunt Romæ Cenſores, ſub quorum Magiſtratu diſcrimen honeſti & turpis fuit. Sunt Cenſoria nota equites equis ſpoliati, Senatores è Senatu eiecti, alij tribu moti, in Caritum tabulas relati. *Liuius lib. 10. Decad. 4. Plut. in Catone & Paulo Æmylio. Trebellius Pollio in Valeriano. Dio lib. 40. Cic. in Piſonem. Crellius lib. 16. cap. 13.* Fuerunt Athenis ζητηταὶ, ab inquirendo dicti: & Areopagitæ, ſeueri morum Cenſores. *Valer. Max. libro 2. cap. 1. Crellius lib. 12. cap. 7.* Fuerunt Spartæ ἁρμοσταὶ, compoſitores; & ἔφοροι, inſpectores vitæ ac morum. *Xenoph. in Repub. Spartana. Suidas. Cælius Antiq. lect. lib. 18. cap. 3.* Fuerunt deniq; apud Carthaginenſes præfecti & magiſtri vitæ. *Probus Æmylius in vita Hannibalis. Alex. ab Alexand. lib. 3. cap. 13.* Itaque morum non minus docti aliquando futuri, aut qui iam ſunt, rationem habebunt, quam vel peritiæ linguarum, vel ſolidæ eruditionis ac doctrinæ.

QVÆSTIO LI.

QVI MORES IN ADOLESCENTIBUS elucere debent?

QVia principium recte viuendi est recte audire; in audiendo tam dicentes, quam docentes: opera danda, vt accedatur tanquam ad sacrum conuiuium, placide scilicet, & tranquille: sit vultus quieta & seria constitutio, quæ non modo nullum contemptus aut indignationis, sed nec aliarum curarum & occupationum indicium habeat. Deinde, adsit verecundia & modestia in audiendo, necesse est. Ita enim quod vtile, percipitur & retinetur, falsum facilius deprehenditur, veritatis studij laus paratur, tum & æquanimitas reperitur. Qua de causa veteres in dedicandis templis Mercurium Gratijs adiunxerunt: vt ostenderent orationem benignas & placidas aures requirere. Et apud Athenienses in Academia ridere prohibitum fuisse legimus, quod ab iniuria & ignauia purum ac inaccessum hunc locum obseruandum esse putarent. *Ælianus lib. 3. variarum Histor.* Vitanda vitia sunt quoque in audiendo, ne sit vultus parum iucundus, oculi vagi, declinentur quoque susurrus ad alterum, & subrisio, corporis circumactio, & somnolenta oscitatio, aut vultus demissio: & quicquid tale est, quod vel negligentiam, vel contemptum indicat. Fugiantur deniq; etiam contraria vitia: in quærendo garrulitas & curiositas, qua attentionis & acuminis aliquando gloria captatur, & simul pudor subrusticus in non interrogando. In curiositate enim, breue quod est iter, longum efficitur: & sunt similes tales ignauis ac timidis canibus, qui domi pelles mordent & vellicant villos: in venatione feras non attingunt. Qui autem nunquam interrogant præceptores suos; in perpetuis dubitationibus, mœrore quoq; assiduo versantur. *Plutar. in lib. de auditione.*

In audiendo quomodo sese gerent.

Secundo, in moribus requiritur, vt de silentio quoq; cogite-

Silentium

præstandum. cogitetur. Est tempus, quando nihil; & est tempus, quando aliquid; nullum autem est tempus, in quo omnia dicenda. *Hugo de disciplina.* Maxime vero adolescentis est, audire multa & pauca loqui. *Menander.* Et laudatur Epaminondas, quod nemo fuerit repertus, qui & plura nosset & pauciora loqueretur. *Plut. de auditione.* Nec sine causa Pythagoras ἐχεμυθίαν, & silentium quinquennale à suis discipulis postulauit. *Alexander ab Alexan. lib. 2. cap. 5. Et Laërtius lib. 8. cap. 1.* Inprimis autem vtile est ad silentium adsuefactum esse, tum cum apud eos est agendum, qui vitæ & necis potestatem in linguæ acie portant. *Ammianus Marcellinus lib. 18.* Nec sustinebit magnum officium cum laude & vtilitate tam publica quam priuata, cui tacere graue est. *Curtius lib. 4. de garrulitate.*

In sermone quid obseruandum. Tertio, non negligenda ratio est orationis & sermonis: quandoquidem tacere semper non licet. Danda vero his opera erit, vt vitetur obscœnitas: quæ turpia factu iudicantur, turpia etiam dictu habeantur. *Isocrates ad Demonicum.* Quod fieri potest 4. modis Si periphrasis adhibeatur: pro verbo ponatur integra oratio: appellatio quæratur à re pulchra: excusatio adsit, vel ante, vel post dictum adhibita. *Arist. 3. Rhet.* Sit vicissitudo in sermonibus: in serijs seueritas, iocosis lepos adhibeatur: detur opera, ne vitium aliquod inesse moribus videatur, declinetur aberratio, motibus animi nimijs nihil tribuatur. *Cicer. 1. Offic.* Vitetur deinde sine causa idioma peregrinum. Facilius enim diuersi generis animalia sociantur, quam diuersæ linguæ homines. *August. lib. 19. De ciuitate Dei cap. 7.* Neque quicquam molestius est, quam cum eo versari, qui cum potest, tamen lingua nobis cognita vti recusat. Ad cætera porro quod attinet, vt si oratio clara & suauis sit, nec expressa nimis, nec oppressa, non agrestis & subrustica, non nimia vel celeritate, vel tarditate laborans: ex præceptis notum, quæ sunt *apud Ciceronem 3. de Oratore. In oratore*

oratore perfecto, in libris de Claris oratoribus. Ad Herennium, lib.3. Quintilianus lib.1.cap.19.tradita.

Quarto, Etiam inceſſus non negligendus. Magni corporis, vt dicitur, magnus quoque motus eſt: & ſunt pedominarij plurimi, hoc eſt, pedum pernicitate valentes: vt Marſi populi Hilophagi. *Alexander libro 2. cap.21.& 3. Cælius lib.1. Antiquar. Lect.cap.3.& 5.* Seruandus ergo incedendi modus eſt: vt in eo authoritatis ſpecies, pondus grauitatis, veſtigium tranquillitatis eſſe videatur. Cauendum, ne aut tarditatibus vtamur ingreſſu mollioribus, vt ſimiles eſſe videamur pomparum ferculis; aut in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates, eo quod inconſtantiam tales produnt, faciunt vt anhelitus moueantur, mutentur vultus, ora torqueantur. *Cicero 1. Officiorum.* Nec inter ambulandum quoque hiſtrionici geſtus, aut ſtatuarum nutantium motus ſint: vt, quotieſcunque gradum mouemus, quoſdam modulos ſeruare videamur: quia hoc molles notat & plus æquo delicatos. *Vegius de educatione liberorum, lib.5.cap 3.*

In inceſſu quid conſiderandū?

Quinto, in congreſſibus & conuiuijs maxime decori ratio habenda: non committendum, vt quid inciuiliter fiat. Rem autem totam 11. complectemur partibus: Primæ erit illud præceptum. Nemo cænipeta & menſarum ſit aſſecla: ἀκλητος, inuocatus, in conuiuium ſe ingerat: vmbram duci ſeſe patiatur. Quo morbo laborarunt Miconij, *de quibus in prouerb. Eraſmi, Chil.2.Cent.1. Prouerb.7.* Et quidam Selius: cuius meminit Martialis *lib.2.*

In congreſſibus & cōuiuijs quales eſſe mores debeāt?

I.

Quod fronte Selium nubila vides Rufe:
Quod ambulator porticum terit ſerus:
Lugubre quiddam quod tacet piger vultus:
Quod pene terram tangit indecens naſus:
Quod dextra pectus pulſat, & comam vellit:
Non ille amici fata luget, aut fratris.
Mœroris igitur cauſa quæ? DOMI CÆNAT.

Ratio

Ratio eſt: quia nihil ſordidum magis, quam alienos cibos inſtar canum aut muſcarum ſectari. Deinde ingrati ſunt tales, quia ſæpe colloquia impediunt; faciunt, vt familia, præter obſoniorum fumum, nihil habeat. Interdum tamen licet non vocatum venire, & hunc quaſi honorem habere conuiuatori: modo cogitetur primum, à quo quis vmbra ducatur? deinde qua occaſione ducatur? tum ſolus ne an cum paucis ducatur? poſtremo ad quem ducatur? & vtrum pari par referre queat? *Athenæus lib.1. Plutarch.lib.7. quæſt.Conuiualium Probl.6.& 7.*

II. Secundæ partis erit illud. Inuitatus ad conuiuium, neq; nimis celeriter, neq; tardius, quam decet, accedat. Nimis enim celeriter qui veniunt, moleſtia cõuiuatorem afficiunt; præcipitantia produnt ſeipſos turpiter; oſtendunt, triſti domicænio ſeſe laborare. Nocticænæ vero & Remoricænæ, id eſt, qui tardius accedunt, ſuam indicant quoq; cupiditatem: quod, licet domi occupati, tamen foris cænare non dubitent. Sunt deinde conuiuis alijs moleſti, qui cogũtur expectare, & ſedes mutare, aut producere conuiuia in concubiam noctem. Tandem ſibiipſis quoq; nocent, cum minus commode ſedere coguntur. Et laudatur Polycharmus Athenienſis; qui cum vitæ ſuæ rationes redderet: inter alia quoque dixit, ſe nunquam vocatum ad conuiuium ſero veniſſe. *Plut.lib.7. Conuiualium quæſt.Probl.7.*

III. Tertiæ partis illud. Ad conuiuium accedens non ſit θυροκόπος, & vocaliter ianuam pulſet. Quod & ipſum ſubruſticum & inciuile eſt, famelicum quoq; ventrem indicat. *Struppius lib.2. Antiq.conuiual.cap.20.*

IV. Quartæ partis præceptum illud. Ad conuiuium vbi eſt peruentum; ἀτύφως & ἀδελφῶς, ſine faſtu & fraterne, cum reliquis conſideat: primi accubitus affectationem vitet: poſtremo loco collocatus cogitet non hominem loco, ſed locum homine cohoneſtari: & poſtremi quoq; rationem haberi: perſuaſum habeat, pul-

uinum

uinum honestiorem ac turpiorem neminem reddere. Interim crebro ac serio admonitus, verecunde obtemperet: nec committat, vt pro ciuili cõtumax habeatur. *Plutarch. in septem Sap. Conuiuio, & lib. 1. Conuiualium Probl. 2. & 3. Senec.. lib. 1. de Ira.*

Quintæ partis sit de gestibus concinnis. In conuiuijs manus super mensam habeantur, nõ coniunctim, nec in quadra, vel etiam in gremio: cubito vtroq; vel altero inniti mensæ turpe & rusticum: quemadmodum & pedibus argutari & molestiam exhibere vicino, aut *ἀντιπροσώπῳ*, ei qui è regione sedet. *Erasmus de morum ciuilitate. Stuchius, Antiq. Conuiualium lib. 2. c. 34.* V.

Sextæ partis sit illud. Oculis circumactis & emissitijs obseruare vel victum, vel alia, inurbanum; vt etiam caput quassare & mouere, leuitatis. *Cicer. 1. Offic. Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogiæ, cap. 7.* VI.

Septimæ est. In potu sobrietati & temperantiæ studeatur: sufficiens enim est homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabit; nec dolorem sentiet, parce qui biberit. *Ecclesiast. 31.* VII.

Octauæ partis sit illud. Vitetur quoq; voracitas, & inexplebilis edendi auiditas. Qui enim ἑτερόγναθοι, & vtraque oris parte sunt occupati, aut Philoxenum, vel Demium imitantur: in hominum odium incurrunt, vigilias laboriosas experiuntur. *Ecclesiast. 31. Cic. Tusc. 5. Clem. Alexandrinus lib. 2. c. 1. Hippocrates Aphorismorum lib. 1. 17. Athenæus lib. 8. cap. 6. Et lib. 10.* IIX.

Nonæ partis istud. Etiam illud caueatur, ne digiti vncti, aut relingantur, aut extergantur ad tunicam: digitis, aut porrecta quadra accipiatur, quod excipiendum: non toto ex disco eligatur, quod optimum est; sed quod ante te forte positum fuit. *Eccles. 31. Erasmus in ciuilitate morum.* IX.

Decimæ partis sint illa. Detur maxime opera, vt colloquia sint Epitrapezia, conuiuijs accommodata. Propter enim sermonis oblectationem conuiuijs maxime homines X.

homines delectantur: & vt cibo corpora, ita animi colloquijs paſcuntur. Atq; hinc libri ſunt ſcripti Sermonum Conuiualium à Plutarcho, à Platone, à Macrobio, à Xenophonte, ab Athenæo, à Franciſco Philelpho, à Braſtero. Itaq; peccant illi, qui in cõuiuijs, piſce magis muti, aut ſtatua taciturniores ſedent: dum alij inter ſe colloquuntur, ipſi vtraq; maxilla laborant: quia ſignum hoc eſt voracitatis, aut odij, aut ſuperbiæ, aut inſcitiæ. Sed & illi delinquunt, qui apertis, quod aiunt, tibijs agunt: ſunt admodum garruli, & littore loquaciores, qui à Græcis Ἀθυρόγλωττοι & τραπεζορήτορες appellantur, ad menſam oratores. Tales enim & ipſi ſunt ingrati, neq; vllus cibus aut potus tam eſſe inſuauis poteſt, quam ſermo intempeſtiuus, ſtultus, & loco non cõueniens. Et inſigne illud eſt Chryſoſtomi: Lingua noſtra regius equus eſt; ſi ei frenum immiſeris, & gradarium feceris tua doctrina: aſcendet in eum rex, & quieſcet in eo: ſin vero nullo freno domueris, vehiculum diaboli efficies. Quemadmodum & garrulis eiuſcemodi fides derogatur: quia plerunq; multa qui loquuntur, multa mentiuntur. *Syracid. cap. 7. Clemens Alexandrinus lib. 2. c. 7. Plut. lib. 7. Conuiualium. Probl. 9. & 8. Probl. 1. Chryſoſtomus Homilia in Matthæum 52.*

Sermones de quibuſnam rebus in Conuiuijs inſtituendi.

Sermones vero habendi ſunt in conuiuijs non de ijs, quæ rixas & contentiones poſſunt mouere, fiunt pomum ἔριδος: aut ijs, quæ caninam facundiam exercent; aliorum nocent famę & exiſtimationi. Eſt enim vilium hominum, & muliercularum, non virorum, vitia aliorum in conuiuijs perſtringere, aut temere detrahere alijs: aut noua, ſed falſa & mendaciunculis condita referre. Quo multi hodie vitio laborant: laborauit & Philomuſus quidam, cuius meminit Mart. *lib. 9.*

Artibus his ſemper cœnam Philomuſe mereris;
Plurima dum fingis, ſed quaſi vera refers.

Neq; etiam de tortuoſis materijs & anxijs cõferendum, ſed iucundis & cum voluptate vtilibus: ex quibus ingenium

ingenium nostrum venustius & amœnius redditur. Quod fit, si sermo instituatur de ijs rebus, quę ad communem vitæ vsum pertinent: & de quibus in foro & negocijs loqui homines solent. *Plut. lib. 7. Conuiual. Probl. 8. & lib. 9. Probl. 1. Macrobius lib. 7. cap. 1.*

QVÆSTIO LII.

VTRVM INTER POCVLA philosophandum?

IN negantem sententiam adferri ista possunt. Quod primum Philosophia, tanquam honesta matrona, non debet se immiscere Libero, cui tumultus sunt familiares: deinde seria non conueniunt conuiuijs: tum inter edendum non laborandum, aut intensa cogitatio adhibenda. Contra in affirmantem valent ista: quod, si philosophia absit è conuiuijs, absint quoque eius alumnæ; honestas, modestia, sobrietas. 2. Vtile probare rebus, quod verbis docetur. 3. Veluti lumen tollit è conuiuijs, philosophiam qui tollit. Definienda ergo ita sententia videtur: vt in conuiuio habeat locum philosophia, sed ita, vt conuiuarum ratio habeatur: nec vulpis & gruis fiat conuiuium: deinde deligatur materia non profunda, nodosa, difficilis; sed simul & facilis & iucunda. *Plutar. Conuiual. quæst. lib. 1. Probl. 1. Macrobius Saturnalium lib. 7. cap. 1. Stuchius, Antiquitat. Conuiualium libro 3. capite. 18.*

Plurimum vero delectant ioci & facetiæ parce & caute adhibitæ. Ctesibius quidam interrogatus, quid ex Philosophia illi superesset? respondit; vt posset sine symbolo & gratis cænare propter facetias. Spartani quoque adolescentes suos ita instituerunt, vt sine morsu & scommata dicerent, & pati aliorū iocos possent. *Alexander ab Alexand. lib. 5. cap. 21.* Sed in hac re sæpe peccatur, & multis per iugulum eunt sales & ioci. Itaq; habēda ratio rerū est, vt in serijs absit iocus: quāti- *Ioci & facetiæ gratæ conuiuijs: si caute adhibeantur, & parce.*

tatis

tatis, vt modus adhibeatur: qualitatis, vt facetiæ sint modestæ & verecundæ: personarum, vt non contra quosuis proferanrur. *Aristot. lib 3. Rhet. cap. 10. Et in Rhetoricis ad Alexandrum de facetijs. Et Eth. lib. 4. cap. 4. Quintil. lib. 6. cap. 4. Plut. in Sympostacis, lib. 2. Probl. 1. & 4. Macrobius lib. 7. cap. 3.*

Postremo & illud in conuiuijs obseruandum, vt non vsque ad Plaudite hæreamus: sed etiam obseruemus tempus redeundi domum à cæna: ne illud prouerbium obijciatur: HERCVLES HOSPITATOR: quod qui Herculem excepérunt conuiuio, diu fuerunt expectare coacti, donec ille satur fieret: qui vno sæpe in conuiuio integros boues comedit. Nimis enim diu qui hærent, temulentiam & voracitatem suam produnt: ingrati conuiuatoribus fiunt. *Athen. lib. 10. Variarum. Erasmus in Prouerb. Chil. 4. Cent. 1. Prouerb. 29.*

In vestitu ornatuq́; corporis quæ obseruanda?

Reliqua adhuc vna pars est, quæ ad vestitum & ornatum corporis pertinet. In quo primum vitanda est peregrinitas, quæ deprehensa fuit in Alexandro Magno, *vt notat Curtius lib. 3. & 5.* Ideoq; regula tenenda: cultus procuratio morem sequatur. Et boni principes ac reges habitũ antiquum conseruare sunt conati: Augustus, Adrianus, Theodosius: *vt apparet ex Suetonio, Spartiano lib. 4. Cod. tit. 10.* Et Ephori Spartæ quotidie obire inspectiones Vestimentorũ sunt soliti. *Plut. in Lycurgo. Ælianus lib. 4. cap. 7. Iustinus lib. 3.*

Secundo fugienda mutatio crebra & nouitas vestitus: siquidem pestis hac nulla maior est Rerumpub. Et illa temeritas clam ac sensim etiam mores commutat atq; efficit, vt & res veteres homines contemnant, nouas habeant in precio. *Plat. lib. 7. de Legibus.* Tertio Luxus quoque & ornatus nimius reprehenditur. Vnde Romæ lex etiam vestiaria fuit lata. *Dion lib. 49. Suet. in Iulio Cæsare. Senec lib. 7. de beneficijs, Plinius lib. 5. cap 17. Liu. lib. 34. Cornel. Tacitus lib. 3.* Et notum est illud Poëtæ. *Ouid. Epist. 4.*

Sint

Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti:
Fine coli modico forma virilis amat.

Sed nec interim (quarto) sordicies placet: verum est munda vestis homini appetenda: quia natura homo est elegans & mundum animal. *Senec. lib. 14. Epist. Epist. 93.* Ideoque ridendi sunt illi, qui neglecto vestitu videri docti & sapientes volunt. Tenendum istud Senecæ: Illud te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, sed conspici volunt, antiqua facias, quæ in habitu suo, aut genere vitæ sunt notabilia: asperum cultum & negligentiorem barbam, & cubile humi positum, & indictum argento odium, & quicquid aliud ambitionem peruersa via sequitur. Non splendeat toga, sed nec sordeat. *lib. 1. Epist. 5.* Habeatur postremo ratio cõditionis & dignitatis: seruetur mediocritas: sit munditia non odiosa, aut exquisita nimis: fugiatur agrestis & inhumana negligentia. *Cic. 1. Offic.*

QVÆSTIO LIII.

VTRVM IN INSTITVTIONE ADOlescentiæ exercitationes corporis ac recreationes adhibendæ?

QVemadmodum necessaria sunt, ad mores conformandos quæ faciunt: ita non sunt negligenda, quæ ad exercitationes & recreationes corporum pertinent: Lydos Historici referunt, exorta aliquando annonæ caritate, ludos excogitasse, vt ita tempus fallerent, nec de discutienda fame cogitarent; alternis diebus luderent, & comederent. *Herod. lib. 1.* Sed est miserabilis hæc ludorum conditio. Sunt rationes aliæ, quæ suadent, vt etiam recreationum & exercitationũ corporis in institutione ratio habeatur. 1. quia nulla res est quæ continuum ferre laborem possit, eaque de causa Pythagoræ Symbolum monet: Cor non omne edendum. Et Poëta; *Quod caret alterna requie,* inquit,

 durabi-

durabile non est. Quintil. Instit.1. cap.3. Ouid. in Epist. Epist. 4. 2. Institutio esse talis debet ciuium, vt non animo & consilio tantum, verum etiam corpore opem Reipub. ferant. *Plato in Timæo. Aristoteles Politicorum 7. cap. 14.* 3. Corporis sic robur augetur: dilatantur membra, maxime in adolescentibus. *Plato 7. de Leg. Arist. Polit. 8. cap. 4. Plut. de educatione liberorum.* 4. Valetudo ita conseruatur, dum humores crassi cõsumuntur: corporis indurantur instrumenta: natiuus calor augetur: vt contra quiete & ocio destruitur. *Plato in Theæteto. Galenus de tuenda sanitate. Hippocrat. in Aphor. 20. & lib. 1. de diæta.* Et Tironi suo Cicero cum præscribit sanitati inseruientia, inter alia περίπατον σύμμετρον, moderatam inambulationem notat. *In Epist. 16. famil.* 5. Alacritas hoc modo in studijs literarum excitatur: leuatur fastidium, quod ex nimia studiorum oriri continuatione solet. Quemadmodum reuera & discendi studium voluntate constat, quæ cogi non potest. Et notum illud Poëtæ,

Tempestiua quies maior post ocia virtus.

Statius lib. 4. Quintil. Instit. lib. 1. cap. 3. Vegius de educa. liberorum lib. 3. cap. 5. 6. Recreatio tristitiæ & melancholiæ medicina: requies omnis iucunda. *Arist. Polit. 8. cap. 4. Et lib. 1. Rhet. cap. 5. Et Vegius lib. 3. cap. 5.* Neq; sperari potest, tristem & semper demissum erectæ mentis circa studia fore. *Quintil. lib. 1. cap. 3.* 7. Etiam quæ sensu & ratione carent, vt suam vim seruent, velut alterna requie, retenduntur; & lyræ atq; nerui ex remissione conseruantur, ex assidua intentione franguntur: & nouales licet alternis interquiescant annis, tamen eam cessationem vbertate compensant. Et vt volucres procreationis atque vtilitatis suæ causa nidos figunt & constituunt, cum vero aliquid effecerunt, laboris leuandi causa passim & libere volitant, opere soluto: ita animi nostri negocijs atque opere defessi gestiunt, & volitare cupiunt, cura & labore vacui. *Cic. 2. de Orat.*

Plinius

Plinius lib. 18. cap. 16. Quintil. lib. 1. cap. 3. 8. Omnibus in rebus alijs viciſſitudo conſpicitur. Eſt mutatio æſtus & frigoris, vigiliarum & ſomni, tempeſtatis ac ſerenitatis, belli & pacis. *Vegius lib. 3. cap. 5.* 9. Sunt etiam luſus quidam acuendis ingenijs non inutiles: ſunt nonnulli, quibus mores inter ludendum ſimplicius deteguntur. *Quintil. Inſtit. lib. 1. cap. 3.* 10. Vt nihil dicatur de re militari, in qua intermiſſa exercitatio militum & animos & corpora debilitat. *Vegetius de re militari, lib. 2. cap. 23.* facit, vt illi ocio torpeſcentes laſciuiant, ſint ad ſeditiones proni. *Idem lib. 3. cap. 4.* Vnde Claudianus Poëta,

Si, inquit, *bella tonant: prius agmina duris*
Exerce ſtudijs, & ſauo praſtrue Marti.
Non bruma requies: non hybernacula ſegnes
Eneruent torpore manus. *lib. 4.*

11. Ideoq; ſemper à principibus, Regibus, Rebuſpub. obſeruata illa exercitia diligenter fuerunt. Perſæ iudicarunt turpe, ſpuere adoleſcentes: quod exiſtimarent ſignum hoc eſſe intemperantiæ in victu, & neglectionis exercitiorum corporis. *Xenophon lib. 1. Padia Cyri.* Athenienſes & Spartani & Romani adoleſcentes exercuerunt ſeſe in gymnaſticis. *Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 19.* Scipio & Lælius, vt animum à maioribus curis remitterent, calculos & conchulas marinas lectitarunt. Alexander Seuerus poſt lectionem palæſtræ & curſui operam dedit. *Lamp. in Seuero.* Cicero καρδιομαχία, ventriculi imbecillitate, laborans corporis exercitationibus habitum bonum ſibi comparauit. *Plut. in eius vita.* Germani quoque veteres filios ſuos non poculis indulgere, ſed operam dare exercitationibus voluerunt: quo viri aliquando facti, optimi milites eſſent. *Alexander ab Alexand. lib. 2. cap. 25.*

QVÆSTIO LIV.

QVÆNAM RECREATIONES ET *exercitationes concedendæ literarum ſtudioſis?*

VT nemo facile negauerit, eſſe & vtiles & neceſſarias corporis exercitationes & recreationes: ita illud in controuerſiam venit; Quænam eſſe maxime cõmendatæ literatis debeant: & quidem ad pueros pertinent turbines, cythrindæ & apodiraſcindæ, & myindæ & epoſtraciſmi. Etiam aleæ luſus minus commendatur: quem ita veteres Germani amarunt, vt, pecunia omni perdita, etiam de libertate & corporibus ſuis contenderent. *Cornel. Tacit. de Germanorum moribus.*

--Gignit enim trepidum certamen & iram:
Ita truces inimicitias & funebre bellum.
Horat. lib. 1. Epiſt. Epiſt. penult. Et,
Sic ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor:
Et reuocat cupidas alea ſæpe manus.
Ouid. lib. 1. de arte.

Non minus & foliorũ, vti vocant, ludi ſæpe nocent: etiamſi interdum ingenij & eruditionis veſtigia habeant. Probatur magis latrunculorum luſus: qui & vetuſtiſſimus eſt, & ingenij dexteritatem notat. Eſt illud notum Martialis:

Inſidioſorum ludis ſi bella latronum;
Geminus iſte ſibi miles & hoſtis erit.

Plato ludos & recreationes probat, quæ non multum diſcedunt à ſerijs actionibus: non ſunt coniunctæ cum periculo: non omnino carent timore ac ſollicitudine: declarant ingenia erecta aut abiecta: præparant ad vera certamina. Ideoq; gymnaſtica requirit exercitia: hæc ipſa diuidit in ſaltationem & luctam. Saltationis vero ſpeciem alteram obſeruare vult magnificentiam & libertatem: alteram bonæ valetudinis, expeditæ leuita-

leuitatis & pulchritudinis rationem habere. Vt ita & vniuersum corpus, & singula membra informentur: quo omnibus suum decorum constet. In lucta quoque ceruicum, manuum, & laterum desiderat motum. Et decoram membrorum constitutionem ad robur & sanitatem accommodatam, quo possunt pugilatus quoque & gladiatoria exercitia conferre: quæ sanitati prosunt: robustum reddunt corpus: ad militaria negocia præparant: membrorū agilitatem pariunt. *Plato 7. de Leg.* Cum quo consentit *Arist. lib. Polit. cap. 1.* Cum artem Gymnasticam in exercitatione & institutione puerorum requirit. Et Cicero in Officijs, quod ludos & recreationes scribit suppeditare Campum Martium. *Et Galenus de art. Med. & lib. 2. de tuenda sanitate. Plutarchus in conuiual. leg. 2. Problem. 6. Athenæus libro 4. Patricius de Institut. Reipub. lib. 2. tit. 8. Mercurialis de arte Gymnastica lib. 2. cap. 9.*

QVÆSTIO LV.

QVOTNAM EXERCITATIONVM *& recreationum genera?*

SIT ergo primum genus exercitationis & recreationis, LVCTA: & quæ ad hanc referuntur. Secundum est DEAMBVLATIO. Socrates interrogatus: cur deambularet crebro? respondit, se ita famem obsonare. *Cic. 5. Tuscul.* Amasis rex Ægyptiorum Ægyptijs mandauit, ne prius cibum iuuenes caperēt, quam centum & octoginta stadia percurrissent. *Diodorus Siculus libro 1.* Augustus & Adrianus Impp. in castris quoque exercere se milites voluerunt ambulando. *Suetonius in Augusto.* Sed nō tantum militibus prodest hæc recreatio: sed maxime vtilis literatis & Studiosis est: quia valetudinem conseruat, corpora pura reddit, imbecillitatem à morbo contractam depellit; facit, vt non statim ad quietem, tanquam à contrario ad contrarium,

transitus fiat, sed medium aliquod interponatur. Et scribit de se Seneca, quod catarrhis & destillationibus, à quibus affligebatur, solitus fuerit deambulatione succurrere. *Epist. 79. Plato in Phædro. Aristot. Probl. 38. Xenophon in Oecon. Hippoc. lib. 2. de Diæta. Galenus in Epidemicis lib. 6. & 7. Methodi de tuenda valetudine lib. 2. Mercurialis lib. 5. cap. 11. & 12.*

Tertium genus exercitationis PILÆ est: quod & ipsum valetudini inseruit, corporis parat & auget agilitatem, ad motus promptiores reddit, acquirit robur, firmat crura, brachia iuuat, membrorum efficit concinnitatem, πολυσαρκίαν imminuit, excrementa attenuat: commendata maxime ijs esse debet, qui à calculo sibi metuunt. Vnde Galenus integrum libellum de pilæ ludo scripsit: *meminit quoque huius lib. 1. cap. 8. de tuenda Sanitate. Patricius de Institut. Regis lib. 3. tit. 9. Mercurialis lib. 2 cap. 5. & lib. 3. cap. 4.*

Quartum est CVRSVS, genus exercitij accommodatum militiæ, & simul quoq; sanitati; vt maiori impetu in hostem iuniores procurrant: vt loca opportuna celeriter, cum vsus aduenerit, occupent: vel etiam ante occupent, cum idem aduersarius facere voluerit: vt ad explorandum alacriter pergant, alacrius redeant; vt fugientium terga facilius comprehendant. *Plato 1. de Leg. Galenus lib. 2. de tuenda sanitate. Vegetius de re militari lib. 1. cap. 9. Patricius lib. 3. de Institut. Regis tit 3 Mercurial. lib. 2. cap. 10.*

Quintum SALTVS, & ipsum vtile exercitium: quo vel fossæ transiliuntur, vel impediens aliqua altitudo superatur: & in ipso conflictu bellator, cum saltu veniens, aduersarij oculos perstringit, mentem deterret: prius plagam infligit, quam ad cauendum, vel resistendum ille sese præparet. *Aristoteles de Animalium ingressu. Et in problematibus, probl. 8. Galenus lib. 2. de Medicinali compositione. Senec. lib. 2. Epist. 16. Mercurialis lib. 2. cap. 11.*

Sextum

Sextum DISCI & LAPIDVM iactus : cuius quoque haud exiguus vsus : mentio apud veteres Scriptores frequens : vt Homerum *Iliad. 2. & Odyss. 8.* & Horatium *lib. 1. Carm. Oda 8.* Vbi reprehenditur adolescens quidam propter amores & voluptates ac negligentiam exercitationum corporis.

Lydia, inquit, *dic, per omnes te Deos oro,*
Sibarim cur properas amando perdere?
Cur non sæpe disco, sæpe trans finem iaculo nobis expedito.

Et Cicero conqueritur, quod cum omnia gymnasia philosophi teneant; tamen discum, quam philosophũ, audire malint. *2. de Orat.* Sed sanitati prodest & bono corporis habitui, & plurimũ militiæ commodat. Vnde Vegetius Balearium Insularum habitatores ita scribit exercuisse suos iactandis lapidibus, vt matres paruos filios nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex funda lapide percussissent. Importatur enim ita lethale vulnus: euenit interdum, vt lapidosis locis conflictus habeatur, aut vt mons sit aliquis defendendus aut collis, aut oppugnatione castellorum lapidibus sint hostes pellendi. *Plat. lib. 8. de Leg. Galen. 2. de tuenda sanitate. Plinius lib. 34. cap. 8. Quintil. lib. 2. cap. 14. Vegetius de re militari, lib. 1. Mercurialis lib. 2. cap. 12.*

Septimum genus est NATATIONIS, cumprimis adolescentibus necessarium: quia non, vt animalibus alijs, à natura est natandi vsus datus; sed disciplina percipitur & vsu. Alexander quoq; Magnus, cum aliquando traijciendum flumen esset cum exercitu: O me, inquit, deterrimum, qui nunquam natare didicerim. Et sane sæpe exercitiũ hoc à periculis homines liberat, ad audendum animosos reddit. Nec semper pontibus flumen transiri potest: frequenter exercitus natare cogitur: sæpe repentinis imbribus vel niuibus exundare torrẽtes solent. Sed & valetudini prodest Natatio: quia in hac totum corpus mouetur & laborat: exinaniun-

tur salubriter: ardores temperantur. Nec temere prouerbio inutilis & stupidus ille iudicatur, qui nec natare nouit, nec literas didicit. *Plato in Gorgia, Aristoteles in Probl. Probl.12.& 14. Galen.lib.1. ad Glarionem cap.7. methodi. Veget.lib.1. cap.10. Plinius lib.3. cap.7. Mercurialis lib.5.tit.14.*

Octauum exercitationum & recreationum genus PICTVRÆ, quæ olim eo fuit in precio, vt in artium liberalium gradum reciperetur: in ea diligenter adolescentes exercerentur: quia eruditionem præ se fert magnam: commercij quid habet cum oratoria & poëtica: ideoq; tacens poësis & cõtra poësis loquens pictura appellatur. Magni præterea ingenij est, rerum & animaliũ species mente sic concipere, vt penicillo exprimantur. Postremo ad Climata & stadia mundi Tabulis delineanda hæc ipsa prodest. *Aristoteles Politicorum 8. cap.3. Plinius lib.7. cap.37. Et lib.35. cap.10. Patricius de Regis Institutione, lib.1.tit.10. Et de Repub.lib.3.tit.14.*

Nonum est MVSICES, quo de exercitio ante actum est in loco de Ciuitatis partibus. Aristoteles quatuor docet olim in bene constituta Republ. pueros suos homines docuisse; literas, artem gymnasticam, Musicam, & pingendi facultatem: *lib.Polit.8.cap.3.* Eandem requirit etiam Plato *in libris de Repub.& de Legibus*, cum, vt ad Astronomiam oculos, ita ad harmonicum motum aures esse fabricatas affirmat. *lib.7. de Repub. 3. & 7.de Legibus.* Et sanè plurimum prodest Musica recreationi honestæ: reficit animos defatigatos: quemadmodum onera portantes cum cantant, minus molestiam sentiunt: quia modulis & numerorum suauitate demulcentur & ab oneribus auocantur: quo nomine olim etiã in luctu tibias adhibitas fuisse nouimus. *Arist. Sect.19.Probl.1.* Deinde ad tuendam quoque valetudinem & corporis robur exercitatio hæc prodest. Vnde à Spartanis diligenter adhibita. *Plut. de Musica, & in Apophthegmatibus Laconicis.* Cumprimis vero cõmodat

literis

literis operam dantibus: quia spiritus attonitos viuaces reddit: excitat vires: animum deiectum erigit, studiorum tædium leuat ac lenit. *Aristot. Polit. 8. cap. 3. 5. & 7. Patricius lib. 2. de Repub. tit. 2. Et lib. 2. de Regis Instit. tit. 1. Et Casus in Polit. lib. 8. cap. 3.*

Postremum vero & optimum recreationis genus COLLOQVIORVM esse videtur & CONVERSATIONVM cum æqualibus: deinde viris Doctis, in quibus deprehenditur illud Poëtæ: Nunquam accedo, quin abeam à te doctior. Colloquia enim & conuersationes eiusmodi honestis imbuunt: in prauum inclinatos ad rectum reuocant: faciunt, vt colloquia illa paulatim in pectora descendant, & præcepti vim obtineant. *Senec. Epistol. 95.* etiam magnis hominibus vt assuescamus, nec eos nimium vereamur, præstant. *Liuius Decad. 4. lib. 1.* Præterea autoritatem conciliant & opinionem bonam: quandoquidem talis quisque iudicatur, quales sunt ij, quorum conuersatione delectatur. Et, vt ferrum ferro alio acutum redditur: ad lapidem lapis contritus ignem emittit. *Chrysost. in Epist. ad Hebræos, homil. 19.* Ceruus venenum ex antris halitu suo trahit & purgat. *Bas. in 1. Psalm* & qui in Solem venit, licet non in hoc venerit, tamen coloratur: & qui in vnguentaria taberna paulo sunt diutius cõmorati, loci secum odorem ferunt: ita qui cum bonis ac doctis versantur ac colloquuntur, trahunt aliquid, quod etiam negligentibus prodest. *Senec. Epist. 109.* Itaque recte à Theognide dictum: cum bonis, sede, bibe, ede: à bonis enim viris bona disces. Et à Menandro: σοφοῖς ὁμιλῶν κἀυτὸς ἐκβήσῃ σοφὸς· cum prudentibus conuersans etiam ipse prudens euades. Et magni viri semper delectati sunt doctorum & sapientum conuersatione; Pericles, Anaxagoræ; Alcibiades, Socratis; Scipio, Panetij; Alexander, Imperator Vlpiani & Martiani: Francisc. I. Rex Galliæ, qui in prandijs & cænis semper ad colloquium viros doctos adhibuit. *Plut. in libello, Cum*

principibus philosophandum. Xenophon lib 1. Memorabilium. Lamprid. in Seuero. Sleidanus lib. 19. Heresbachius de educatione Principum. cap. 5. Vt contra fugiendi sunt homines improbi. Vt enim picem qui tangit, ab ea contaminatur: ita qui cum superbo cõmunicat, eidem similis euadit. *Syracid. cap. 13.* Et quemadmodũ lutum farinam, acetum vinum corrumpit: ita mali homines bonos inficiunt & deprauant. *Chrysost. in Matthæum.* Itaq; Charondas omni supplicio dignos eos iudicauit, qui cum malis assuescerent. *Diod. Sic. lib. 12.* Apud Cretenses acerbissima imprecatio iudicata illa fuit, omnibus votis expetere, vt hi, quos deuouerent, mala consuetudine delectarentur: quod hac imprecatione nullam ad excidium efficaciorem putarent: sic statuerent, eum, qui in praua lapsus semel sodalitia fuisset, amplius emendare se & ad frugales reuerti mores non posse. *Alexander ab Alexan. lib. 3. cap. 22. Val. Max. lib. 7. cap. 2.* Testatur hoc exemplum M. Antonij Triumuiri, quem Curionis familiaritas corrupit. Hic enim, quo magis obnoxium sibi Antonium haberet, eum in potationes, scortationes, sumptus graues & luxuriosos coniecit: adeo, vt præter ætatis rationem sexagies sestertium æris alieni conflarit. *Plut. in vita eius.* Nec minus cauendum, ne in adulatores incidant: eosdẽ pro amicis veris ac sinceris habeant. Perdiderũt hi Alexandrum Magnum. *Sabell. lib. 6. Ennead. 4.* perdiderunt Agrippam, Iudæorum regem *Ioseph. lib 19. cap. 7.* perdiderunt Iulium Cæsarem. *Suet.* perdiderunt Antoninum Caracallã & plures alios. *Xiphilinus.* Quemadmodum enim pardus odoris gratia allectas feras inuadit atq; occidit: ita & adulatores blandiloquentia irretitos fallunt ac perdunt. *Plinius lib. 8. cap. 17.* Neque vlla in amicitijs pestis est maior, quam adulatio, blanditiæ, assentatio. *Cicero in Dialogo de Amicitia.*

Adulator ab amico vero vt dignoscendus.

Quo vero pacto ab amico vero adulator sit dignoscendus (quia illud non, nisi calamitate aliqua accepta,

pta, vident adolescentes maxime) docet Plutarchus aliquot notis, quarum 1. est : quod vt teredines lignis innascuntur potissimum teneris & dulcibus: ita fere generosa, frugi, placida ingenia adulatorem recipiunt & alunt adhuc recentem. 2. Vt aurum quæ mẽtiuntur & adulterina sunt, fulgorem tantum & nitorem auri imitantur: ita adulatores suauitatem ac venustatem amici exprimunt: semper hilares se præbent, nunquam resistunt. 3. Nec videntur, nec profitentur se adulari: non deprehenduntur circa culinam oberrare, aut vmbram metiri, vt cœnæ tempus explorent: aut ebrios quouis modo sese substernere: sed plerunq; sunt sobrij: tũ curiose agunt: actionũ volunt esse socij: arcanorum participes: omnes Tragici sunt, nõ Satyrici, aut Comici Histriones: amicorum personas gerentes. 4. Adulatores ministerijs vltro sese offerunt, conanturque summo studio officiosi videri. 5. Molles & faciles sunt ad repræsentandos similitudine eos, quos adoriuntur, tum in ingenijs tũ in moribus: sed varij interim, inconstantes, mutabiles sunt. *Plutarch. in libro de discrimine adulatoris & amici.*

QVÆSTIO LVI.

QVO ET MODO ET TEMPORE & loco recreationes ac exercitationes adhibendæ?

AD tempus quod attinet: est ludo vtendum, sicut somno & quietibus cæteris, cum grauibus & serijs rebus est satisfactum. *Cic. 1. Offic.* Deinde in æstate potius quam hyeme Aristoteles censet instituendas corporis exercitationes esse: quod tum calor naturalis languidus, ideoq; excitandus est. *Sect. 2. Probl. 21.* Hippocrates magis frigus probat, hoc argumento: quod in æstate & autumno calor alias languidus magis exercitationib. illis minuitur. *lib. 3. de Diæta.* Galenus contra haben-

Tempus exercitijs corporis conueniens.

habendam rationem esse censet constitutionis corporum: vt temperata in vere, frigida in calido, calida in frigido exerceatur. *lib.2.de tuenda sanitate,cap.7.Mercur. lib. 4. cap. 11.* Ante vero cibum non post plerique omnes, exercitationes esse instituendas statuunt: quia tum corpora sunt leuiora & ab excrementis magis libera. Deinde calor natiuus ita excitatur & præparatur ad concoctionem, quæ impeditur, post cibum exercitationibus susceptis; Vnde peccant hodie illi, qui illico à cibo sumpto vel pilæ ludo, vel alijs grauioribus exercitijs vtuntur. Quemadmodum & non probanda illa esse videtur ratio, quod ad vociferationem & Musicam grauem ac magnam post cibum se homines conferunt. Vocis enim exercitationem ieiuno volunt esse ore suscipiendam docti: quod alias illa exasperatur, aspera arteria exulceratur: vox denique corrumpitur. *Hippocrat.lib.3. de Diata, Plut.in libello de sanitate. Aristot. Sect. 11. Probl. 22. Mercurialis lib. 4. cap. 11.*

Modus in exercitationibus seruandus.

Vt vero temporis est ratio diligens eiusmodi in reb. habenda: ita de Modo quoq; cogitandum. Quemadmodum enim in iocis ac facetijs, ita quoque exercitationibus & recreationib. peradmodũ difficile est, modum ac decorum seruare. Scurriliter saltauit Philippus Macedonum Rex. Cantauit inepte Caligula. Nero ridicule delectatus currus agitatione. Caligula Imperator sagittandi abusus peritia est. *Sabell.lib.4.Ennead.7. Suetonius in Nerone & Caligula.* Et notum est illud Poëtæ de Lauro pilæ lusore, qui

--Primus erat lusor, dum floruit ætas:
Nunc postquam desit ludere prima pila est:

Hoc est, nullius existimationis homo. *Martialis lib.1. Epigrammatum.* Itaque Intemperantia erit cauenda: ratio habenda verecundiæ; non nimis omnia profundenda: aut cõmittendum, vt voluptate elati in aliquam turditudinem delabamur. *Cic. 1. Offic.* Modus seruandus in remissionibus, ne aut odium studiorum adferant

dene-

denegatæ; aut ocij consuetudinem nimiæ: moneatur puer, ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciat. Franguntur citius, quam corriguntur, quæ in parum induruerunt. *Quintil. lib. 1. cap. 4.* Finis vero & terminus æstimandus sudore, lassitudine citra fatigationem, anhelitu mutato, motu inæquali & inconcinno. *Celsus lib. 1. Mercurialis lib. 4. cap. 12.* Atque hinc Spartanorum exercitationes reprehendit Aristoteles: quod nimis essent grandes & vehementes: allatis his rationibus. Quod eiuscemodi exercitijs corpora languescant & deformentur, frangantur deinde vires, tum augmentatio impediatur, postremo morũ sequatur immanitas & barbaries. *Polit. 7. cap. 4.*

Locus vbi corpora exercenda.

Ad locum postremo quod attinet, volunt probati autores hunc esse apertum & tranquillum, ad Septentrionem & Orientem positum, liberum à labe regionis vicinæ: cuiusmodi sunt paludes stagna, lacus; & alia, quæ valetudini nocent. quod liberum aërem non habent, corpora minus agilia reddunt. Vnde etiam deambulationes extra ciuitatem magis, quam in hac, probari solent. *Vitruuius lib. 1. Arch. cap. 4. Gal. de tuenda sanitate lib. 1. cap. 7. Mercur. lib. 1. cap. 10.*

QVÆSTIO LVII.

QVO PACTO IN INSTITVTIONE iuuentutis valetudinis sit ratio habenda?

Etiam huius in adolescentum educatione cura gerenda: quãdoquidẽ recte hic illud vsurpatur: Ædibus in proprijs quid recte, vel secus fiat, videndũ. *Plut. in libello de sanitat.* Et caput studiorum est bona Educatio, quæ Diætæ pars est. Nec aliud à Dijs Socrates petijt, quam vt intus pulcher efficeretur, exteriora amica essent interiorib. *Plato in Protagora.* Nec sine causa

ab

ab antiquis mos fuit ille ſeruatus, vt primis epiſtolæ verbis adijcerent: Si vales, bene eſt; ego valeo. *Senec. libro 2. Epiſt. 2.*

Sit igitur in præceptis hoc primum, vt in cibo & potu temperantia ſeruetur. Magna enim pars eſt libertatis bene moratus venter, & contumeliæ patiens. *Senec. in Epiſt. ep. 124.* Et victus cultusq; corporis ad valetudinem ſunt referendi & ad vires, non voluptatem *Cic. 2. Off.* Ideoq; hic primum cauendi cibi, qui non eſurientes denuo ad edendum inuitant. *Plut. de tuenda Sanitat.* Vitanda deinde varietas ciborum; vt quæ intemperantiam patit, gignit morbos: quemadmodum ſimplicitas in animis temperantiam, in corporibus ſanitatem procreat. *Plat. lib. 3. de Legibus, Ariſt. in Probl. Sect. 1. Plutarch. in Probl. lib. 4. Probl. 1.* Et notum eſt illud Poëtæ:

--- At ſimul aſſis
Miſcueris elixa: ſimul conchilia turdis:
Dulcia ſe in bilem vertent: ſtomachoq; tumultum
Lenta feret pituita: vides, vt pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia. Quin corpus onuſtum
Heſternis vitijs animum quoq; prægrauat vna:
Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.

Et dignum memoria eſt, quod de Alexandro M. fertur. Cum enim huic à matre fercula multa quotidie mitterentur, & coqui & piſtores: nihil his ſibi opus eſſe reſpondit, meliores ſeſe habere coquos à Pædagogo donatos: ad prandiũ νυκτοποϱίαν, itei antelucanũ; ad cœvero ὀλιγαϱιςίαν, tenue prandium *Plut. in vita eius.* Tũ declinanda nouitas ac peregrinitas: ſiquidem inſolitis corpora abijciuntur: mutata tempetie qualitas alteratur: morbi inde varij oriuntur Vnde à cucumere, malis medicis, & peregrinis cibis alijs Romani veteres abſtinuerunt. *Plut. lib. 8. Probl. conuiual. Prob. 9.* Nihil vero pernicioſius aut turpius nimia ingeſtione & ingurgitatione ciborum: nec quicquam magis deformat hominẽ litera-

literatum, quam Stomachi sui mensuram non nosse. *Seneca in Epist.83.* Et hac re non solum ventriculus læditur, impeditur somnus: capitis grauedo oritur, nascitur oris graueolētia, verum animi etiam & ingenii subtilitas impeditur: quandoquidem plenus venter λεπτὸν νόον οὐ τίκτει, subtile ingenium non parit *Senec. in Epist. 15. Auic. tractatu 1. cap.36.* Itaq; in Persarum legibus & hæc erat, vt pueri continentis essent ventris ac potus. *Xenophon lib. 1. pædiæ Cyri.* Apud Spartanos Ephori decimo quoq; die pueros inspiciebant, & deprehensos molliores ac pinguiores puniebant. *Plut. in Lycurgo, Cic. 5. Tusc.* Etiam Galli olim mulctare sunt eos soliti, qui cænæ modum excessissent. *Strabo.*

Ad potum porro quod attinet, necesse minime est, de Ebrietatis incommodis hic agere Oritur inde iecoris habitus vitiosus, vnde hydrops: destructio bonæ constitutionis cerebri; vnde phrenitis, epilepsia, apoplexia, paralysis, neruorum imbecillitas: vnde capitis & membrorum tremor: repentina denique & subita mors. *Gal lib.3. de temperamentis, Auic. lib.2. cap.8.* Vnde Plato vsque ad ætatis annum 18. pueros bibere vinum noluit, quod existimaret nō oportere ignem igni in corpus atque animum suggerere, antequam viri facti labores subire inciperent. *2. de Legibus.* Nec solum recte de mulieribus dicitur, eas quæ vini vsum immoderate appetunt, & virtutibus ianuam claudere, & aperire delictis: verum in alijs quoque locum habet. Neq; quicquam ebrietas est aliud, quam voluntaria insania. *Val. Max. lib.6. Seneca in Epist. Epist. 84.* ***In potu quid faciendum?***

Tertio, in sanitatis & valetudinis cura, quietis & somni quoque ratio habenda. Somnus enim multus neque corporibus, neque animis, neque rebus gerendis à natura est aptus: nemo qui dormit, vllius est precij; nihilo magis, quam qui non viuit. Itaq; Sapientiæ curam gerens plurimo tempore vigilat: tantum somni capit, quantum ad sanitatem pertinere potest. *Plato lib.7. de leg.* ***Quietis ac somni ratio habēda.***

de leg. Maxime vero qui aliquando futuri ſunt magiſtratus & politici, ad ſomnũ ſeſe breuem aſſuefacient: quod tales dum noctu vigilant, terrori ſunt improbis tum hoſtibus, tum ciuibus: in admiratione & precio apud bonos: vtiles ſibijpſis: fructuoſi toti ciuitati. *Plato ibidem.*

Et, vt non ſomno longo indulgendum: ita nocturnæ vigiliæ & lucubrationes fugiendæ: cum oculo mundi, noſtri quoque oculi claudendi: fugienda vita lucernaria: declinandum illud vitium, quo multi lucis & noctis officia peruertunt: atque ita ſibi morbos mortemq; præproperam accerſunt: nõ ſpecioſiores illis colores habent, qui inualetudine diuturna premuntur. *Senec. Epiſtol.123.*

In his porro omnibus ſuperſtitio vitanda eſt; propterea quod, qui nimis ſunt diætarij, naturam reddunt ſomnolentam, deinde valetudinem dubiam ac periculoſam, tum quaſi vitam hanc edormiunt: & ſi, vel latum (quod aiunt) vnguem præſcriptum exceſſerint; in magnos morbos incidunt: poſtremo ad obeunda negocia per totam vitam inepti ſunt, & quaſi in vmbra degunt: dum didicerunt ſemel ad certos articulos & numeros viuere. *Plato 7. de leg. Plut. in libello de ſanitate conſeruanda.*

QVÆSTIO LIIX.
DE OFFICIO DISCIPVLORUM.

QVemadmodum ea, quæ ſunt allata ſuperiora proxima in Quæſtione, ad præceptoris & pædagogi boni ac prudentis officium pertinent: ita diſcipulorum eſt, frugi obedientes ſeſe in ijs exhibere, quæ ab ipſis proponuntur: præbere ſeſe dociles. Quemadmodum enim hominis ortus ex vtroque gignentium confertur, & fruſtra ſparſeris ſemina, niſi illa præmollitus fouerit ſulcus:

ſulcus: ita inſtitutio coaleſcere nequit, niſi ſociata tradentis accipientisq; concordia. *Quintilianus lib. 2.* Et debent diſcipuli præceptores ſuos non minus, quam ipſa ſtudia amare, & credere parentes hos eſſe, nõ quidem corporum, ſed mentium. Multum hic pietas confert ſtudio. Nam ita & libenter audient, & dictis credent, & eſſe ſimiles concupiſcent; in ipſos denique cœtus Scholarum læti atque alacres conuenient: emendati non iraſcentur: laudati gaudebunt: vt ſint chariſſimi, ſtudio merebuntur. *Idem.*

Ita Achilles, Græcorũ fortiſſimus, Phœnicem Præceptorem ſuum coluit & amauit, & regni ſui dimidium detulit. *Homerus Iliad. 9.* Criton, Athenienſis Philoſophus, ſummo in precio Socratem habuit: accuſatum defendit: omnia ad vitam neceſſaria ſuppeditauit. *Suidas.* M. Cato Vticenſis puer pædagogo in omnibus obtemperauit: ſimul tamen rationem eorum, quæ facere iubebatur, quærebat. *Plutarchus de audiendis Poëtis.*

QVAESTIO LIX.

DE VRBIS SEV CIVITATIS ALIcuius partibus cur agendum? Et vnde iſta oriantur?

VSum hic locus inſignem omnibus in cauſarum generibus habet: cum in Deliberatiuo, quinam admittendi in ciuium numerum, aut ab hoc excludendi, conſulatur: inueſtigatur, quodnam ciuium ſit munus & officium: de eorundem cum præmijs, tum pœnis deliberatur. Neque enim maior in vrbe, ſeu ciuitate aliqua, frequentiæ ciuium, quam nobilitatis aut probitatis ratio habenda. Et apud Herodotum laudantur ab Hiſtoricis Ægyptij, qui pacis in templo omnium ciuium nomina publicis conſcripta in tabulis, ac ſuſpenſa habuerunt: celebrantur Athenienſes,

qui suas ἀναχρίσεις & excussiones ciuium obseruarunt, quinam veri ac legitimi, an adulterini essent. Commendatur hoc in Augusto Cæsare, quod in iure ciuitatis dando parcissimus extiterit; Liuiæ quoq; vxori suæ, pro quodam intercedenti, responderit: ferre sese facilius posse, vt paucitate ciuium fisco aliquid detrahatur, quā multitudine Romanæ ciuitatis honos vulgetur. Memorabile deniq; est, quod de Venetis Sabellicus scribit, eos cum in cōdenda vrbe occupati essent, & multi confluerent: neminem admisisse vel seruilis fortunæ, vel famæ parum cōmodæ, ne nascentem ciuitatē polluerent. In Demonstratiuo deinde valet, quando bonorum ciuium virtutes collaudandæ, vituperanda improborum vitia sunt. In iudiciali denique prodest, quoties hi accusandi, illi defendendi: occurrendum ijs, qui ciuium nomine & titulo insolenter ad petulantiam, contemptum aliorum, omnis generis scelera abutuntur, aut etiam pro ciuibus falso sese gerunt. Quin & priuatim idem plurimum commodat; quandoquidem nemo reperitur, qui ἄπολις & nullius Reipublicæ ciuis esse cupiat: vt ita res rationesque suas cunctas quisque instituat, quo charus sit ciuis, laudetur, colatur, diligatur, non odio laboret & inuidia: aut sit natura quidem ciuis, voluntate vero hostis; semper memor illius definitionis, quæ in Vatiniana oratione legitur: Ciuis est, qui patriam suam diligit, at bonos omnes saluos & incolumes desiderat.

Partes seu ordines vrbis alicuius cur cognoscenda? Et quidem ad partes seu ordines vrbis alicuius quod attinet: necessarium omnino est, vt hi cognoscantur; quod pro quantitate & numero, qualitate deinde & moribus ciuium Respub. omnis constituenda, conseruanda, augenda, amplificanda. Secus si fiat, leges ferri, ordo institui, vrbis negocia tractari, bella geri, hostes propulsari non possunt. *Aristoteles Politic. 3. cap. 2. & 4. cap. 12.* Et difficile factu Hippodamus Milesius existimauit, vt colluuio quædam hominū, vnis manibus

colle-

collecta quiete degat: nisi distinguatur. *Patricius de Repub. lib. 6. tit. 1.* Quia vere ciuitatis origo est χρεία, vsus ac necessitas vitæ: hæc propterea instituta, vt mutua communicatione sese homines iuuent, & è diuersis muneribus in vnam quandam harmoniam conspirent. *Plato 2. de Repub.*

Partes & ordines vrbis varij apud varios.

Hinc, tanquam ex fonte, manarunt partes & ordines ciuium varij apud varias nationes. Indi in septem genera suos distribuerunt: vnum Philosophorum, qui ab omni opere immunes & præstantissimi sunt habiti: secundum agricolarum: tertium pastorum & venatorum: quartum opificum: quintum militum: sextum ephororum & præsidum: postremum consiliariorum & assessorum regiorum. *Strabo lib. 15.* Ægyptij septem habuerunt ordines: quorum primus fuit sacerdotum; alter pugnatorum; tertius boum pastorum; quartus subulcorum; quintus rusticorum; sextus interpretum; postremus gubernatorum naualium. *Herodotus lib. 2.* Arabes trifariam partiti sunt Rempublicam; in sacerdotes, agricolas & milites. *Diodorus lib. 6. cap. 10.* Galli, Iulij Cæsaris tempore, diuisi omnes in duo fuerunt genera; Druidum & equitum: quorum illi rebus diuinis ac religioni operam dabant: hi bellis gerendis districti tenebantur. *Iulius Cæsar lib. 6.* Apud Athenienses tres fuerunt gradus: primus nobilium & doctrinæ deditorum εὐπατριδῶν: alter illorum, quibus agri erant assignati: tertius plebis & artificum. *Diodorus lib. 1. cap. 2. Plutarch. in vita Thesei.* Et inter hos illud erat discrimen; quod primi, nobiles scilicet & docti, dignitate; secūdi & milites vsu; postremi, opifices & artifices, multitudine præstarent in ciuitate. *Plutarch. ibid. Sigonius de Repub. Athen. lib. 2. cap. 2.* Romani tres quoque ordines ciuitatis constituerunt; vnum Senatorum; alterum equestrem; tertium plebeium. *Liuius lib. 1. à condita vrbe.* Totidem constituit ordines & Plato, sed diuersa ratione: vt esset primus agricolarum, opificum, mer-

catorum, qui cæteris ciuibus, veluti horum ministri, ad vitam necessaria compararent: alter militum, qui ciuitatem tuerentur: tertius custodum, quorum autoritate & consilio res tum pacis, tum belli tempore gererentur. *lib. 2. de Repub.* Aristoteles sex ad ciuitatem esse necessarios ordines contendit; secundum res, quæ necessario in vrbe requiruntur: & constituit agricolas primum seu glebæ addictos, & pastores, propter victum: secundo opifices, propter instrumenta varia: tertio milites, propter arma: quarto diuites, propter pecuniam: quinto sacerdotales, propter rerum diuinarum procurationem: postremo iudices & Senatores propter iudicationes & consultationes. *Politic. 7. cap. 9.* Et hos ordines qui non obseruat: non primum animaduertit, confusione & perturbatione nihil aspectu fœdius ac deformius esse. Non attendit deinde id, quod veteres affirmarunt, in tota rerum vniuersitate nihil maius ac melius reperiri, quam quod certo ordine materiæ quæque discretæ, inque suis collocatæ sedibus sunt. Non tertio perpendit, eos, qui ciues omnes sic æquare conantur omnibus, vt nihil primum in ciuitate, nihil postremum, nihil medium sit; perinde facere, atque ii, qui hordeum, frumentum, milium, legumina alia in vnum aceruum accumulant: qua ex re & singulorum seminum & vniuersi acerui vsum amittunt. *Bodinus de Repub. lib. 2. cap. 8.*

QVÆSTIO LX.

QVAMOBREM CIVES OLIM peregrini, spurij, mendici, serui non fiebant?

VT ordines ac partes ciuitatis cognitu & vtiles & necessariæ sunt: ita & illud prodest nosse, quinam in ciuium numerum admittendi aut reijciendi sint. Et quidē ad peregrinos quod attinet, quos Albinos nonnulli

nulli vocant, quasi alibi natos; Spartani esse ciues noluerunt, ne in vrbem irrepentes, simul introducerent diuitiarum amorem ac studium, luxum, mollitiem, vitia alia. *Xenophon de Spartana Repub. Plutarchus in Laconicis institutis & in vita Lycurgi.* Apud Athenienses illi solum Athenienses habebantur: qui ex duobus nati Atheniensibus essent. *Plutarchus in Pericle.* Et propter morum dissimilitudinem contrariaque studia, grauibus inter se factionibus, peregrinis admissis, laborant. Testis Syracusana Respub. *Diod. lib. 11.* Testis Londinensis ciuitas. *Polydorus lib. 27.* Testis vrbs Buda. *Bonfinius lib. 4. Decad. 3.* Vnde & conuersiones sæpe Rerumpub. nascũtur. *Arist. Polit. 5. c. 3.* Etiam elati qui sunt ac superbi, assueti bellis, facile mansuetos opprimũt: qui mali & molles, alios corrũpunt. *Id. Polit. 3. c. 1.*

Secundo, habenda ratio generis, ortus, familiæ: nothi ac Spurij ciues fieri non poterant. Et Hebræi ex mandato DOMINI Spurios in ciuitatem non recipiebant ad decimam vsq; progeniem. *Deut. 23. cap.* Estque in promptu ratio: quia bene constituta in Repub. propterea instituta matrimonia sunt, vt certa proles nascatur. Deinde ciuitas est societas tantum liberorum hominum. Tum & exempla illa nocent plurimum: latam non modo fenestram, sed etiam portam aperiun ad libidines & scortationes. Huc accedit, quod illegitimo thoro incertoque patre prognati, plerunque turbulenti, alijsque deteriores sunt, propter mala principia & institutionem minus diligentem. Postremo, si spurijs & nothis hæreditas recte negatur & successio: multo magis deneganda his ciuitas videtur. *Aristot Politic. 4. cap. 6. & in hunc Casus.*

Tertio beneficiorum aut maleficiorum habita quoque ratio est: & Israëlitis Moses præcepit, ne Ammonitas aut Moabitas in ciuitatem suam admitterent, ne quidem decimam in progeniem: eo quod non suppeditassent illis cibũ & potum, cum ex Ægypto progressi

 essent.

essent. Admiserunt contra Ægyptios, memores beneficiorum, quod aliquando in Ægypto peregrinati essent. *Deut. 23. cap.*

Quarto, sunt qui inter ciues non esse numerandos censent opifices. Fuerunt in ea sententia Paleas & Diophantus. Secutus horum opinionem est Epidamus, sed inepte, male, inique. Id quod his monstrari rationibus potest. Quia primum etiam opifices liberi sunt. Deinde, sublatis opificibus, ad paucitatem ciuitas redigitur. Tertio, iniquum est, excludere eos velle, qui maxima onera Reipub portant. Quarto non minus bene merentur de ciuitate, quam milites, qui non excluduntur. Postremo inter partes ciuitatis numerati ante opifices fuerunt, de Platonis & aliorū sententia. Nec hic obstat Aristotelis autoritas, qui *Polit. 3. c. 5.* optimam Rempub. non facere ciues opifices affirmat. Loquitur .n. ille de sordidis & illiberalibus & mercenarijs, qui in excrementis ciuitatis versantur, & proximi seruis habentur; & loquitur maxime de Aristocratia, non reliquis Rerumpub. formis. *Arist. 2. Polit. 5. & 3. cap. 5.*

Sed non negligendæ facultates sunt & opes: ideoq; Romæ census fuit ratio habita: & optima lege iudicabatur ciuis factus, qui domicilium, qui tribum, qui honorum potestatem esset adeptus. *Sigonius de antiquo iure ciuium Roman. lib. 1. c 1.* Et mendici atq; supra modum pauperes non videntur in ciuitate ferendi, aut huius iure donandi: siquidem rationi difficulter obediūt. *Arist. Polit. 4. c. 11.* Sunt plerunque leues & petulantes. *Idem ibid.* Et lex est Platonis: Nemo nostra in ciuitate mendicus esto: quisquis id tentauerit & miserabilibus precibus stipem victumq; collegerit, eū præfecti è foro, ædiles tota vrbe, agrorum præfecti tota regione exterminent. *lib. 11. de Leg.* Rationes istæ sunt: quia miserabilis & commiseratione dignus non is, qui fame aut siti laborat, aut tale quid patitur, sed is qui virtute præditus, in miserijs & calamitatibus per aliquam occasionem

sionem versatur. *Idem ibid.* Deinde, qui è diuite pauper est temere factus & bona sua diuendit, nulla amplius ciuitatis pars est, non mercator, non opifex, non miles, sed tantum pauper & egenus vocatur. *Idem lib. 8. de Repub.* Tertio, bonorum talis decoctor, quemadmodum fucus in foro nascens, examinis est morbus: ita in domo sua nascitur veluti morbus Reipublicæ: perniciosus sibi & toti ciuitati est. *Ibidem.* Quarto, inde in ea ciuitate, in qua mendici conspiciuntur multi, multi quoque reperiuntur fures, latibula quærentes, & βαλαντιοτόμοι, sectores crumenarum, sacrilegi, aliorum scelerum artifices. *Ibidem.* Et hoc obseruandum diligenter est propter mēdicos, dissolutos, prodigos & vagabundos, qui nusquam & tamen vbiq; manent: non laborant, & tamen manducant. Non enim Philosophi de illis loquuntur, qui orphani, qui decrepiti, qui ægroti, qui infortunati & exules, & propterea commiseratione digni.

Postremo, etiam serui apud plerasq; nationes ex albo sunt ciuium exempti: propterea quod tales deformare Rempub. videntur. Quanquam hanc sententiam quidam oppugnant, & seruos æque atque liberos ciuitate esse donandos autumant his argumentis. Quod primum diuinum animal instar pecudis habere, arrogantis sit hominis. Deinde in humano quoque corpore membra reperiantur nonnulla, ita pudenda, vt nemo verecunde ea nominare aut reuelare debeat: nec tamen propterea corporis esse membra desinant. *Bodinus lib. 3. de Repub. cap. 8.*

QVÆSTIO LXI.

QVINAM FIERI CIVES ET RETINERE in vrbe posint aut debeant?

SEquitur de illis vt agatur, qui ciuium numero & loco habendi, vrbis agnoscendi partes sunt: vbi

 breui-

breuitati ſtudendum & oſtendendum erit, quare cum literati tum illiterati ſint in ciuium album conferendi? vt & reprehenſionibus occurratur: commendentur illi, qui Rebuſpublicis, & ornamento & emolumento ſunt: etiamſi à nonnullis vix quintæ, quod aiunt, claſſis eſſe iudicentur.

Theologi. Et quidem ad facultates ſuperiores quod attinet: ſunt in Republica neceſſaria. Primo Theologi, ſacrorum, pietatis & religionis antiſtites, cuius præcipua cura in Republica eſt ſuſcipienda. *Plato 2. de Repub.* Quia finis vitæ noſtræ primarius, & meta, ad quam collimandum, DEI cultus & honos eſt. *Plato 4. de legib.* Reipublicæ fundamentum ac propugnaculum religio. *Idem 4. de Repub.* Vera ſapientia ac virtus, DEI cognitio: inſcitia contra ac improbitas ſumma, ignoratio. *Idem in Theæteto.* Fundamentum legum & virtutum omnium DEI metus & cognitio. *Cic. 2. de legib. & in oratione pro Plancio.* Fons felicitatis publicæ. Vnde illud Sibaritis oraculum redditum:

Semper eris felix, venerans gens numina Diuum,
Donec plus ſuperis fueris venerata virum quem:
Intima ſeditio tunc & tibi prælia ſurgent.

Athenæus lib. 12. cap. 6. Et Romani non numero Hiſpanos, non robore Gallos, non calliditate Pœnos, non artibus Græcos, non denique hoc ipſo huius gentis ac terræ domeſtico natiuoque ſenſu, Italos ipſos, ac Latinos, ſed pietate & religione atque hac vna ſapientia, quod Deorum immortalium numine omnia regi gubernariq; perſpexerunt, omnes gentes ac nationes ſuperarunt. *Cic. de Aruſpicum reſponſis.* Priuatim quoq; religio plurimum commodat: quia minus illis inſidiæ ſtruuntur, qui ob pietatis & religionis ſtudium DEVM defenſorem habent. *Ariſtot. 2. Rhetor. de confidentia.* Neque vlla ſine DEO mens bona eſſe poteſt. *Seneca in Epiſt. 41. ad Lucinium.* Quod in naui eſt gubernator, in curru auriga, in choro choragus, lex in ci-

uitate,

uitate, dux in exercitu: id DEVS in mundo est. *Arist. in lib. de Mundo.* Et facilius vrbs condi potest sine solo, quam ciuitas coire aut constare opinione penitus de dijs sublata. *Plutarchus aduersus Colotem.* Itaq; legimus translata esse & mutata & vastata regna & imperia propter vnicum contemptum religionis. *Deut. 28.* Et hic idem contemptus contemptum magistratus parit. *Plato 4. de Repub.* Et ingentis pœnæ loco Propheta minatur, fore, vt multi in Israël dies absque DEO vero, absque sacerdote, absque doctore, absque lege abeant. *Paralip. 2. cap. 15.* Æschines quoque, in oratione de falsa legatione, audiendos eos esse monet, qui patrijs de ritibus docere alios cupiunt. Et Iureconsulti ac leges de sacrosanctis Ecclesijs & earundem priuilegijs, de Episcopis & clericis præclara multa habent. *Cod. lib. 1. t. 2. & 3.* Hinc quoque Galli commendantur à Cæsare, quod iuuentutem prius de his docerent, quæ ad religionem facerent: deinde quæ prodessent ad Rempub. capessendam. *lib. 6. comment. de bello Gallico.* Laudantur Romani, qui singulis annis aliquot principū filios Hetruscis tradiderunt in disciplinam, vt sacra discerent ante omnia, negotiorum in vrbe post directores futuri. Et primas semper in deliberationibus religioni tribuerunt. *Valer. Max. lib. 1.*

Post interpretes religionis, ad antistites legum Iureconsultos vt veniatur, necesse est. Videtur hos improbare Plato, cum *libro de Repub. 3.* turpe esse docet, & magnum argumentum imperitiæ, in eas angustias adduci, vt cogantur vti iure quodam aduectitio & mutuato ab alijs propria iuris penuria. Indicium idem esse affirmat male constitutæ Reipub. si multi Iureconsulti in ea inueniantur. *Ibid.* Qui totum tempus vitæ in foro & controuersijs consumant. *Ibidem.* Et multi non sine iure quidem, sed tamen Iureconsultis viuere volunt: quod de Vngaris refert Viues *lib. 7.* de causis corruptarum artium. Et Cuspinianus, Fridericum III. Iurecon- *Iureconsulti.*

reconsultos mediocriter dilexisse refert: quod diceret, Iuris æquitatem ab illis inuerti, fœdari iustitiam. Quod tamen non de Iureconsultis veris, sed fori tintinnabulis & rabulis intelligendum, qui aliquot iuris formulis memoria mandatis dominari in foro conãtur, clientulos suos eruscant & exhauriunt, dum lites serunt & alunt, non tollunt. Iureconsulti veri iuris sacerdotes merito appellantur. Iustitiam namque colunt: boni & æqui profitentur notitiam: æquum ab iniquo separant: licitum ab illicito discernunt: bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum exhortatione efficere cupiunt; philosophiam veram, non simulatam sectantur. *1. Digest. tit. 1.* Similes sunt Scholarum magistris, qui discipulis suis literas quasdam præscribunt, quas ipsi exprimant. *Plato in Protagora.* Vnde horum domus Cicero ciuitatis oracula vocat. Ad Iureconsultos enim olim sic veteres adibant, vt non solum de omni iure ciuili, verum etiam de omni officio & negotio referretur. *3. de Orat.* Et sine Iureconsultis recte Aristoteles affirmat, ciuitatem recte feliciterque habitari non posse: propterea quod de commodis & iustis iudicium reddendum Iureconsultis. *Polit. 3. cap. 8.* Ac sane, sicut morbi corporum medicorum inuentis curantur: ita immanitas animorum legumlatorum exterminatur prudentia. *Demosth. Oratione 2. contra Aristogitonem.* Leges sunt Rerumpublicarum vincula. *Plato 1. de Legibus.* Fundamenta libertatis. *Cicero pro Cluentio.* Vitæ humanæ solatia. *Cassiodorus lib. 3. variarum.* Veluti muri magistratuum contra vulgi importunitatem. *Leo Imperator in prooemio Constitut. nouell.* Non excludendi & exterminandi è ciuitate Iureconsulti erunt, qui legum custodes & interpretes. Atque hanc ob causam Plato annum agens 86. iuris ciuilis peritiam sibi acquisiuit. *Valer. Max. lib. 8. cap. 7.* Alexander Seuerus Imperator sine Iureconsultis magnum aliquid non decreuit. *Pontanus de magnanimitate.* Iustinianus Tribo-

Tribonianum, Theophilum, Dorotheum amauit & coluit *Cuspinianus.*

Ad Medicos quod attinet, inuenti sunt quidam, qui his non vsque adeo honorem magnum tribuerunt aut locum concesserunt in vrbe. De Græcis queritur Cato, quod omnia corrumpant Romæ maxime cum Græcos medicos eo mittunt. *Plin. libro 29. cap. 1.* Et ibidem Æsculapij templum fuit extra vrbem extructum, vt inde colligeretur, necessitate, non voluntate aliquid Medicinæ Romanos tribuere. *Plinius eodem in loco.* Ac notum illud Adriani Imperatoris: qui moriturus dixit, Multorum medicorum turba me perdidit. *Dion in Adriano.* Ac sentit ita Plato, profligatæ & turpis educationis, prostitutæ disciplinæ in Repub. argumentũ esse, si cuiusuis ordinis homines medicorum opera indigeant. Absurdum idem esse contendit, homines medicorum auxilio opus habere, non vulnerum sanandorum, aut popularium tantum morborum causa, qui aëris intemperie pro anni constitutione nascuntur: sed illorum morborum gratia, qui propter desidiam & dissolutnm victum oriuntur. *3. de Repub.* Sed vt non male hoc à Platone adfertur: ita non Medicorum interim autoritatem eleuat. A DEO enim est omnis medela: altissimus de terra medicinam, medicum creauit. *Ecclesiast. 38.* Scriptura eadem medicum honorare iubet propter necessitatem. *Ibid.* Affectionibus enim varijs corpus nostrum obnoxium, non impatibile est, vt adamas: duplices corruptionis habet causas: alteras internas, alteras extrinsecus incidentes: vbi medendi scientia requiritur, sunt medici necessarij. *Galen. lib. 1. de sanitate tuenda, cap. 4. & 7.* Imo ægrotare incipimus mox vbi nascimur. *Augustinus super Psal. 111.* Quod magis est; tota hominis vita nihil, nisi morbus perpetuus, est. *Idem Sermon. 74.* Et hi morbi non per se curantur: aut valetudo solum sustentatur corporis notitia & obseruatione corũ, quæ aut prodesse aut obesse

Medici.

esse solent, & continentia in victu atque cultu corporis, & prætermittendis voluptatibus: verum etiam arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. Hanc ob causam, qui rem familiarem administrant & præsunt Reipub. magistratus; curare suorum valetudinem iubentur. *Aristot. Polit. 1. cap. 10.* sed ita, vt non quosuis Medicos in vrbe admittant: sed tantum ante exploratos & probatos, *Plato 3. de Repub.* Et laudatur Iulius Cæsar, qui eos, qui veram Romæ medicinam profitebantur, ciuitate donauit. *Suetonius in eius vita.* Et Græci commendantur, qui Hippocrati eosdem, quos Herculi, honores decreuerunt: quod pestem venientem prædixisset, & discipulos ad auxiliandum circa vrbes misisset. *Plinius lib. 7. cap. 37.* Refert quoque Philippus Comminæus Luduicum II. Gallorum regem, medico suo Cauterio singulis mensibus decem millia aureorum dedisse, vt vitam prorogaret. Et denique commendatum omnibus esse illud Isocratis debet, qui discipulos suos monuit, vt valetudinis ante omnia curam haberent: ac partim à peritis, quæ possent, discerent: partim per omnem vitam se ipsi obseruarent: quinam cibus, qui potus, qui labor ipsis conduceret: & quo pacto his vsi quam optima valetudine vterentur. *Xenophon memorabilium lib. 4.*

Philosophi. Quemadmodum vero facultatum superiorum est magnus in Repub. ac ciuili societate vsus: ita non negligendi illi sunt, qui in Philosophia excellunt. Sunt plures quidem Domitiani tempore partim interfecti, partim pulsi vrbe totaque Italia: quod operam Philosophiæ darent. *Xiphilinus in Domitiano.* Aristotelici sunt libri combusti Alexandriæ. *Idem in Antonino Caracalla.* Et Socrates eos, qui in Philosophiæ studijs longo sumt tempore versati, affirmat ridiculos esse, vbi ad forum venerint: eo quod otio diuturno ac summa in tranquillitate vixerunt. *Plato in Theæteto.* Personarum à muneribus Valens Imperator immunes atque liberos non

non vult esse Philosophos. Reddatur, inquit, vnusquisque patriæ suæ, qui Philosophiæ habitum indebite & insolenter vsurpare cognoscitur: addita hac ratione, quia turpe est, vt patriæ functiones ferre non possit, qui etiam fortunæ vim se posse profitetur. *Cod. lib. 10. tit. 52. de Professoribus ac Medicis.* Reipsa deprehenditur, eos, qui ad Philosophiã animum appulerunt, & diutius in hoc studio versati sũt, morib. peregrinis & importunis præditos esse, aut reddi inutiles ad Remp. capessendam. *Plato 6. de Repub.* Sed non quia indebite & insolenter Philosophiæ habitum vsurpant, sunt barba & pallio sapientes: iccirco & veri Philosophi excludendi: nec illorum studium contemnendum, qui sapientiæ dant operam: etiamsi multitudo imperita de his minus dextre sentiat: iudicium peruersum adhibeat: huic occasionem illi præbeant, qui falso Philosophiam sibi vendicant. Nam & ille ipse Plato non prius affirmat finem malorum futurum in Rebuspublicis, quam Philosophi in illis summam rerum obtineant. *6. de Repub.* Vel qui reges sunt & optimates, germana quadam ratione philosophentur. *5. de Repub.* Et sunt Philosophi Pentathli, Quinquertiones, quia omnium artium generales rationes intelligunt. *Plato in Dialogo, qui Amatorius, seu Philosophia inscribitur.* Estq; magnum reuera illud, quod qui vere philosophantur, sua sponte agunt, quæ cæteri legum metu faciunt. *Plutarch. de amore virtutum.* Neque quicquam Philosophia est aliud, quam vitæ lex. *Seneca epist. 95.* & gubernaculum per ancipitia fluctuantium dirigens cursum, monens, vt casum quisque aduersum commode ferat. *Idem epist. 16.* Extrahens vitia radicitus, ad status accipiendos animos præparans. *Cicero 2. Tuscul.* Atq; hanc ob causam Aristoteles pacis tempore esse Philosophiæ operam dandam scribit: quia omnis societas ciuilis ad bellum & pacem est accommodanda. Ad bellum duo requiruntur: Fortitudo & constantia: ad pacem Philosophia,

ad

ad vtrumque temperantia & iustitia. *Politic.7.cap.15* Et pulchre ratio redditur, quare artes liberales & studia Philosophica negliguntur à Plinio: Cum postquam, inquit, senator censu lectus, iudex fieri censu, nihil magis exornare magistratum ac ducem cœpit: omnes artes, quæ à maximo bono liberales sunt dictæ, in contrarium cecidere. *lib.14. in Procemio.*

Oratores. Quemadmodum vero sunt politia & vrbe digni vere Philosophi, non insolentes & indocti Sophistæ: ita Oratorum quoque diligens ratio habenda, etsi apud quosdam etiam ipsi minus commode audiant. Videntur enim vti ea lege, vt omnia mendacio ac simulatione tegant: populorum motus, legum abrogationes, mutationes religionum, rerumpublicarum conuersiones & interitus: mala alia his accepta ferantur. Deinde oratio etiam quo magis ad splendorem & ornatum accedit, eo à veritate recedit longius. *Plato in Axiocho.* Tū & Lacedæmonij parum oratoribus tribuerunt. Accedit huc & illud, quod iudicia Oratores corrumpere videntur: & plus his nocent, quam qui largitionibus vtuntur: quod pecunia corrumpere prudentem nemo potest, dicendo potest *Amianus Marcellinus lib. 30.* Verum hæc omnia non impediunt, quo minus Oratoribus in Repub. locus concedatur. Est enim omnium rerum & quidem præstantissimarum ea conditio, vt his perperam homines vtantur. *Aristoteles Rhetoric. 1.cap. 1. Quintilianus lib. 2. cap. 17. Cicero 1. de Inuentione.* Nec sunt Oratores habendi, quorum orationes verborum tantum splendorem habent & ornatum; sententijs prudentibus carent. Lacedæmonij vero etiam alia studia & liberales artes contempserunt, vtpote toti armis dediti. Et sunt amandi ac colendi oratores: quia nullæ principum opes ac legiones plus valent, quam admirabilis dicendi vis & facultas eius, qui populorum animos languentes erigere, & ad bellum inflammare, & ad vim paratos exarmare, & ardentes ad virtutem cohor-

cohortari, & à vitijs acriter reuocare, & ad mores hominum accommodare orationem; à beneuolentia ad odium, ab odio ad beneuolentiam deducere poteſt. *Bodinus de Repub. lib. 4. cap. vlt.* Eſt ſceleratis exitio, innocentibus præſidio, improbis terrori, ornamento probis. *Idem ibidem.* Et eſt neceſſarius vſus Oratorum in veritate ac iuſticia defendẽda. *Ariſtot. Rhetor. 1. cap. 1.* in conſtituenda atca ſalutis. *Idem in præfatione Rhet. ad Alexandrum*: in vertenda ſenatus grauitate, in ferendo auxilio ſupplicibus, in excitandis afflictis. *Cic. 1. de Orat.* Nẽq; alia ratione regi multitudo, inq; poteſtate haberi poteſt, niſi orationis præſidium adhibeatur. *Plutarchus in præceptis Reipub. gerendæ.* Quemadmodum enim ſerpentes verborum quibuſdam illecebris capiuntur: ita hominum ferociſſimorum barbaries atque feritas Eloquentiæ dulcedine ac ſuauitate miteſcit. *Bodinus lib. 4. cap. vlt.* Et ſi ſeditiones tum in caſtris, tum in ciuitatibus ſunt crebræ & ſumme pernicioſæ: compeſci nulla alia ratione iſtæ poſſunt, quam ſi Oratores adſint, qui ſapienter dicendo eas compeſcunt ac ſedant. Idem faciunt, quod Medici, qui morbos & vulnera periculoſa à putredine conſeruant. *Ariſtot. Polit. 5. cap. 5.* Vt nihil dicamus de legationibus. Eſt legatorum nomen apud omnes nationes ſanctum. *Cæſar libro 3. de bello Gallico. Tacitus lib. 3.* Sunt legati oculi ac aures regnorum. *Guicciardinus lib. 5. hiſtoriar.* At ſuam hi autoritatem non tuentur, niſi eloquentes & oratores boni extiterint: oportet enim tales lingua eſſe inſtructos ab omni parte: vt quouis diſputationem genere poſſint palmam obtinere: nec aliena lingua vti cogantur. *Gregoras lib. 6. hiſtoriarum.* Et refert *in Pyrrho* Plutarchus, quod Pyrrhus ipſe faſſus fuerit, plures à Cynea Oratore ac legato ſuo oratione vrbes, quam à ſe armis expugnatas eſſe.

Quod vero de Oratoribus eſt dictum, idem de Hiſtoricis quoq; affirmandũ videtur. Habuit Imperator Tacitus *Hiſtorici.*

catorum, qui cæteris ciuibus, veluti horum ministri, ad vitam necessaria compararent: alter militum, qui ciuitatem tuerentur: tertius custodum, quorum autoritate & consilio res tum pacis, tum belli tempore gererentur. *lib.2. de Repub.* Aristoteles sex ad ciuitatem esse necessarios ordines contendit; secundum res, quæ necessario in vrbe requiruntur: & constituit agricolas primum seu glebæ addictos, & pastores, propter victum: secundo opifices, propter instrumenta varia: tertio milites, propter arma: quarto diuites, propter pecuniam: quinto sacerdotales, propter rerum diuinarum procurationem: postremo iudices & Senatores propter iudicationes & consultationes. *Politic.7.cap.9.* Et hos ordines qui non obseruat: non primum animaduertit, confusione & perturbatione nihil aspectu fœdius ac deformius esse. Non attendit deinde id, quod veteres affirmarunt, in tota rerum vniuersitate nihil maius ac melius reperiri, quam quod certo ordine materiæ quæque discretæ, inque suis collocatæ sedibus sunt. Non tertio perpendit, eos, qui ciues omnes sic æquare conantur omnibus, vt nihil primum in ciuitate, nihil postremum, nihil medium sit; perinde facere, atque ii, qui hordeum, frumentum, milium, legumina alia in vnum aceruum accumulant: qua ex re & singulorum seminum & vniuersi acerui vsum amittunt. *Bodinus de Repub. lib.2. cap.8.*

QVÆSTIO LX.

QVAMOBREM CIVES OLIM peregrini, spurij, mendici, serui non fiebant?

VT ordines ac partes ciuitatis cognitu & vtiles & necessariæ sunt: ita & illud prodest nosse, quinam in ciuium numerum admittendi aut reijciendi sint. Et quidē ad peregrinos quod attinet, quos Albinos nonnulli

nulli vocant, quasi alibi natos; Spartani esse ciues noluerunt, ne in vrbem irrepentes, simul introducerent diuitiarum amorem ac studium, luxum, mollitiem, vitia alia. *Xenophon de Spartana Repub. Plutarchus in Laconicis institutis & in vita Lycurgi.* Apud Athenienses illi solum Athenienses habebantur: qui ex duobus nati Atheniensibus essent. *Plutarchus in Pericle.* Et propter morum dissimilitudinem contrariaque studia, grauibus inter se factionibus, peregrinis admissis, laborant. Testis Syracusana Respub. *Diod. lib. 11.* Testis Londinensis ciuitas. *Polydorus lib. 27.* Testis vrbs Buda. *Bonfinius lib. 4. Decad. 3.* Vnde & conuersiones sæpe Rerumpub. nascũtur. *Arist. Polit. 5. c. 3.* Etiam elati qui sunt ac superbi, assueti bellis, facile mansuetos opprimũt: qui mali & molles, alios corrũpunt. *Id. Polit. 3. c. 1.*

Secundo, habenda ratio generis, ortus, familiæ: nothi ac Spurij ciues fieri non poterant. Et Hebræi ex mandato DOMINI Spurios in ciuitatem non recipiebant ad decimam vsq; progeniem. *Deut. 23. cap.* Estque in promptu ratio: quia bene constituta in Repub. propterea instituta matrimonia sunt, vt certa proles nascatur. Deinde ciuitas est societas tantum liberorum hominum. Tum & exempla illa nocent plurimum: latam non modo fenestram, sed etiam portam aperiun ad libidines & scortationes. Huc accedit, quod illegitimo thoro incertoque patre prognati, plerunque turbulenti, alijsque deteriores sunt, propter mala principia & institutionem minus diligentem. Postremo, si spurijs & nothis hæreditas recte negatur & successio: multo magis deneganda his ciuitas videtur. *Aristot Politic. 4. cap. 6. & in hunc Casus.*

Tertio beneficiorum aut maleficiorum habita quoque ratio est: & Israëlitis Moses præcepit, ne Ammonitas aut Moabitas in ciuitatem suam admitterent, ne quidem decimam in progeniem: eo quod non suppeditassent illis cibũ & potum, cum ex Ægypto progressi

essent. Admiserunt contra Ægyptios, memores beneficiorum, quod aliquando in Ægypto peregrinati essent. *Deut.23.cap.*

Quarto, sunt qui inter ciues non esse numerandos censent opifices. Fuerunt in ea sententia Paleas & Diophantus. Secutus horum opinionem est Epidamus, sed inepte, male, inique. Id quod his monstrari rationibus potest. Quia primum etiam opifices liberi sunt. Deinde, sublatis opificibus, ad paucitatem ciuitas redigitur. Tertio, iniquum est, excludere eos velle, qui maxima onera Reipub portant. Quarto non minus bene merentur de ciuitate, quam milites, qui non excluduntur. Postremo inter partes ciuitatis numerati ante opifices fuerunt, de Platonis & aliorũ sententia: Nec hic obstat Aristotelis autoritas, qui *Polit.3.c.5.* optimam Rempub. non facere ciues opifices affirmat. Loquitur .n. ille de sordidis & illiberalibus & mercenarijs, qui in excrementis ciuitatis versantur, & proximi seruis habentur; & loquitur maxime de Aristocratia, non reliquis Rerumpub.formis. *Arist.2.Polit.5.& 3.cap.5.*

Sed non negligendæ facultates sunt & opes: ideoq; Romæ census fuit ratio habita: & optima lege iudicabatur ciuis factus, qui domicilium, qui tribum, qui honorum potestatem esset adeptus. *Sigonius de antiquo iure ciuium Roman.lib.1.c 1.* Et mendici atq; supra modum pauperes non videntur in ciuitate ferendi, aut huius iure donandi: siquidem rationi difficulter obediũt. *Arist.Polit.4.c.11.* Sunt plerunque leues & petulantes. *Idem ibid.* Et lex est Platonis: Nemo nostra in ciuitate mendicus esto: quisquis id tentauerit & miserabilibus precibus stipem victumq; collegerit, cũ præfecti è foro, ædiles tota vrbe, agrorum præfecti tota regione exterminent. *lib.11.de Leg.* Rationes istæ sunt: quia miserabilis & commiseratione dignus non is, qui fame aut siti laborat, aut tale quid patitur, sed is qui virtute præditus, in miserijs & calamitatibus per aliquam occasionem

sionem versatur. *Idem ibid.* Deinde, qui è diuite pauper est temere factus & bona sua diuendit, nulla amplius ciuitatis pars est, non mercator, non opifex, non miles, sed tantum pauper & egenus vocatur. *Idem lib. 8. de Repub.* Tertio, bonorum talis decoctor, quemadmodum fucus in foro nascens, examinis est morbus: ita in domo sua nascitur veluti morbus Reipublicæ: perniciosus sibi & toti ciuitati est. *Ibidem.* Quarto, inde in ea ciuitate, in qua mendici conspiciuntur multi, multi quoque reperiuntur fures, latibula quærentes, & βαλαντιοτόμοι, sectores crumenarum, sacrilegi, aliorum scelerum artifices. *Ibidem.* Et hoc obseruandum diligenter est propter mēdicos, dissolutos, prodigos & vagabundos, qui nusquam & tamen vbiq; manent: non laborant, & tamen manducant. Non enim Philosophi de illis loquuntur, qui orphani, qui decrepiti, qui ægroti, qui infortunati & exules, & propterea commiseratione digni.

Postremo, etiam serui apud plerasq; nationes ex albo sunt ciuium exempti: propterea quod tales deformare Rempub. videntur. Quanquam hanc sententiam quidam oppugnant, & seruos æque atque liberos ciuitate esse donandos autumant his argumentis. Quod primum diuinum animal instar pecudis habere, arrogantis sit hominis. Deinde in humano quoque corpore membra reperiantur nonnulla, ita pudenda, vt nemo verecunde ea nominare aut reuelare debeat: nec tamen propterea corporis esse membra desinant. *Bodinus lib. 3. de Repub. cap. 8.*

QVÆSTIO LXI.

QVINAM FIERI CIVES ET RETINere in vrbe posſint aut debeant?

SEquitur de illis vt agatur, qui ciuium numero & loco habendi, vrbis agnoscendi partes sunt: vbi

breuitati studendum & ostendendum erit, quare cum literati tum illiterati sint in ciuium album conferendi? vt & reprehensionibus occurratur: commendentur illi, qui Rebuspublicis, & ornamento & emolumento sunt: etiamsi à nonnullis vix quintæ, quod aiunt, classis esse iudicentur.

Theologi. Et quidem ad facultates superiores quod attinet: sunt in Republica necessaria. Primo Theologi, sacrorum, pietatis & religionis antistites, cuius præcipua cura in Republica est suscipienda. *Plato 2. de Repub.* Quia finis vitæ nostræ primarius, & meta, ad quam collimandum, DEI cultus & honos est. *Plato 4. de legib.* Reipublicæ fundamentum ac propugnaculum religio. *Idem 4. de Repub.* Vera sapientia ac virtus, DEI cognitio: inscitia contra ac improbitas summa, ignoratio. *Idem in Theæteto.* Fundamentum legum & virtutum omnium DEI metus & cognitio. *Cic. 2. de legib. & in oratione pro Plancio.* Fons felicitatis publicæ. Vnde illud Sibaritis oraculum redditum:

Semper eris felix, venerans gens numina Diuum,
Donec plus superis fueris venerata virum quem:
Intima seditio tunc & tibi prœlia surgent.

Athenæus lib. 12. cap. 6. Et Romani non numero Hispanos, non robore Gallos, non calliditate Pœnos, non artibus Græcos, non denique hoc ipso huius gentis ac terræ domestico natiuoque sensu, Italos ipsos, ac Latinos, sed pietate & religione atque hac vna sapientia, quod Deorum immortalium numine omnia regi gubernariq; perspexerunt, omnes gentes ac nationes superarunt. *Cic. de Aruspicum responsis.* Priuatim quoq; religio plurimum commodat: quia minus illis insidiæ struuntur, qui ob pietatis & religionis studium DEVM defensorem habent. *Aristot. 2. Rhetor. de confidentia.* Neque vlla sine DEO mens bona esse potest. *Seneca in Epist. 41. ad Lucinium.* Quod in naui est gubernator, in curru auriga, in choro choragus, lex in ciuitate,

uitate, dux in exercitu: id DEVS in mundo est. *Arist. in lib. de Mundo.* Et facilius vrbs condi potest sine solo, quam ciuitas coire aut constare opinione penitus de dijs sublata. *Plutarchus aduersus Colotem.* Itaq; legimus translata esse & mutata & vastata regna & imperia propter vnicum contemptum religionis. *Deut. 28.* Et hic idem contemptus contemptum magistratus parit. *Plato 4. de Repub.* Et ingentis pœnæ loco Propheta minatur, fore, vt multi in Israël dies absque DEO vero, absque sacerdote, absque doctore, absque lege abeant. *Paralip. 2. cap. 15.* Æschines quoque, in oratione de falsa legatione, audiendos eos esse monet, qui patrijs de ritibus docere alios cupiunt. Et Iureconsulti ac leges de sacrosanctis Ecclesijs & earundem priuilegijs, de Episcopis & clericis præclara multa habent. *Cod. lib. 1. t. 2. & 3.* Hinc quoque Galli commendantur à Cæsare, quod iuuentutem prius de his docerent, quæ ad religionem facerent: deinde quæ prodessent ad Rempub. capessendam. *lib. 6. comment. de bello Gallico.* Laudantur Romani, qui singulis annis aliquot principũ filios Hetruscis tradiderunt in disciplinam, vt sacra discerent ante omnia, negotiorum in vrbe post directores futuri. Et primas semper in deliberationibus religioni tribuerunt. *Valer. Max. lib. 1.*

Post interpretes religionis, ad antistites legum Iureconsultos vt veniatur, necesse est. Videtur hos improbare Plato, cum *libro de Repub. 3.* turpe esse docet, & magnum argumentum imperitiæ, in eas angustias adduci, vt cogantur vti iure quodam aduectitio & mutuato ab alijs propria iuris penuria. Indicium idem esse affirmat male constitutæ Reipub. si multi Iureconsulti in ea inueniantur. *Ibid.* Qui totum tempus vitæ in foro & controuersijs consumant. *Ibidem.* Et multi non sine iure quidem, sed tamen Iureconsultis viuere volunt: quod de Vngaris refert Viues *lib. 7.* de causis corruptarum artium. Et Cuspinianus, Fridericum III. Iure- *Iureconsulti.*

g 5 recon-

reconsultos mediocriter dilexisse refert: quod diceret, Iuris æquitatem ab illis inuerti, fœdari iustitiam. Quod tamen non de Iureconsultis veris, sed fori tintinnabulis & rabulis intelligendum, qui aliquot iuris formulis memoria mandatis dominari in foro conãtur, clientulos suos erufcant & exhauriunt, dum lites serunt & alunt, non tollunt. Iureconsulti veri iuris sacerdotes merito appellantur. Iustitiam namque colunt: boni & æqui profitentur notitiam: æquum ab iniquo separant: licitum ab illicito discernunt: bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum exhortatione efficere cupiunt; philosophiam veram, non simulatam sectantur. *1. Digest. tit. 1.* Similes sunt Scholarum magistris, qui discipulis suis literas quasdam præscribunt, quas ipsi exprimant. *Plato in Protagora.* Vnde horum domus Cicero ciuitatis oracula vocat. Ad Iureconsultos enim olim sic veteres adibant, vt non solum de omni iure ciuili, verum etiam de omni officio & negotio referretur. *3. de Orat.* Et sine Iureconsultis recte Aristoteles affirmat, ciuitatem recte feliciterque habitari non posse: propterea quod de commodis & iustis iudicium reddendum Iureconsultis. *Polit. 3. cap. 8.* Ac sane, sicut morbi corporum medicorum inuentis curantur: ita immanitas animorum legumlatorum exterminatur prudentia. *Demosth. Oratione 2. contra Aristogitonem.* Leges sunt Rerumpublicarum vincula. *Plato 1. de Legibus.* Fundamenta libertatis. *Cicero pro Cluentio.* Vitæ humanæ solatia. *Cassiodorus lib. 3. variarum.* Veluti muri magistratuum contra vulgi importunitatem. *Leo Imperator in prœmio Constitut. nouell.* Non excludendi & exterminandi è ciuitate Iureconsulti erunt, qui legum custodes & interpretes. Atque hanc ob causam Plato annum agens 86. iuris ciuilis peritiam sibi acquisiuit. *Valer. Max. lib. 8. cap. 7.* Alexander Seuerus Imperator sine Iureconsultis magnum aliquid non decreuit. *Pontanus de magnanimitate.* Iustinianus Tribo-

Tribonianum, Theophilum, Dorotheum amauit & coluit *Cuspinianus.*

Ad Medicos quod attinet, inuenti sunt quidam, qui his non vsque adeo honorem magnum tribuerunt aut locum concesserunt in vrbe. De Græcis queritur Cato, quod omnia corrumpant Romæ maxime cum Græcos medicos eo mittunt. *Plin. libro 29. cap. 1.* Et ibidem Æsculapij templum fuit extra vrbem extructum, vt inde colligeretur, necessitate, non voluntate aliquid Medicinæ Romanos tribuere. *Plinius eodem in loco.* Ac notum illud Adriani Imperatoris: qui moriturus dixit, Multorum medicorum turba me perdidit. *Dion in Adriano.* Ac sentit ita Plato, profligatæ & turpis educationis, prostitutæ disciplinæ in Repub. argumentũ esse, si cuiusuis ordinis homines medicorum opera indigeant. Absurdum idem esse contendit, homines medicorum auxilio opus habere, non vulnerum sanandorum, aut popularium tantum morborum causa, qui aëris intemperie pro anni constitutione nascuntur: sed illorum morborum gratia, qui propter desidiam & dissolutum victum oriuntur. *3. de Repub.* Sed vt non male hoc à Platone adfertur: ita non Medicorum interim autoritatem eleuat. A DEO enim est omnis medela: altissimus de terra medicinam, medicum creauit. *Ecclesiast. 38.* Scriptura eadem medicum honorare iubet propter necessitatem. *Ibid.* Affectionibus enim varijs corpus nostrum obnoxium, non impatibile est, vt adamas: duplices corruptionis habet causas: alteras internas, alteras extrinsecus incidentes: vbi medendi scientia requiritur, sunt medici necessarij. *Galen. lib. 1. de sanitate tuenda, cap. 4. & 7.* Imo ægrotare incipimus mox vbi nascimur. *Augustinus super Psal. 111.* Quod magis est; tota hominis vita nihil, nisi morbus perpetuus, est. *Idem Sermon. 74.* Et hi morbi non per se curantur: aut valetudo solum sustentatur corporis notitia & obseruatione corũ, quæ aut prodesse aut obesse

Medici.

esse solent, & continentia in victu atque cultu corporis, & prætermittendis voluptatibus: verum etiam arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. Hanc ob causam, qui rem familiarem administrant & præsunt Reipub. magistratus; curare suorum valetudinem iubentur. *Aristot. Polit. 1. cap. 10.* sed ita, vt non quosuis Medicos in vrbe admittant: sed tantum ante exploratos & probatos, *Plato 3. de Repub.* Et laudatur Iulius Cæsar, qui eos, qui veram Romæ medicinam profitebantur, ciuitate donauit. *Suetonius in eius vita.* Et Græci commendantur, qui Hippocrati eosdem, quos Herculi, honores decreuerunt: quod pestem venientem prædixisset, & discipulos ad auxiliandum circa vrbes misisset. *Plinius lib. 7. cap. 37.* Refert quoque Philippus Comminæus Luduicum II. Gallorum regem, medico suo Cauterio singulis mensibus decem millia aureorum dedisse, vt vitam prorogaret. Et denique commendatum omnibus esse illud Isocratis debet, qui discipulos suos monuit, vt valetudinis ante omnia curam haberent: ac partim à peritis, quæ possent, discerent: partim per omnem vitam se ipsi obseruarent: quinam cibus, qui potus, qui labor ipsis conduceret: & quo pacto his vsi quam optima valetudine vterentur. *Xenophon memorabilium lib. 4.*

Philosophi.

Quemadmodum vero facultatum superiorum est magnus in Repub. ac ciuili societate vsus: ita non negligendi illi sunt, qui in Philosophia excellunt. Sunt plures quidem Domitiani tempore partim interfecti, partim pulsi vrbe totaque Italia: quod operam Philosophiæ darent. *Xiphilinus in Domitiano.* Aristotelici sunt libri combusti Alexandriæ. *Idem in Antonino Caracalla.* Et Socrates eos, qui in Philosophiæ studijs longo sumt tempore versati, affirmat ridiculos esse, vbi ad forum venerint: eo quod otio diuturno ac summa in tranquillitate vixerunt. *Plato in Theateto.* Personarum à muneribus Valens Imperator immunes atque liberos

non

non vult esse Philosophos. Reddatur, inquit, vnusquisque patriæ suæ, qui Philosophiæ habitum indebite & insolenter vsurpare cognoscitur: addita hac ratione, quia turpe est, vt patriæ functiones ferre non possit, qui etiam fortunæ vim se posse profitetur. *Cod. lib. 10. tit. 52. de Professoribus ac Medicis.* Reipsa deprehenditur, eos, qui ad Philosophiã animum appulerunt, & diutius in hoc studio versati sũt, morib. peregrinis & importunis præditos esse, aut reddi inutiles ad Remp. capessendam. *Plato 6. de Repub.* Sed non quia indebite & insolenter Philosophiæ habitum vsurpant, sunt barba & pallio sapientes: iccirco & veri Philosophi excludendi: nec illorum studium contemnendum, qui sapientiæ dant operam: etiamsi multitudo imperita de his minus dextre sentiat: iudicium peruersum adhibeat: huic occasionem illi præbeant, qui falso Philosophiam sibi vendicant. Nam & ille ipse Plato non prius affirmat finem malorum futurum in Rebuspublicis, quam Philosophi in illis summam rerum obtineant. *6. de Repub.* Vel qui reges sunt & optimates, germana quadam ratione philosophentur. *5. de Repub.* Et sunt Philosophi Pentathli, Quinquertiones, quia omnium artium generales rationes intelligunt. *Plato in Dialogo, qui Amatorius, seu Philosophia inscribitur.* Estq; magnum reuera illud, quod qui vere philosophantur, sua sponte agunt, quæ cæteri legum metu faciunt. *Plutarch. de amore virtutum.* Neque quicquam Philosophia est aliud, quam vitæ lex. *Seneca epist. 95.* & gubernaculum per ancipitia fluctuantium dirigens cursum, monens, vt casum quisque aduersum commode ferat. *Idem epist. 16.* Extrahens vitia radicitus, ad status accipiendos animos præparans. *Cicero 2. Tuscul.* Atq; hanc ob causam Aristoteles pacis tempore esse Philosophiæ operam dandam scribit: quia omnis societas ciuilis ad bellum & pacem est accommodanda. Ad bellum duo requiruntur: Fortitudo & constantia: ad pacem Philosophia,

ad

cohortari, & à vitijs acriter reuocare, & ad mores hominum accommodare orationem; à beneuolentia ad odium, ab odio ad beneuolentiam deducere potest. *Bodinus de Repub. lib. 4. cap. vlt.* Est sceleratis exitio, innocentibus præsidio, improbis terrori, ornamento probis. *Idem ibidem.* Et est necessarius vsus Oratorum in veritate ac iusticia defendēda. *Aristot. Rhetor. 1. cap. 1.* in constituenda arca salutis. *Idem in præfatione Rhet. ad Alexandrum*: in vertenda senatus grauitate, in ferendo auxilio supplicibus, in excitandis afflictis. *Cic. 1. de Orat.* Neq; alia ratione regi multitudo, inq; potestate haberi potest, nisi orationis præsidium adhibeatur. *Plutarchus in præceptis Reipub. gerendæ.* Quemadmodum enim serpentes verborum quibusdam illecebris capiuntur: ita hominum ferocissimorum barbaries atque feritas Eloquentiæ dulcedine ac suauitate mitescit. *Bodinus lib. 4. cap. vlt.* Et si seditiones tum in castris, tum in ciuitatibus sunt crebræ & summe perniciosæ: compesci nulla alia ratione istæ possunt, quam si Oratores adsint, qui sapienter dicendo eas compescunt ac sedant. Idem faciunt, quod Medici, qui morbos & vulnera periculosa à putredine conseruant. *Aristot. Polit. 5. cap. 5.* Vt nihil dicamus de legationibus. Est legatorum nomen apud omnes nationes sanctum. *Cæsar libro 3. de bello Gallico. Tacitus lib. 3.* Sunt legati oculi ac aures regnorum. *Guicciardinus lib. 5. historiar.* At suam hi autoritatem non tuentur, nisi eloquentes & oratores boni extiterint: oportet enim tales lingua esse instructos ab omni parte: vt quouis disputationem genere possint palmam obtinere: nec aliena lingua vti cogantur. *Gregoras lib. 6. historiarum.* Et refert *in Pyrrho* Plutarchus, quod Pyrrhus ipse fassus fuerit, plures à Cynea Oratore ac legato suo oratione vrbes, quam à se armis expugnatas esse.

Quod vero de Oratoribus est dictum, idem de Historicis quoq; affirmandū videtur. Habuit Imperator *Historici.*

Tacitus

Tacitus eo in honore historicum Cornelium Tacitum: vt omnibus in bibliothecis eum collocari curaret. *Sabellicus lib.7. Ennead.7.* Hadrianus Imperator Dionysij Milesij ita amauit historias, vt & ipsum sua dignum mensa iudicaret. *Philostratus in Sophistis.* Tito Vespasiano sic charus Iosephus extitit, vt Hierosolymis captis, potestatem ei faceret petendi & exportandi inde, quicquid vellet: *Iosephus in vita sua.* Rerum suarum scriptorem Theophanem ciuitate Pompeius donauit. *Cic. pro Archia.* Neque sine ratione. Quod enim de Græcis dicitur, pueros illos esse, quod antiquitatis memoriam non habeant, *apud Platonem in Timæo.* Cicero affirmat *in Oratore perfecto:* Nescire, quid, antequam natus sis, acciderit, est semper puerum esse: de omnibus ijs intelligendum videtur, qui partim viuis, partim in mortuis, de antiquitate erudire sese non sinunt: non historicos admittunt: non legunt historias. Et sane si Historia est thesaurus ad omnem posteritatem: non ludicrum quiddam, quo ad præsens tantum tempus aures demulceantur. *Thucydides lib. 1.* Testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia vetustatis. *Cic. 2. de Oratore*: quid & quantum sit tribuendum Historicis, facile apparet: cum præsertim & illud accedat, vt mores, actiones, vitamque nostram totam Historici recte conforment & instituant: sicque plurimum futuro Politico prosint. Est enim hoc præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferu, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: vnde tibi tuæq; Reipub. quod imitere, capias, vnde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites. *Liuius lib. 1. Decad. 1.* Ostendunt legentibus Historici præteritorum exemplis, quid expetendum aut fugiendum nobis sit: quia cognitio, ex aliorum tum secundis, tum aduersis rebus percepta, doctrinam habet extra periculum constitutam, διδασκαλίαν ἀκίνδυνον. *Diodorus Siculus libro 1.* Quin & exempla cum proponuntur, ad æmula-

mulationem ingenia vere liberalia excitantur: quemadmodum Achillis exemplum currendi calcar Alexandro addidit: Cæsarem ad virtutem militarem impulit Alexander: Carolum V. ad gloriam tantam impulit æmulatio Ludouici XII. Galliarum regis, cuius historia à Cominæo descripta, charissima fuit. *Bodinus in procemio method. historica.* Vt de illo nihil iam dicatur, quod Historici non tantum res præclare gestas ab obliuione vindicant: verumetiam conseruant laudem & gloriam clarorum virorũ, imo integraru m nationum. Omnes enim omnium virtutes tantæ sunt, quantas videri eas voluerunt, qui aliorum facta descripserunt. *Vopiscus in procemio.* Et ex historia accurate scripta hæc duo eueniunt, quæ sunt æquissima & optima: vt viri fortes, qui fatum suum impleuerunt, gloriam immortalem consequantur, laudentur à posteris: deinde, vt horum progenies non otio se turpi dedat, sed labores honestos suscipiat. *Dionysius Halicarnasseus lib. 1.* Et quomodo de DEI tum essentia, tum voluntate certi essemus, eiusdem exequeremur mandata: nisi Historiæ & literæ sacræ essent? Vbi esset cognitio eorum, quæ in Ecclesia post acta sub viris sanctis: nisi essent Epiphanius, Origenes, Eusebius, Paulus Diaconus, Nicephorus, Euagoras, Scholasticus, Socrates, Sozomenes, Theodoretus, Cassiodorus? Quam turpi obliuione sepultæ iam iacerent res Germanorum: nisi essent Cornelius Tacitus, Albertus Krantzius, Beatus Rhenanus, Birckhaimerus, Vilibaldus, Glareanus, Tritemius, Wimphelingus, Cuspinianus, Auentinus, Sleidanus? Et Gallorum? nisi essent Bellaius, Æmylius, Verronius, Gregorius Turonensis, Frossardus, Cominæus, Gilbertus Cognatus, Massouius, Tritemius? & Hispanorum? nisi essent Antonius Neglissensis & Franciscus Taraffa? Et Polonorum? nisi essent Gromerus, Callimachus, Quagninus? & Anglorum? nisi essent Polydorus Virgilius, Beda, Georgius Lilius? Et Scotorum? nisi essent

Boëtius & Buchananus? Et Vngarorum, nisi Corthesius, Bomphinius Ricius, Lasius, Soiterus? Et Bohemorum: nisi Æneas Syluius & Buprouius? Et Moscouitarum? nisi Baro Herberstenius, Bosseuinus, Iouius? Et Danorum? nisi Albertus Krantzius, Saxo Grammaticus, Egenbergerus? Et Suecorum? nisi Albertus Krantzius, Ioannes Magnus, Olaus Magnus? Et Turcarum? nisi Egnacius, Lonicerus, Soiterus, Iouius, Stella, Pomponius Lætus, Folietta, Bomphinius essent?

Poëta. Sed de Historicis minus laborandum est: in dubitationem illud magis venit, an sint Poëtæ ferendi? Videtur enim hic aduersari primum Plato, qui Poëtas suâ è Republica exterminauit: hoc maxime nomine, quod moribus illi noceant: frena laxent ad omnis generis vitia: cum introducunt pessima exempla non solum heroum, verū etiam ipsorum Deorum: deinde venenum melle conditum instillent pueris: in hominum influant animos admodum molliter: fabulis, orationis genere, ornamentis, pigmentis verborum & figuris, *lib. 3. & 10. de Repub.* Tum etiam Zeno Stoicus ad perceptionem disciplinarum nihil esse ineptius Poësi dixit: quod tamen rectius de discendi modo, quam ipsa Poësi intelligendum videtur. *Laërtius lib. 7.* Huc & Epicurus accedit, qui vt alias artes, ita quoq; Poësin risit: tanquam anicularum deliramenta. *Plutarchus de Poëtis audiendis.* Omnium vero illud grauissimum, quod Philippus Imperator statuit, ne immunitate Poëtæ donarentur, vt alij. *10. Cod. tit. 52. de Professoribus & Medicis.*

Verum non hæc obstare omnia debent, quo minus veris Poëtis locus bene constituta in Republica relinquatur. Est enim Poëtica antiquissima: etiam ante bellum Troianum sunt Poëmata inuenta. *Plin. lib. 7. cap. 56. Cic. 4. Tuscul.* Et Poëtæ ipsi longe antiquiores historicis & ipsis oratoribus. *Seneca de vita tranquillitate lib. 1.* Vera & germana Poësis non tam industria & labore cōparatur, quam diuino quodam impetu existit: auto-

autorem DEVM seu Musam habet, cuius vi versus effunduntur. *Plato in Ione. Cic. 1. de diuinat. & in oratione Archiana.* Vnde illud Poëtæ Ouidij:

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo.

Hoc etiam nomine sunt Republica & honore digni Poëtæ: quia res gestas clarorum & illustrium virorum celebrant. *Plato 2. de Repub.* vt recte à Poëta Lucretio sit dictum:

Carmine fit viuax virtus, expersq; sepulchri.

Et à Lucano:

O sacer & magnus vatum labor: omnia fato
Eripis, & donas populis mortalibus æuum.

Et felix idcirco Achilles iudicatus ab Alexandro Magno fuit, quod Homerum virtutũ suarum præconem nactus esset. *Plutarch. in vita Alexandri, & Arrianus lib. 1.* Quin & meliores reddunt homines. *Aristophanes in ranis.* Et vniuersæ vitæ cõformandæ rationem monstrant: affectibus nostris pacem ferunt ac subdunt: vt nihil his melius haberi queat. *Seneca lib. 1. Epist. 8.* Excitant præterea & inflammant homines ad res præclaras capessendas. Et Spartanos legimus in fugam iam conuersos, restitutos fuisse carminibus Histræi. *Pausanias in Messenicis.* Huc accedit, quod artes plurimæ ac necessariæ à Poëtis sunt traditæ: Physica à Lucretio: Mathematica ab Arato: Ethica à Pythagora, Theognide, Hesiodo, Phocylide: Historia ab Homero, Virgilio, Lucano, alijs. Postremo mirâ voluptate afficiũt homines & oblectant. Qua de causa custodibus Rerumpub. lectio Poëtica etiam à Platone est permissa: vt reficiant ac recreent animos defatigatos, ac paratiores reddant ad Reipub. munera obeunda. *Plato 3. de Repub.* Itaque mirum non est, regibus ac principibus charos semper Poëtas extitisse. Crœsus Lydorum rex Pindarum tanto est amore prosecutus, vt eum auferre iuberet auri, quantũ posset aut vellet. *Zoses de varia historia.* Huius familię Alexander pepercit, Thebis iã occupatis. *Ælia-*

nus variar. historiar. lib. 13. Vergilius sic acceptus Augusto extitit vt eius diem natalem singulis annis celebraret. *Plinius lib. 7. cap. 30.* Vespasianus primus ex fisco salaria Poëtis constituit. *Suetonius in eius vita.* Martialis iocos vnice Ælius Ferus Imperator amauit. *Crinitus de Poëtis.* Poëtarum certamina Domitianus instituit. *Suetonius in eius vita.* Carolus Magnus versus, res gestas Romanorum continentes, magni fecit: decantari etiam iussit. *Ælianus lib. 4.*

Milites. Sed & requiri nunc videtur: vt de alijs quoque, & quidem primo Militibus agatur: quorum summa dignitas, honestas, vtilitas ac necessitas bene constituta in Repub. deprehenditur. Ex ijs enim, è quibus honestas atq; officium manat, splendidissimum cumprimis illud est, quod animo factum magno & elato est. *1. Officior. Cicero.* Et prima laus atq; gloria comparata adolescentibus est rebus bellicis. *Idem 2. Officior.* Neque Romæ vlli ciuium licuit vllum magistratum vrbanum gerere, qui decem annos non militasset. *Liuius lib. 10. Decad. 4.* Et quo fuerint loco numeroque milites habiti, & qui castra sequuntur ac Martia iura tractant; tituli satis testantur. Duces enim à ducendo nomen habent, quod illorum sit ducere exercitum: Comites, qui reges & principes comitantur, quietos & periculi expertes, limites regnorum custodiunt. Marchiones, qui ad Marcham custodiendam sunt constituti, id est, tractus limitaneos. Barones ἀπὸ τοῦ βαρεῖν, quod cæteros dignitate antecellere debent, beneficiarios: seu, vt alijs placet, quod domos vndiq; occlusas habeant turribus barreis, & regiones ita defendant. *Cælius Rhodoginus lib. 8. cap. 30. & Krantzius lib. 3. historiarum.* Habent nomen Nobiles, quod illorum maxime nobilis in bello esse nota virtus debeat. Et apud Germanos ab Aquila dicuntur. Aquilæ vero insignia Romani imperij. Milites quoque nuncupari videntur à mollitie per ἀντίφρασιν, quod minime sint molles, sed duram vitam

tam traducant: vel à malo, quod suo periculo mala & incommoda auertant. Vnde Philemon Comicus non homines esse milites; sed quasi victimas, singulis pene momentis duci velut ad sacrificium affirmat. Sunt prætereа militibus constituta insignia præmia: laudationes & gratiarum actiones pro concione factæ. *Cornel. Tacit. lib. 2. Annalium.* Orationes habitæ in celebrationem eorum, qui in bello occubuerunt: maxime Athenis: vbi quotannis in festis Februarij & publico funere fuerunt laudib. celebrati, qui in bello pro Repub. cecidissent: vt inde quisque disceret patriam suam amare, commoda publica priuatæ saluti anteponere. *Plato in Menexeno.* Fuerunt illis datæ coronæ gramineæ & obsidionales, quernæ ob ciuium aliquorum vitam defensam: castrenses, itidem murales. *Polybius lib. 6. Zonaras lib. 2. Plutarch. in Mario. Plinius lib. 7. cap. 28. Gellius lib. 5. cap. 6.* Et Torques, tam duplares, quam simplares. *Vegetius de re militari libro 2. cap. 7.* Armillæ: *Liuius lib. 10.* Hastæ: *Pompeius Festus.* Vexilla: *Suetonius in Augusto.* Vestes: *Liuius lib. 10.* Statuæ: *Plinius lib. 38. cap. 5.* Agri: *Carolus Sigonius lib. 2. de antiquo iure Italiæ. Et Stenuegius in Vegetium lib. 2. cap. 7.* Priuilegia etiam alia fuerunt militibus concessa & immunitates ab oneribus publicis: vt municipale nullum illis iniungi munus possit, nisi in fraudem munerum nomen quis militiæ dederit. *Cod. lib 10. tit. 49.* Et Alexander Seuerus magis se milites seruare velle dixit, quam seipsum: eo quod salus in his publica posita esset. *Lampridius in Seuero.*

Neque id sine causa: quod milites, cum se negligi & contemni vident, si sunt boni, redduntur alacres: si sunt mali, proni ac propensi fiunt ad contumeliam. *Xenophō lib. 5. de Pædia Cyri.* Nec sine causa Romulus ita populum ciuitatis diuisit in maiores & minores: vt altera pars consilio, altera armis Rempublicam defenderet, *Macrobius libro primo cap. 12.* Et naturæ lege sapientia

& potentia excellens in idem tẽdunt, semperq; ista duo coniuncta in Repub. requiruntur. *Plato Epist. 6.* Et alter alterius semper eget auxilio, & tam militaris res legibus in tuto est collocata, quam ipsæ leges armorum seruatæ præsidio sunt. *Plato Epist. 7.* Et parum per se tuta semper probitas fuit. *Sallustius in bello Iugurthino.* Hinc illud: Militibus & pecunia omnia superantur. *Cæsar lib. 2. de bello Gallico.* Milites tam sunt necessarij, quam denarij. *Dion lib. 53.* Romani quoq; nulla re alia orbem terrarum subegisse videntur, nisi armorũ exercitio & disciplina castrorũ. Neq; enim aduersus Gallorum multitudinem paucitas Romana valuisset: aut aduersus Germanorum proceritatem breuitas: aut aduersus Afrorum dolos & Græcorum artes ac prudentiam: nisi apud eos ius armorum & exercitia militaria quotidie fuissent. *Vegetius de re militari, lib. 1. cap. 1.* Et quid verbis hic opus est? Deus ipse exercituum Dominus vocatur. Et idem de Cyro affirmat: Apprehendi dexteram eius, vt subijciam ante faciem eius gentes. *Esaiæ 45.* Ab hoc animati & armati sunt Iosua, Gedeon, Samson, Dauid & alij. Iubentur milites non arma abijcere, sed suis stipendijs contenti esse. *Luc. 3.* Vt male videantur contra milites illa obijci, quæ abusum tantum indicant, plerumq; inopes ac homines vagos militiam sponte sumere. *Cornel. Tacit. 4. Annalium.* Ciuitatũ mala exoptare: quemadmodum Medici nolint suos amicos commode valere. *Philemon Comicus.* Totam denique disciplinam militarem non nisi in hominum pernicie occupatam esse: bellum nihil aliud, quam cõmune multorũ homicidium ac latrocinium: milites stipendiarios & in Reipub. exitium armatos latrones. *Cornelius Agrippa de arte militari, cap. 79.*

Mercatores. Cõtra mersaturam.

Quemadmodum vero milites nõ omnibus placent: ita nec apud cunctos bene & cõmode Mercatores audiunt. Est vtique illud Scripturæ notum: Duæ species difficiles & periculosæ: difficile exuitur negotians à negli-

negligentia seu deceptione: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum. *Eccles. 26.* Et inter medium emptionis ac venditionis peccans angustiabitur. *Ibid. c 37.* Stadijs octoginta à mari remota commendatur ciuitas: minus probatur situs maritimus: eo quod faciat, vt commerciorum copia ac licentia bonis moribus noceat, ciues diffluant delicijs, quæ importantur. *Plato 4. de Legib.* Phœnices arguuntur à Cicerone, qui primi mercatores Græciam impleuerint auaritia & inexplebili cupiditate. *Nonnius ex 3. Cicer. de Republica.* Idem Cicero sordidos eos vocat, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant: neque quicquam tales proficiant, nisi admodum mentiantur, *lib. 1. Officior.* Mercaturam sordidam esse iudicandam censet, si tenuis extiterit. *Ibidem.* Sunt alij, qui Germanorum hoc institutum probant, quod vinum ad se importari non fuerint passi: eo quod arbitrarentur ea re ad labores perferendos emollescere homines & effœminari. *Auentinus lib. 1. Annal. Boiorum.* Cornelius quoque Agrippa, vt alia taxat, ita quoque Mercatores perstringit: quod merces inuehant damnosas, & quæ ob raritatem vel delicias à mulieribus & pueris appetuntur: quæ ad nullam vitæ faciunt necessitatem, sed tantum ad luxum, ad pompam, ad fucum, ad ludum, ad mollitiem, ad voluptatem: quod immensa pecunia quotannis prouincias & regna spoliant; quod bonos mores vitijs peregrinis introductis corrumpunt: & denique sublato patrio ritu semper externis & nouis rebus studentes, perditissimis implicant consuetudinibus. *De Mercatura, cap. 72.*

Verum sunt de abusu ista intelligenda omnia: non mercaturam ipsam damnant: non mercatores esse minus vtiles & necessarios euincunt. DEVS ipse stateram iustam, æqua pondera, modum iustum, sextarium æquum requirit: negotiationes ergo probat, quibus ista inseruiunt. *Leuitici 19.* Prohibet idem DOMINVS *Pro mercatura.*

ne circumueniamus fratrem in negotio, vindex ipse hac de re futurus. Cicero magnam & copiosam, multa vndique apportantem multis sine vanitate, laudat ac probat. *1. Offic.* Est apud Platonem insignis mercaturæ diuisio: cum vna illorum constituitur, qui vendunt, quæ ipsi emerunt, αὐτοπωλική: altera, quæ aliena opera mutat & distrahit, μεταβλητική. Et hæc rursus duplex: Cauponaria, καπηλική, quæ in vrbe fit, distractio: vel mercatura proprie ἐμπορική, quæ ex alia vrbe in aliam emptione & venditione rerũ occupatur. *Plato in Sophista.* Hinc quoque mercatores distinguuntur: quod alij sunt proprie caupones, κάπηλοι, qui in vrbe, in qua emerunt aliquid, illico vendunt: alij mercatores proprie ἔμποροι, qui vndique per ciuitates commeant, *Plato 2. de Repub.* Aristoteles quoque, cum de ratione acquirendæ pecuniæ agit, quatuor huius species constituit: mercaturam, fœneratoriam, mercenariam, & mixtam seu metallicam. *Polit 1. cap. 7.* Et negotiatoribus immunitates maximas Alexander Seuerus cõcessit, numerum & tributum auri lustra'is dedit. *Lampridius in eius vita.* Sunt præterea de emptionibus ac venditionibus apud Iureconsultos præclara multa. *Instit. 3. tit. 23. Digest. lib. 2. tit. 24. Codicus lib. 4. tit. 38. vsq; ad 59.* De nundinis & mercatoribus *tit. 60.* De commercijs *tit. 63* Neque id iniuria. Si enim ciuitatis origo est necessitas, vt est: communicationem hæc requirit in dando & accipiendo positàm, commercia libera æquis ex legibus flagitat. *Plato 2. de Repub.* Et quia non omni in terra omnia abundant, multa desunt vtilia & necessaria: mercatores creati sunt, vt, quæ præsto non habentur, alijs, & quidem ijs ex nationibus petantur, in quibus abundant. *Aristot. Polit. 6. cap. 4. Bodinus de Repub. lib. 3. cap. 8. de ordinibus ciuium.* Et sunt mercatores in Republica, veluti pedes in corpore humano, qui reliquis necessaria transferunt. *Gregorius Tolosanus 4. de Repub. cap. 7.* Accedunt huc & aliæ vtilitates: quod ex merca-

mercatura amicitiæ contrahuntur cum Regibus, Principibus, Rebuſpublicis. Deinde communio gratiæ inſtituitur. Poterat Devs Opt.Max. vnicuilibet regioni omnes fructus dare: verum ſi vna alterius fructu non indigeret, communionem cum altera non haberet: per communionem vero gratiæ ſibi ſimul coniunguntur regiones, quæ longe alias diuiſæ ſunt. *Gregorius homil.a 10. in Ezechielem. Simanca de Repub.lib.9. cap. 28.* Tum ex negotiationibus varijs multarum & maximarum rerum vſus atque experientia paratur. *Plutarchus in vita Solonis.* Et celebres multæ emporijs atque mercimonijs vrbes factæ ſunt: Corinthus, Chryſopolis, *Xenophon.* Lugdunum, *Bonfinius lib. 4. Decad.1.* Delus, *Strabo lib.14.* Iulinum, *Crantzius in Vandalia lib.2 c.33.* Francofurtum ad Mœnum à Carolo IV. mercatu annuo gemino donatum eſt, Anno 1350. *Stumpfius.* Caletum, *Polydorus lib.10.* Cerciacum, quod & Tiberij tempore floruit, *Stumpfius.*

Vt vero ſuos cenſores & zoilos Mercatores habent: ita reprehenſores quoq; inueniunt opifices. Platonis lex obſtat, ne ciuium quiſpiam opificio vlli operam nauet: quod ſit cuique ciui onus magnum impoſitum: vt cui hoc à natura tributum eſt muneris, vt publicam ciuitatis ſalutem & ornamentum commune tueatur. *lib. 8. de Legibus.* Apud Scythas, Perſas & Lydos pro ignobilioribus ſunt habiti, qui opificia didicerunt. *Herodotus lib.2.* Spartiani, de Lycurgi lege ciuibus interdixerunt ſordidis artibus, commiſerunt eaſdem hilotis & ſeruis ſuis. *Plutarchus in Lycurgo.* Etiam Romæ Numæ inſtituto non licebat ciuibus opificia ac ſellarias artes tractare: ſeruis illæ committebantur, ne quid moliri in Rempub. poſſent. *Plutarchus in Num.2.* Cicero præterea illiberales ac ſordidos iudicat quæſtus eorum, quorum operæ, non quorum artes emuntur: quia in illis ipſis merces auctoramentum ſeruitutis eſt. Verum quænam ſordidæ ſint habendæ artes, nō inter

Opifices.

Contra opifices.

omnes constat propter diuersas leges & rationes diuersorum: & habuerunt illi suas causas: vt recte concludi hic videatur, ordinum ciuitatis dignitatem pro moribus & legibus temperandam ac dijudicandam esse, *vt Bodinus statuit lib. 3. de Repub. cap. vltimo.*

Pro opificibus.

Opifices vero ipsi si spectentur, non tanquam vtiles ac necessarij, aut etiam honesti parum; excludendi à Republica sunt Qui, inquit Scriptura, gloriatur in iaculo, omnis faber & architectus, qui noctem tanquam transijt, faber ferrarius sedens iuxta incudem, figulus conuertens pedibus suis rotam, vnusquisque horum in arte sua sapiens est: sine his omnibus non ædificatur ciuitas. *Eccles. 28. cap.* Et *in Exodo* Beselaelem legitur vocatum à Deo, & impletum fuisse Spiritu eius: sapientia, intelligentia, scientia ac doctrina omni in argento, auro, ære & ferro, sculpendis lapidibus & opere carpentario, quicquid faber inuenire potest. *cap. 25.* Etiam Alexander Seuerus artium omnium corpora instituit, non paucis immunitates largitus est. *Lampridius in Seuero.* Et extat lex de excusationibus artificum: Artifices artium breui subdito comprehensarum per singulas ciuitates morantes ab vniuersis muneribus vacare præcipimus Et affertur ratio. Siquidem in discendis artibus otium est accommodandum, quo magis cupiãt & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudiri. Recensentur vero artifices architecti, medici, pictores, statuarij, & cæteri, *10. Codicis, tit. 64.* Multum vero ad commendationem Opificum facit, quod non pauci reges & opifices sunt inuenti, qui vel exercitij causa, vel valetudinis ergo, vel etiam propter vtilitatem & necessitatem opificia tractarunt. Demetrius rex Asiæ in machinis bellicis conficiendis fuit excellens. *Plutarchus in eius vita.* Nero in pingendo satis fœlix. *Sueton. in eius vita.* Albertus IV. dux Austriæ in dolando, tornando, & Architectura se exercuit. *Cuspinianus.* Gambriuius Thuisconum rex primus decoquere cereuisiam docuit.

Gassar

Gassar. in Epitome Chronici. Et hodie non pauci sunt, qui vel propter valetudinem, vt ostensum, vel causas alias commendata sibi habent opificia. Et lex fuit insignis apud Athenienses, vt iuuenes postquam ad pubertatem venissent, artibus adhiberentur: proponerentur publice variarum artium instrumenta, vt adducti adolescentes in ea arte instituerentur, cuius instrumentis maxime delectarentur. *Gregorius Nazianzenus in Epistola ad Eudoxum, 160.*

Quemadmodum vero honesti sunt & laudabiles Rebuspublicis opifices: ita quoque simul necessarij & vtiles sunt: quandoquidem in omni Republica & ciuitate sex requiruntur. Arma, quæ milites tractant: diuitiæ, quæ opulentos spectant: sacra, quorum sacerdotibus cura mandatur: iudicia, quæ magistratui cordi: alimenta, quibus agricolæ inseruiunt: & denique instrumenta varia, quæ artificum sunt. *Aristoteles Politic. 7. cap. 9.* Maxima quoq; pars ciuitatis constat opificibus: neque sine his onera promoueri publica & commoda possunt. *Idem Polit. 2. cap. 5. Patricius. 1. de Repub. tit. 8.* Sunt præterea ad militiam quoq; opifices eligendi, non quidem piscatores, aucupes, dulciarij, & qui ea tractant, quæ ad gynæcea pertinent: tales conueniunt castris, vbi calceatis, vt ille ait, dentibus pugnatur. Sed conueniunt militiæ, societati, fabri ferrarij, carpentarij, macollarij, venatores ceruorum & aprorum. *Vegetius lib. 1. de re militari, cap. 2.* Vnde Solon Atheniensi in Republica vt ad artificia ciues suos ab ocio traduceret: legem tulit, ne filius patrem alere cogeretur, qui artem aliam eum non docuisset. *Plutarchus in Solone.*

Reliqui sunt adhuc Hortulani & Agricolæ, quorum & ipse ordo laudabilis est: etsi sint, qui improbare hunc ipsum conentur. Videtur enim genus hoc hominum esse Ephemerion, quod ad φρόνησιν, tantum diurna sapere & curare. *Homerus Odyss. 6.* Est vulgaris existimatio; rem rusticã sordidũ opus esse, & nullius præceptoris Magi- *Agricolæ ac Hortulani.* *Contra Agricolas.*

Magisterio egere. *Columella lib.1. de re rustica.* Agricultura res infinita est, neque vnquam absoluitur. Serendum enim vt metamus, & metendum vt seramus, absurdo rei circuitu. *Stobæus ex Fauorino, Serm. 55.* Speciem mentitur sæpe, leges fallit non raro, crebro mendax est fundus. *Cornelius Agrippa de vanitate scientiarum, cap. 78.* Agricolæ modo siccitatem deplorant, modo imbres, modo vredinem, modo nubiginem, modo calorem intempestiuum vel frigus. *Plato in Axiocho.* Vere quoque illud à Cicerone putatur dictum: Ipsa ratio arandi spe magis & iucunditate, quam fructu atque emolumento tenetur. Etenim ad incertum casum & euentum certus quotannis labor & certus sumptus impenditur: annona porro pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet. Si autem vbertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis: vt aut male vendendum intelligas, si processit; aut male perceptos fructus, si recte licet vendere. Tertia. Totæ autem res rusticæ eiusmodi sunt, vt eos non ratio atque labor, sed res incertissimæ, venti & tempestates, moderentur. *lib. 3. in Verrem.*

Pro Agricolis & hortulanis.

Sed contra hæc dici potest, voluntatem & facultatem citra scientiam in agricultura magnam dominis iacturam adferre. *Columella lib. 1.* Pessime mulctari eũ agrum, cuius dominus non dominatur, sed villicum audit. *Idem ibidem.* Et ad ventos, tempestates, vredines & his similia, quod attinet, adferri illud potest, quod Xenophon habet: cum Deus etiam rusticarum rerum sit Dominus & gubernator, eum quoque adeundum & compellandum precibus esse, vt frugibus & fructibus benedicat. *in Oeconomicis.* Recte ergo omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil agricultura melius, nihil vberius, nihil homine libero dignius habetur. *Cicero 1. Officiorum.* Et si voluptas spectatur, nullum genus antiquius agricultura reperitur. Etenim cum viæ sint hominum traditæ, rustica & vrbana: antiquior

multo

multo rustica vrbanâ est: quod fuit tempus, cum rura colerent homines, neque vrbem haberent. *Varro lib.3. de re rustica cap.1.* Neque mirum: quia diuina natura dedit agros: ars humana ædificauit vrbes. Neque vnquam defuerunt agri in terris, qui coli possent, cum interim artes multæ non essent. *Varro ibidem.* Et ex Genesi Adamum Protoplastum culturæ agrorum dedisse operam constat.

Honestas deinde si est proposita: non agricultura turpis iudicanda, cui operam sanctissimi & nobilissimi viri dederunt. Sancti Patriarchæ coluerunt terram. Etiam rex electus agriculturæ dat operam. *1. Reg. 21.* Diocletianus Imperator depositâ purpurâ post viginti annos Salonæ agris se oblectat, redire ad imperium recusat. *Auentinus lib.2.* Annalium Boiorum. Romæ Cincinnati, Fabricij, Serrani, Catones, Stolones, ab aratro ad magistratus vocantur. *Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 11. Columella de re rustica, Eutropius lib. 1. Cicero de Senectute, & in Rosciana Oratione, Plinius lib. 18. & 19. Bodinus lib. 3. de Republ. cap. vlt. Pontanus lib. 2. de fortitudine.* Cyrus apud Xenophontē de nulla re tantopere gloriatur, quam agris & hortis sua manu cultis. *Xenophon in Oeconomicis. Cic. de Senectute.*

Ad necessitatem animum & oculos si conijciamus: vel hoc etiam nomine Agricultura commendanda. In Repub. ferendi agricolæ sunt: quod sine his nulla consistere aut conseruari Respublica potest. *Aristot. Politic. 1. cap. 5.* Quia alimenta necessaria sunt Reipublicæ, hæc autem agricolæ suppeditant. *Idem lib. 7. Politic. cap. 9.* Quin & vestimenta suppetunt, quod pascendis pecoribus soli agricolæ incumbunt. *Patricius de Repub. lib. 1. tit. 7. de agricolis & rusticis.* Et est horum ars acquirendi victum maxime naturalis. Nec mater, sed nouerca esset natura, si animalia solum produceret, nō nutriret & aleret. *Aristot. Polit. 1. c. 5.* Quæ ratio Romanos mouit: vt nonis modo diebus vrbanas res vsurparent.

rent, reliquis septem rura colerent: & hoc instituto seruato consequerentur, vt & cultura agros haberent fœcundissimos, & ipsi valetudine firmiores essent. *Varro lib. 2. de re rustica.*

De vtilitate porro esse dubium nullum potest: quandoquidem agricultura animo inseruit, prodest corpori, fortunis & facultatibus commodat. Est enim diligentiæ, iustitiæ, parsimoniæ illa magistra. In rusticis moribus, in victu arido, in horrida incultaque vita maleficia non facile gigni solent. *Cicero pro S. Roscio*: minime mala cogitant, qui in agriculturæ occupati studio sunt. *Cato de re rustica ab initio.* Ideoq; Aristoteles in Democratia agricolas pastoribus & mercenarijs præfert, quod in re rustica multæ quasi sensibiles sunt virtutes: vt labor corporis, humilitas, finita diuitiarum appetitio, contemptus honorum, animi simplicitas, frugalitas vitæ, victus parsimonia & moderatio. *Politic. 6. cap. 4.* Romani quoque cum virum bonum laudabant, cum bonum agricolam & bonum colonum appellabant: ita laudari eum amplissime putantes. *Cato de re rustica ab initio.* Valetudini iam agricultura quantum prosit, vel vnicum Cyri exemplum commonstrat: qui commoda valetudine perpetuo vsus dicitur, quod ante nunquam cœnaret, quam laborem aliquem rerum bellicarum aut rusticarum obijsset. *Xenophon in Oeconom.* Quod & in fortunis monstrari facile potest: quia mater & nutrix est natura omnium reliquarum artium, quæ bene habent, cum terra bene colitur: iacent, cum terra neglecta iacet. *Xenoph. in Oeconom.* Et monet Poëta, vt, si opibus indigeamus, curam habeamus pinguis agri: quod agri ferāt copiæ cornu esse. *Phocylides.* Atq; est quæstus præstantissimus, ex agricultura diligenti qui percipitur: est honestissimus: est minus inuidiosus aut etiam cum mendacio aut fraude coniunctus. *Aristoteles & Xenophon in Oeconomicis. Cato & Columella de re rustica.* Fatetur quoq; Cato, duobus

tantum

tantum generibus quæstus se vsum esse, agricultura & parsimonia. *Plutarch. in Catone Censorio.* Et prisci Romani dicere solebant: nequam esse in domo matremfamilias, vbi indiligens hortus esset: quod à carnario aut macello viuendum esset. *Plinius lib. 19. cap. 4.*

Sed neque illud negligendum: quod ad res bellicas maxime agricolæ idonei: hinc strenui ac fortes milites prodeunt. *Cato de re rustica. Plinius lib. 18. cap. 5.* Nec ratione hoc caret: quia agricolæ sub dio & in labore nutriuntur, sunt solis patientes, negligentes vmbrarum, balnearum nescij, ignari deliciarũ, simplicis animi, paruo contenti, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris: quibus gestare ferrum, ducere fossam, ferre onus, consuetudo de rure est. *Vegetius de re militari lib. 1. capite 3.*

QVAESTIO LXII.

QVÆNAM CIVIVM ESSE *officia debeant?*

VErum vtut recte hæc sese habent: tamen vt beata sit Respub. non sufficiunt: sed, virtus vt adsit ciuium, necesse est. Nullum, inquit ille, oppidis firmius ornamentum est, quam ciuium numerus. *Plinius iunior lib. 7.* At optima & amplissima virtus est custos Reipub. *Aristot. Politic. 3. cap. 3.* Et ciuitatis laus est, non quod Senatum habet, numerare consules aut mercium copiam potest: sed quod populum habet pium, & audiendi verbum DEI studiosum. Quandoquidem & Plato nullam malorum quietem fore illis in ciuitatibus scribit, in quibus DEVS non dominatur. *lib. de legib. 4.* Nec deest ratio: quia ciuitas virtute carens, nomine tantũ, non re ciuitas est. *Aristot. Politic. 3. 6.* Et vna sunt congregati homines, non solũ vt viuant, verũ etiã & quidẽ magis, vt recte viuant. *Aristot. ibid.* Nec ciuis ab hoste natura & loco sed animo & factis distinguitur.

Cicero

Cicero in Paradoxis. Reperiuntur quoque multi ciues natura, at non voluntate. *Idem Philipp.8.* Ciuis ergo virtus eſt & officium primo, curare probe munus ſuũ, quemadmodum ciuitatis forma & conſtitutio flagitat. Quia ciuitas eſt ſimilis naui, ciues inſtar nautarum ſe habẽt, magiſtratus quaſi nauis eſt gubernator. Quemadmodum ergo in naui, vt illa ſeruetur, non oportet tantum nauclerũ, verum etiam remiges & alios ſuum officium facere : ita quoque in Republica non ſolum magiſtratus, ſed & ciues rite ſuis fungi officijs debent. *Ariſtot. Politic.3.cap.3.*

Secundo ciuis eſt, patriam ſuam diligere, bonos omnes ſaluos & incolumes cupere. Cicero in Vatinium: quod nihil humanis in rebus præclarius, quam de Republ.& alijs bene mereri. *Cicero pro Planco.*

Tertio laudati eſt & boni ciuis parere rectoribus & legumlatoribus: legibus obtẽperare ſcriptis per totam vitam. *Plato 7. de Legib. Ariſt. Polit.3. c.3.* Quia omnis generis bona ibi ſunt ſperanda, vbi homines Deos colunt, tractant res bellicas, principum & magiſtratuum ſuorum audientes dictis ſunt. *Xenoph. de Ageſilai laudibus.* Et abſurdum omnino eſt, principem in Tragœdia actorem Theodorũ vel Polum ſæpenumero mercede conducto Hiſtrioni tertiario obſequi, & humiliter cum eo colloqui, nimirum diadema & ſceptru gerente : in rebus autem ſerijs ac publicis diuitẽ aliquem parui facere plebeium aliquem & pauperem, qui cum Magiſtratu ſit : cum hac ratione vrbs tota contumelia afficiatur ac deprimatur. *Plutarchus in præceptis Reipub. gerendæ.* Et laudatur Spartanoriũ mos ac conſuetudo, apud quos etiam reges Ephoris de via decedebant : & reliquorum vt quiſq; vocatus erat, nõ lento gradu, ſed curſim per forum ſeſe proripiens, obedictiam ſuam ciuibus oſtentabant, exultantes ob habitum magiſtratus honorem. *Idem ibid.* Sacræ vero literæ omnẽ animam ſublimioribus poteſtatibus ſubditam eſſe, neceſſitati parere

parêre iubent, non solum propter iram, sed etiam conscientiam. *Rom. cap. 13.* Et ijs, qui sunt sub iugo, mandant, dominos suos omni dignos honore iudicêt. *1. Timoth. cap. 6.* Etiam ob oculos Coræ, Dathani & Abironis exempla constituunt, qui Moysen & Aaronem, & Magistratum suum contemnentes, viui terræ absorpti hiatu fuerunt. *Num. 16. cap.*

Quin & quarto istud ad ciues pertinet: vt interdum conuicium & iram Magistratus ferant, atque istud cogitent, quod de Demosthene dictum fuit: non ipsum nunc Demosthenem solum, sed & legumlatorem & choragum esse, & coronam gestare. *Plutarchus in præceptis Reipub. gerendæ.*

Sed & quinto ciuis probi est, æquo ac pari cum ciuibus iure viuere, neq; submissum & abiectum esse, neq; etiam nimis sese efferre. *Cic. 1. Offic.*

Et sexto in Repub. ea velle, quæ & tranquilla, & honesta sunt. *Idem ibid.* Ideoq; intercludere omnes seditionum vias, munire Reipub. præsidia, summum in consulibus præsidium, summum in senatu consilium putare, laude & honore dignos eos iudicare, non pœna & supplicio, qui illa secuti sunt. *Idem in Orat. pro Caio Rabirio perduel. reô.*

Sed & illud septimo ciuis est, solutum esse à cupiditatibus, alienum à delictis, cautum in periculis, non timidum in contentionibus. *Idem 1. in Agraria.* Et Temperantiæ studere: quod nulla ciuitas legibus vllis pacate studebit, si ciues arbitrentur, in ea omnia superuacuos in vsus effundenda: alijs quoque rebus prætermissis, conuiuijs, comessationibus, alijs indulgendum esse. *Plato Epist. 7.*

Postremo etiam ciuis boni est, rem suam, & quidem vnicam agere; non pluribus rebus occupari. Ideoque bene constituta in Repub. agricola, agricola, coriarius, coriarius manebit; neq; rei alteri operam dabit. *Plato 3. de Repub.*

QVÆSTIO LXIII.

QVIBVS ÆSTIMANDVS VRBIS ac ciuitatis alicuius situs?

VTilis cũprimis ac necessaria hæc quæstio est: propterea quod, nisi bene recteq; illa sese habeat, reliqua cuncta inutilia esse videntur. Vsum quoque magnum habet in deliberationibus: cum consultatio instituitur de vrbibus ac ciuitatibus exstruendis, mutandis aut corrigendis ijs incommodis: quæ in his ipsis deprehẽduntur. Deinde Demonstratiuo genere, quando laudationes sunt instituẽdæ ciuitatum: vt teneatur, quid in his ipsis aut commendandum aut improbandum ac vituperandum sit. Tum etiam necessaria hæc esse videtur ad peregrinationes obeundas: in quibus Homerus duo requirit, cum Vlyssem suum celebrat: vt vrbes plurimæ cernantur: ac inhabitantium in his ingenia, mores, instituta cognoscantur. Primo vero situs alicuius vrbis diligenter obseruandus est: inq; hoc ipso spectanda aëris salubritas. Aër enim spiritus reddit viuaces, si purus ac subtilis extiterit: suffocat cõtra crassus. *Hippocr. de aëre, aqua & loco, & de Humana natura, Galenus lib. 1. de curanda valetudine, & Methodo medendi cap. 14. lib. 9.* Atque hinc vrbes illæ laudantur, quæ versus Orientem ac Septentrionem sunt constitutæ: minus commendantur, quæ Austrum & Solis occasum spectant. *Arist. Polit. lib. 7. cap. 11.* Ibi enim à Solis ortu spirantes venti vapores dissipant, temperant æstum, fouent vitales æstus præcordiorum. *Aristot. Polit. 7. cap. 11. & in hunc Casus.* Deinde commendatur illa vrbs seu ciuitas, quæ in locis sublimibus est exstructa: quia talis est munitior. *Plato 6. de Legibus.* Et locus excelsus non est nebulosus, neq; etiam pruinosus. *Vitruuius de Architect. lib. c. 4.* Ideoq; ad aëris salubritatem cumprimis confert: quia ventis patet, quibus aër purus & subtilis redditur. *Thomas lib. 2. cap. 2. Simanca lib. 1.*

lib.1.c.4. Tertio & illa laudatur vrbs, quæ stagnis & paludibus non est vicina: propter nebulas scilicet & spiritus venenatos bestiarum palustrium. *Vitruuius lib.1. c.4.* Vnde magistratus negligentia conspicitur cũ non datur opera, vt ciuitates sint mundæ: non oblitæ fimo aut putredine animalium vel olerum. *Oribasius lib.9. cap.1.* Quarto etiam signis & indicijs quibusdam iudicatur loci commoditas: si quæ ex terra nascuntur sint bene picta & probe colorata: & reposita diutius maneant. *Simanca lib.1 de Repub. c.4.* Si pueri ibi multi & viuaces, ac senes multi reperiuntur. *Thomas lib.7.c.2.* Vt contra signum malum est, vbi mali coloris homines, aut deformes, corpora debilia, pauci pueri, pauciores senes inueniuntur. *Idem ibidem.* Atq; hinc laudatur veterum consuetudo, qui oppida aut castra statiua cõstituturi, pecorum, quæ ibi pascebantur, inspiciebant iecinora: & si essent liuida aut vitiosa, alio migrabant: quod statuerent, idem in humanis quoq; corporibus metuendum esse. *Vitruuius lib.1. cap 5.* Quinto, laudantur ciuitates & vrbes, quæ fructibus abundant ad alendos homines: etiam commodæ ad ciuiles actiones instituendas sunt. Atque inde optimus vrbis situs habetur, qui non procul à mari abest, aut flumine nauigabili: propterea quod inde & euehi, quæ supersunt, & quæ desunt, aduehi possunt. *Plato de Repub. lib.5. Aristoteles Politicorum 7. cap.12. Thomas lib.1. cap.13. Patricius de Reipub. Institut. lib.7. tit.11.* Sexto & illæ Vrbes commendantur, quæ rei militari inseruiunt: sunt εὐέξοδοι, exitus habent faciles ad deducendum exercitum: sunt δυσπρόσοδοι καὶ δυσπερίοδοι, aduersarijs accessu difficiles, impeditam viam circumsedendi suppeditant. *Aristoteles Polit. 7. cap.11.* Postremo etiam aquarum opportunitas plurimum potest, maxime propria & natiua: aut, hæc si desit, aqua pluuia receptaculis certis asseruata. Est n. aqua maxime necessaria ad vitam cõseruandam, ad victum, ad belli pericula auer-

tenda, ad negotiationes & commercia: & possunt homines facilius cuiusque rei penuriam, quam aquæ ferre. Commendatur autem aqua illa, quæ motu est velocissima, aspectu limpidissima, pondere leuissima, concoctu facillima. *Aristot. Polit. lib.7. cap.11. & in hunc Casus. Patricius lib.7. tit.10.*

QVÆSTIO LXIV.

VTRVM PROSIT, MVLTA IN regione aliqua praclare munita loca esse?

Disputari non raro de propugnaculis & munitionibus solet. In negantem istæ afferri rationes possunt. Primum quod laudatur cum à Platone, tum alijs Poëticum illud, quo monemur, ænea & ferrea magis, quam terrea mœnia exstruere. *Plato 6. de Leg.* 2. Muros circumducere parū ciuium ad salubritatē prodest. *Plato ibidem.* 3. In animis ciuium mollis quidam & languidus animus ingeneratur: vt non de hoste propulsando, sed de suis propugnaculis ciues cogitent: salutem contineri suam arbitrentur in munitionibus & propugnaculis. *Plato ibidem. Bodinus de Republ. lib.5. cap.5.* Vnde Cleomenes oppidum munitissimum cum videret, exclamauit, ô muliebres latebras. *Bodinus ibidem.* 4. Spartanorum institutum laudatur, qui muros habere noluerunt: cuius hanc Lycurgus causam attulit, quod vrbs illa munitione non careat, quæ viris, nō lateribus cincta sit. *Plutarch. in vita Lycurgi.* 5. Etiam pugnare inter se videntur, vrbes valde munitas, & fortes ciues habere: cùm nec strenui videri possint, qui murorum præsidia quærunt; nec hostium impetū metuant; nec egeant disciplinis militaribus, qui oppidis munitissimis cinguntur. *Bodinus lib.5 Repub. c.5.* 6. Si vrbes bene muniantur, metuendum erit, ne hostes illas captas pertinaciter retineant, atque inde incolis

damnum

damnum inferant. *Machiauellus disput. Politic. libro 2. cap. 24.* 7. Etiam in principibus improbis metuenda tyrannis est. Vnde iuga subditorum & flagella principum munitæ arces appellantur. *Bodinus lib. 5. cap. 5.* Faciunt 8. loca munita, vt diffidentia oriatur inter principes & subditos, suspiciones perniciosæ, rumusculi parum commodi originem sumant. *Bodinus ibidem. Et Machiauellus in loco ante citato.* 9. Quin & experientia testatur, murorum substructionibus confidentes vrbes tandem expugnatas periisse funditus, cum alias conditionibus vsæ æquis fuissent. Testatur exemplum Sagunti, & vrbis Hierosolymitanæ. *Bodinus eodem in loco.* Postremo vix hodie vrbes adeo munitæ reperiuntur, quæ diuturnam obsidionem ferre queant: non vel fame vel ratione alia coactæ tandem se dedant, aut in hostium potestatem veniant: propter bellicarum machinarum quoque vsum, quarum impetum arces, aliaque loca munita sustinere diu non possunt. *Machiauellus lib. 2. cap. 24.*

Munitiones vtiles ac necessaria. Pro his contra faciunt, quæ sequuntur. Quod primum qui negant munitas ciuitates esse debere, nimis ἀρχαίως antique & simpliciter iudicant. *Aristot. Polit. 7. capite 11.* Deinde etiam Plato ante omnia sapientibus eam in curam incumbendum esse monet, vt aduersus hostium impetus munita sit regio, habeat propugnacula ad eorundem arcendam vim accommodata. *6. de Legibus.* Tum simile esse videtur statuere vrbes ac ciuitates muniendas non esse, ac si quis regionem quærat hostium incursionibus expositam. *Aristoteles Polit. 7. cap. 11.* Præterea ad ornamentum & magnificentiam vrbis munitiones faciunt. *Aristot. ibidem.* Huc accedit, quod antiquissimæ quæque vrbes cinctæ muris fuerunt. Et arte & natura, Hierosolymam Iudæorũ extitisse metropolim Iosephus *lib. 6. cap. 6.* testatur. Veios vrbem Hetruscorum munitissimam decimo demũ oppugnationis anno, & quidem nõ aperta vi, sed in arcem

actis cuniculis Camillus expugnauit. *Plutarch. in Camillo.* Babylon muri amb tum 385. stadiorum habuit: viam quoque super mœnibus tam latam, vt quadrigæ occurrentes facile pertransire possent. *Cælius lib. 3. cap. 12. antiquarum lect.* Nec domus vlla reperitur, quæ non parietibus, ianuis & similibus munita sit. Etiam bestiæ sua lustra & loca tutiora habent. Et aues in aptis ac securioribus locis nidos construunt. *Gregorius Tolosanus lib. 2. de Repub. cap. 1.* Præterea naturam videmus quasdam ciuitates paludibus, montibus, fluminibus munire. *Vegetius de re militari lib. 4. cap. 1.* Et si clypeo & armis corpora nostra tegimus: quidni vrbes aduersus hostium impetus muniremus? *Bodinus de Repub. lib. 5. cap. 5.* Oppida quoque dicta quidam esse volunt à murorum oppositione: atque ita à pagis seiungunt, qui munitione nulla cinguntur. *Isidorus.* Ac proinde muri ciuitatum sunt sancti habiti: lex punire capite iubet eum, qui muros violauerit: & Romuli lex duodecima neminem, nisi per portas vrbis, ingredi, aut egredi iubet: Sacrosancta habet mœnia, vtpote in quibus viri boni fortiter pugnare & mortem oppetere non dubitent. *Plutarchus in vita Romuli & in problematibus.* Prouinciarum etiam Rectores in Iure literis mouentur: vt sciant incolas vrbium singularum muros vel nouos debere facere, vel veteres firmius renouare. *lib. 8 Codicis tit. 11.* Nec etiam argumentis hîc multis opus esse videtur: cum constet, vrbes ac ciuitates propterea primum extructas, post firmatas muris fuisse: vt contra hostium incursiones tutæ essent fortunæ, salua bona, libera ac soluta à periculis reliqua. *Plato in Protagora. Vitruuius de Architectura. lib. 2. cap. 1. Bodinus lib. 5. cap. 5.*

QVÆ-

QVÆSTIO LXV.

AN BENE CONSTITVTA IN CIuitate Asyla constituenda ac permittenda?

IN vtramq; quæstio hæc tractari partem solet; siquidem Augustus Cæsar Asyla à veteribus constituta abrogauit, ne proposita immunitatis spes causam facinoribus daret. *Alexander ab Alexand. lib.3. cap.20. ex Suetonio & Dione.* Et Tiberius, cum templa Græcorum pessimis seruitiorum complerentur, eodem subsidio obærati aduersum creditores, suspectique capitalium criminum receptarentur: neque vllum satis validum imperium esset coërcendis seditionibus populi, flagitia hominum, vt cæremonias Deûm, protegentis: Asyla Græcorum lustrauit & repurgauit. *Corn. Tacitus lib.3. Annal.* Et Impp. Arcadius ac Honorius legem sanxerunt: vt Iudæi, qui reatu aliquo vel debitis fatigati simulant se velle Christianæ religioni coniungi, arceantur: nec ante suscipiantur, quam debita vniuersa reddiderint, vel fuerint innocentiâ demonstratâ purgati. *lib.1. Cod. tit. de his, qui ad Ecclesias confugerunt.* Quin & ipse DEVS ab altari suo auellere eum iubet, qui datâ operâ & ex insidijs proximum suum occideret. *Exod 21.* Nec Asyla conceduntur latronibus, homicidis, virginum raptoribus, sacrilegis, reis diuinæ & humanæ Maiestatis. *Iustin. in Nouella 17. cap.7. & Nouella 117.* Quandoquidem legis indigni auxilio iudicandi, in legem qui peccant. *Contra Asyla.*

Vt vero de abusu Asylorum recte ista afferuntur: ita verum eorundem vsum minime tollunt. Et fuerunt hæc concessa priuilegia ob religionem, veterum statuta, merita & virtutes præclaras maiorum. Vt Græcarum ciuitatum *apud Tacitum lib.3. Annal.* Et fuit Romæ Asylum constitutum. *Dionys. Halicarn. lib.2.* Et Athenis ara misericordiæ, βωμὸς ἐλέου. *Plut. in Thesei vita.* *Pro Asylis.*

Etiam Dominus Moysi præcipit, vt loquatur ad filios Israël : vt, vbi Iordanem transierint, ac terram Chanaam intrauerint, ordinent sibi ciuitates, quæ sint ciuitates REFVGII : vt illuc scilicet fugiat omnis homicida, qui percusserit animam per ignorantiam & errorem, donec steterit ante Synagogam in iudicio. *Num. 35. & Deuteronomij c.19.* Moyses, cum, inquit, eradicauerit tibi Dominus Deus tuus: successerisq; in hæreditatem illarum, & habitaueris in ciuitatibus earum, atque in domibus earum; separabis tibi tres ciuitates in medio terræ tuæ, quam Dominus DEVS tibi possidendam dat : vt scilicet illuc confugere possit omnis homicida. Hac vero de causa illuc confugere debet omnis homicida : vt viuat, qui percusserit proximum suum NON SCIENS : nec ODIVM habuit contra eum ab heri & nudiustertius. Et repetitur illud *Iosua 20. cap.* vbi itidem DEVS illi mandat, vt filios Israël iubeat dare ciuitates REFVGII : vt illuc scilicet confugiat homicida, qui percusserit animam IGNORANTER & ABSQVE SCIENTIA. Sed & ciuili in iure Impp. Honorius & Theodosius fideli deuotaque perceptione sanciunt, nemini licere ad Sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere, sub hac videlicet definitione: vt, si quisquam contra hanc legem venire tentauerit, sciat se Maiestatis crimine tenendum esse. *lib. 1. Cod. tit. 12. de his qui ad Ecclesiam confugiunt.* Et *ibidem* Imper. Leo; Præsenti lege, inquit, decernimus, per omnia loca valitura, nullos penitus, cuiuscunque conditionis sint, de Sacrosanctis Ecclesijs orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, aut protrahi confugas: hi, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda saltem cogitatione atque tractatu ausi fuerint tentare, capitali & vltimi supplicij animaduersione plectendi.

QVÆSTIO LXVI.

IN PRIVATIS ÆDIFICIIS quænam ſpectanda?

NOn negligenda, quę ad priuata ædificia pertinent: in quibus hæc ſunt obſeruanda: vt primum ſeruetur *συμμετρία*, videatur quid deceat: vbi opus eſt ingenio, vt quis *συμμετρίαν* inueniat; vſu, vt cognoſcat; iudicio, vt ſeligat; conſilio, vt componat: arte, vt perficiat. *Vitruuius lib.6.cap.2.* de ædiũ proportionibus ac menſuris. Alterum; vt ſic ab initio priuatæ domus condantur, vt tota vrbs de qualitate vnus ſit murus ac ſimilitudine: & ita ad omnes vias ex illis firmus aditus pateat. Hæc diſpoſitio ſpectantibus iucunda, ad cuſtodiæ facilitatem opportuna eſt: nec etiam vias publicas impedit. *Plato 6. de Legibus. Patricius libro 8. de Repub. titul. 11.* Tertium vt regionis illius ratio habeatur, in qua priuata ædificia conſtituuntur. Sub Septentrione teſtudinata & maxime cõcluſa non patentia conſtituantur: ſimul etiam conuerſa ad calidas partes. Contra ſub impetu Solis Meridianis in regionibus, quia premuntur à calore, patentiora ad Septentrionem atq; Aquilonem conuerſa. Hoc modo, quod vltro natura tegit, arte emendatur. *Vitruuius libro 6. cap. 1.* Quartum eſt materiæ, quæ talis eligenda, vt facile incendium concipere non poſſit. Ideoque Auguſtus Cæſar gloriatus eſt, ſe vrbem Romam inueniſſe lateritiam, relinquere marmoream. *Suetonius in Auguſto.* Quintum eſt, vt in ædificijs priuatis duo ſpectentur, ſplendor & robur: vt ſint ad amœnitatẽ hæc accõmodata, in ijſdem deprehendantur viæ hoſti inexplicabiles, non ſuppeditent facilem exitum, non occultent & tegant inſidias. *Ariſt. Polit. 11.* Sextum eſt, vt in ipſo ſplendore & magnificentia modus teneatur, vitetur luxus. De Megarenſibus dictum fuit, eos ædificare, quaſi ſemper victuri: comedere, quaſi altero die morituri: *Plutar. de di-*

uitiarum cupiditate. Ad paupertatem quoque ædificando perueniunt multi, cum illustrium magnificentiã æmulantur. Vnde illud in Nerone est scriptum : Roma domus fuit, Veios migrate Quirites : Si non & Veios continet ista domus : *Patricius libro 8. tit. 11.* Septimum est, vt in altitudine non peccetur. Vnde Imperator Traianus legem ædificatoriam tulit: ne ædificiorum priuatorum altitudo 60. pedes superaret: idque propter ruinas faciles, incendia damnosa, exitiosos sumptus. *Aurelius Victor in Cæsarum Epitome.* Octauũ est, vt habeatur ratio vrbis. Neque enim domus transferenda aut conformanda, vt publicus aspectus deformetur. *lib. 8. Codicis, tit. 10.* de priuatis ædificijs. Nonum, etiam sanitatis vt geratur cura, necesse est: ideoque requiritur, vt quod inchoatur ædificium, sit in loco non morbis obnoxio: constituatur in regionis aut vrbis parte saluberrima. *Columella lib. 12.* Decimum est, vt commoditas spectetur: detur opera, vt quod in villa reperitur, etiam in domo reperiatur. In villa autem requiritur, vt neque maior neque minor agro sit: quia vtrumque contra rem familiarem : & maiora tecta pluribus ædificamus, & tuemur maioribus sumptibus: minora fructus perdunt. *Varro lib. 1. cap. 11.* Ita priuata domus esse descripta debet ad familiæ vsum & commoditatem: vt in ea nulla sit pars vna & inutilis: aspectus eius ad decorum accedat. *Patricius lib. 8. de Repub. tit. 11. de priuatis ædibus.* Vndecimum est, vt fenestræ & portæ ædium sint ita exstructæ, vt venti Orientales structuras illas ingredi valeant: & vt Sol vnumquemq; locum intrare queat. Ratio est: quoniam Sol est, qui aërem rectificat. *Auicenna lib. 1.* Verum non parum & illud instituto inseruit duodecimum : vt loca sic exstruantur, & distinguantur, vt rebus ipsis asseruandis acõmodata sint: thalam⁹ in munitiore dom⁹ parte stragula & vasa charissima habeat: sicca tecta frumentum: frigida vinũ: illustrata, quicquid operis & supellectilis lucẽ petit: cœnacula

nacula reficiendis hominibus ita exstruantur, vt æstate frigida, hybernis calida: vniuersa domus meridianæ plagæ & australibus ventis sit aperta: hyeme locus apricus, vmbrosus æstate. *Xenophon in Oeconomico* Decimum tertium, vt personarum qualitatis ratio habeatur: & sic domus vel exstruantur, vel conducantur. Qui enim rusticis fructibus seruiunt homines in eorum vestibulis stabula, tabernæ: in ædibus cryptæ, id est, fossæ ad triticum reseruandum factæ, horrea, apothecæ, & cætera: quæ ad fructus seruandos magis, quam ad elegantiæ rationem facienda. Fœneratoribus & publicanis commodiora & speciosiora erunt ædificia. Forensibus & disertis elegantiora & speciosiora ad conuentus excipiendos. Nobilius, qui honores & magistratus gerũt, præstãt officia ciuib. faciẽda vestibula regalia, alta, ampla, ambulationes laxiores: vt perfectæ maiestatis splendor seruetur. Præterea etiã Bibliothecas, basilicas, pinnapothecas eodem modo magnificentiæ oportet esse comparatas: quod in eorũ domibus sæpius & publica consilia & priuata iudicia atque arbitria conficiuntur. *Vitruuius libro 6. cap. 8.* Quod si vero quædam sint vitiosa: quemadmodum pessima domus censetur, quæ non perflatur, aut tenebricosa, aut hyemi ac tempestatibus obnoxia. Decimumquartum; adhiberi potest quasi medicinæ loco: vt vel deseratur talis domus: vel si propter consuetudinem placeat, fenestris transpositis, mutatis scalis, ianuis nonnullis apertis, alijs clausis, splendidior, perspicabilior, salubrior domus fiat. *Plutarchus de curiositate.* Et vt hæc omnia recte constituantur: postremo illud obseruandum, vt qui exstruit domum, & à fabris, & ab idiotis consilia accipere non erubescat. Namque omnes homines (non solum architecti) quod est bonum possunt probare. Inter idiotas & architectos hoc tantum discriminis est, quod idiota, nisi factum viderit, scire non protest, quid futurum sit: architectus vero simul animo constituerit,

ante

antequam inceperit, venuſtate & vſu quale ſit futurum, definitum habet. *Vitruuius lib.6.cap.11.*

QVÆSTIO LXVII.

AN BELLVM GERENDVM?

INter ea de quibus conſilia tractari ſolent, *Ariſt. in libris Rhetoricis* etiam bellum recenſet Et eſt vtique deliberatio illa longe grauiſſima magnæque indigens ſapientiæ. Hodie vero cumprimis & vtilis & neceſſaria, vbi ſæuus Mars vbiq; dominatur, gaudens Bellona cruentis colitur. Vt feræ in ſyluis, in fluminibus piſces, in aëre volucres à robuſtiorib. deuorantur: ita potentũ iniurijs inferiores ſunt expoſiti: ideoq; requiritur, vt, q́ in Cretenſium Repub. Plato cõmendat, de bello ſemper ſint homines ſoliciti, obſeruent, quod ſapientes flagitant, vt in bello de pace, in pace de bello cogitent: ſimul etiam illud conſiderent, eo maiorem ſolicitudinem poſtulari, quod, *vt Vegetius ſcribit*, prœliorum delicta emendationem non admittunt, nec in bello bis peccare licet. Et vero, hoc nomine de bello vt agatur, neceſſe eſt, quod ſunt, qui vel imperitia quadam, vel ambitione ſtulta bella ex bellis ſerunt: caneque (quod aiunt) angueque peius oderunt pacem: comprimendi vero ſunt, vt diſcant intelligere quod ſit & bellum, & quot ac quantis cum periculis coniunctum.

Argumenta contra bellum. Et quidem, quod non gerendum bellum, probare illa argumenta videntur: quod quærere Sacris in Literis iubemur pacem, & pro ea ad Dominum orare. *Ierem.20.* ſapientes monent à bello abſtinendum eſſe, etiamſi graues cauſæ ſe offerant belli gerendi. *Xenophon libro 6. de reb. geſtis Græcorũ.* Beatiſſimæ iudicantur Reſpub. quæ plurimo tempore in pace fuerunt. *Idem de vectigalibus.* Eſt dulce nomen pacis: res vero ipſa cum iucunda tum ſalutaris. *Cic. Phil.13.* bellum à beluis dictum. *Feſtus Grammaticus.* Imo bella etiam ſuo genere beſtiæ non gerunt. *Auguſt. lib.22. de ciuitate*

Dei

Dei. Repugnat humanæ naturæ arma tractare, vt quæ est mitis & placida, à DEO creata, diuinæ naturæ proxima: non munita cornibus, vt tauri: non instructa dentibus, vt apri: non ab vnguibus parata, vt leones. *Seneca lib. 1. controuersiarum, cent. 1. Erasmus in adagiis Chiliad. 4. cent. 1. Prouerb. 1. Dulce bellum inexpertis.* Et vt pacis commoda multa: ita incommoda plurima ex bello oriuntur. In pace enim causæ & merita spectantur: vbi bellum ingruit, innocentes ac noxij iuxta cadunt. *Cornel. Tacit. 1. Annalium.* In pace filij parentes suos, in bello contra patres filios suos sepeliunt. *Herodot. lib. 1.* Ac vt dracones exugentes sanguinem Elephantorum perdunt Elephantos, sed & ipsi pereunt: ita in bello vtraq; pars damno afficitur; perimit & perit. *Plin. lib. 8. cap. 12.* Et qui victorias petunt armis, aut his cupiunt ditescere: similes sunt ijs, qui hamo aureo piscantur, cuius abrupti & amissi detrimentum nullo capturæ lucro pensari potest. *Aurelianus Victor in Augusto.* Sumptus enim hic ingentes requiruntur, & definita bellum non quærit. *Plut. in Laconicis Apophthegmatibus.* Nec etiam diuturna possessio est, in quā gladio inducimur. *Curtius lib. 8.* Accedit huc, quod bellum facile suscipitur, at non ita deponitur: non in eiusdem est potestate initium & finis: incipere cuiuis etiam ignauo licet; deponere, cum victores volunt. *Salustius in bello Iugurthino.* Et vt, syluam si quis accenderit, non amplius ad ipsius arbitrium incendium fertur, sed ventis regitur, obuia quæque perdit & consumit: ita bellum, quod ventis accersunt, excitatum audacia vel ignorantia non amplius in autorum est manu, sed à fortuna regitur. *Polybius lib. 11.* Et hæc ipsa fortuna admodum est anceps & lubrica *Thucyd. lib. 2.* Leuissimus sæpe casus ex victo victorem, ex victore victum exercitum reddit: *Iouianus lib. de bello Neapolitano:* & nunquam minus, quam in hoc euentus respondet. *Liuius Decad. 3. lib. 10. Herodianus in Maximino. Polybius libro 11. Ca-*

11. *Cæsar lib. 7. de bello Gallico. Procopius. lib. 2. de bello Gallico.* Priuatim quoque multis bellum nocet 3. quia iudicia hic libera & parum commoda plerunq; oriuntur: cuiusuis est verbis bella administrare. *Dionysi⁹ Halicarnass. lib. 9.* Quæ sunt feliciter gesta, omnes sibi vindicant; aduersa vni imperatori imputantur. *Corn. Tacit. in vita Agricolæ.* Et deniq; magna facinora magnis periculis emuntur. *Dionys. Halicarnass. lib. 9.* Mors optimum quemque ex acie pignerari solet. *Cic. 14. Philippica.* Sunt hæ rationes contra bellum.

Pro bello rationes. Contra, bellum esse gerendum euincunt, quæ sequuntur, rationes. 1. Plena iustitia est fortitudo, quæ patriam, socios, congressus alios tuetur ac defendit. *lib. 10. Cod. tit. 19.* 2. Pax non, nisi bello, paratur. Et qui hac vti diuturna nolunt, in bello exercitari coguntur. *Æmylius Probus in Epaminonda. Aristot. Pol. 8. cap. 7. Cic. 1. Off.* Neque 3. verbis sed armis hostes vincuntur: neque sine viribus tuta sapientia est. *Plat. epist. 2.* 4. Et fortunæ nullibi melius quam in bello parantur: siquidem quæ bello capta, iure nostra fiunt. *lib. 2. Institut. tit. 1. Thucyd. lib. 5. Xenophon lib. 3. de rebus gestis Græcorum, Cæsar lib. 1. de bello Gallico. Plutarch. in Alexandro Magno, Salustius in Iugurth.* Ad depellendas 5. iniurias necessario arma sumuntur: & quemadmodum est modestiæ conquiescere, nisi iniuria affectus fueris: ita stultitia est & improbitas, illatas iniurias non vlcisci. *Plato 5. de Repub. Aristot. Polit. 7. cap. 8. & in Rhetoricis ad Alexandrum. Thucyd. lib. 1. Liuius lib. 2. Decad. 3.* 6. Laus hinc & gloria magna paratur: quicquid enim in pugna patiuntur homines, illud omne virorum est. *Quintil. declamatione 3.* Inter officia omnia maximum & splendidissimum est illud, quod magno animo & elato fit. *Cic. 1. Offic.* Et sunt duæ artes, quæ possunt locare homines in amplissimo dignitatis gradu; vna Imperatoris; altera Oratoris: quod ab hoc pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur.

luntur. *Cic. pro Mur. Plutarch. in libello, Bello ne an pace clariores Athenienses fuerint?* Neq; vlla re alia 7. Populus Romanus orbem subegisse terrarum videtur, nisi armorum exercitio, disciplina castrorum, vsu militiæ. *Veget. libro 1. de re militari, cap. 1.* Et sunt præterea alia commoda bellorum. Cogunt enim homines esse iustos ac temperantes. *Aristot. Polit. 7. cap. 9.* Continent alios in officio, quia nemo audet prouocare eũ, aut iniuria afficere, quem intelligit promptum & expeditum esse ad defendendum. *Liuius Decad. 3. lib. 5.* Auocant Vasallos à vitijs, rusticorum insolentiam corrigunt, mercatorum constringunt arrogantiam, inutili turba & ignaua liberant Respub. quæ non secus, atque vitiosi humores in corporibus, dat damna *Bodin. de Repub. lib. 5. cap. 6.* Prohibent seditiones, excitant ad officium: ideoq; Scipio, cum in Senatu Romano deliberaretur, an Carthago esset delenda? hoc dissuasit illo argumento, quod vtile esset relinqui hostes quosdam, quibuscum de virtute ciues certarent; *Polybius lib. 6.* Et DEVS quibusq; populis & nationibus aduersarios suos dedit, vt periculorum metu in officio continerentur: quemadmodum Israëlitici populi exempla hoc abunde testantur. *Bodin. de Repub. lib. 7. cap. 5.* Quamobrem Sapientes adolescentes & liberos suos voluerũt etiam armorum tractandorum rationem discere. *Plato in Lachete, & 5. de Repub.* Fuerunt hac in re diligentes Spartani. *Plutarch. in Lycurgo,* & Persæ: *Herod. lib. 1. & Strabo lib. 5.* Etiã Germanis nostris laus hæc tribuitur: quod molestum illis fuerit, quiescere domi, non arma capessere. *Cornel. Tacit. de moribus Germanorum. Cæsar lib. 4. de bello Gallico. Æmylius in vita Caroli Magni.* Neq; postremo negligendum illud est, quod Sacris in literis DEVS minatur se ablaturum hominem bellatorem. *Esa. 3.* ac de Cyro affirmat: Apprehendi dexteram eius, vt subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam. *Esaia 45.*

QVÆ-

tenda, ad negotiationes & commercia: & possunt homines facilius cuiusque rei penuriam, quam aquæ ferre. Commendatur autem aqua illa, quæ motu est velocissima, aspectu limpidissima, pondere leuissima, concoctu facillima. *Aristot. Polit. lib. 7. cap. 11. & in hunc Casus. Patricius lib. 7. tit. 10.*

QVÆSTIO LXIV.

VTRVM PROSIT, MVLTA IN regione aliqua præclare munita loca esse?

DIsputari non raro de propugnaculis & munitionibus solet. In negantem istæ afferri rationes possunt. Primum quod laudatur cum à Platone, tum alijs Poëticum illud, quo monemur, ænea & ferrea magis, quam terrea mœnia exstruere. *Plato 6. de Leg.* 2. Muros circumducere parũ ciuium ad salubritatẽ prodest. *Plato ibidem.* 3. In animis ciuium mollis quidam & languidus animus ingeneratur: vt non de hoste propulsando, sed de suis propugnaculis ciues cogitent: salutem contineri suam arbitrentur in munitionibus & propugnaculis. *Plato ibidem. Bodinus de Republ. lib. 5. cap. 5.* Vnde Cleomenes oppidum munitissimum cum videret, exclamauit, ô muliebres latebras. *Bodinus ibidem.* 4. Spartanorum institutum laudatur, qui muros habere noluerunt: cuius hanc Lycurgus causam attulit, quod vrbs illa munitione non careat, quæ viris, nõ lateribus cincta sit. *Plutarch. in vita Lycurgi.* 5. Etiam pugnare inter se videntur, vrbes valde munitas, & fortes ciues habere: cum nec strenui videri possint, qui murorum præsidia quærunt: nec hostium impetũ metuant; nec egeant disciplinis militaribus, qui oppidis munitissimis cinguntur. *Bodinus lib. 5 Repub. c. 5.* 6. Si vrbes bene muniantur, metuendum erit, ne hostes illas captas pertinaciter retineant, atque inde incolis

damnum

damnum inferant. *Machiauellus disput. Politic. libro 2. cap. 24.* 7. Etiam in principibus improbis metuenda tyrannis est. Vnde iuga sul ditorum & flagella principum munitæ arces appellantur. *Bodinus lib. 5. cap. 5.* Faciunt 8. loca munita, vt diffidentia oriatur inter principes & subditos, suspiciones perniciosæ, rumusculi parum commodi originem sumant. *Bodinus ibidem. Et Machiauellus in loco ante citato.* 9. Quin & experientia testatur, murorum substructionibus confidentes vrbes tandem expugnatas perijsse funditus, cum alias conditionibus vsæ æquis fuissent. Testatur exemplum Sagunti, & vrbis Hierosolymitanæ. *Bodinus eodem in loco.* Postremo vix hodie vrbes adeo munitæ reperiuntur, quæ diuturnam obsidionem ferre queant: non vel fame vel ratione alia coactæ tandem se dedant, aut in hostium potestatem veniant: propter bellicarum machinarum quoque vsum, quarum impetum arces, aliaque loca munita sustinere diu non possunt. *Machiauellus lib. 2. cap. 24.*

Munitiones vtiles ac necessaria.

Pro his contra faciunt, quæ sequuntur. Quod primum qui negant munitas ciuitates esse debere, nimis ἀρχαίως antique & simpliciter iudicant. *Aristot. Polit. 7. capite 11.* Deinde etiam Plato ante omnia sapientibus eam in curam incumbendum esse monet, vt aduersus hostium impetus munita sit regio, habeat propugnacula ad eorundem arcendam vim accommodata. *6. de Legibus.* Tum simile esse videtur statuere vrbes ac ciuitates muniendas non esse, ac si quis regionem quærat hostium incursionibus expositam. *Aristoteles Polit. 7. cap. 11.* Præterea ad ornamentum & magnificentiam vrbis munitiones faciunt. *Aristot. ibidem.* Huc accedit, quod antiquissimæ quæque vrbes cinctæ muris fuerunt. Et arte & natura, Hierosolymam Iudæorũ extitisse metropolim Iosephus *lib. 6. cap. 6.* testatur. Veios vrbem Hetruscorum munitissimam decimo demũ oppugnationis anno, & quidem nõ aperta vi, sed in arcem

actis cuniculis Camillus expugnauit. *Plutarch. in Camillo.* Babylon muri ambitum 385. stadiorum habuit: viam quoque super mœnibus tam latam, vt quadrigæ occurrentes facile pertransire possent. *Cælius lib. 3. cap. 12. antiquarum lect.* Nec domus vlla reperitur, quæ non parietibus, ianuis & similibus munita sit. Etiam bestiæ sua lustra & loca tutiora habent. Et aues in aptis ac securioribus locis nidos construunt. *Gregorius Tolosanus lib. 2. de Repub. cap. 1.* Præterea naturam videmus quasdam ciuitates paludibus, montibus, fluminibus munire. *Vegetius de re militari lib. 4. cap. 1.* Et si clypeo & armis corpora nostra tegimus: quidni vrbes aduersus hostium impetus muniremus? *Bodinus de Repub. lib. 5. cap. 5.* Oppida quoque dicta quidam esse volunt à murorum oppositione: atque ita à pagis seiungunt, qui munitione nulla cinguntur. *Isidorus.* Ac proinde muri ciuitatum sunt sancti habiti: lex punire capite iubet eum, qui muros violauerit: & Romuli lex duodecima neminem, nisi per portas vrbis, ingredi, aut egredi iubet: Sacrosancta habet mœnia, vtpote in quibus viri boni fortiter pugnare & mortem oppetere non dubitent. *Plutarchus in vita Romuli & in problematibus.* Prouinciarum etiam Rectores in Iure literis monentur: vt sciant incolas vrbium singularum muros vel nouos debere facere, vel veteres firmius renouare. *lib. 8 Codicis tit. 11.* Nec etiam argumentis hic multis opus esse videtur: cum constet, vrbes ac ciuitates propterea primum extructas, post firmatas muris fuisse: vt contra hostium incursiones tutæ essent fortunæ, salua bona, libera ac soluta à periculis reliqua. *Plato in Protagora. Vitruuius de Architectura. lib. 2. cap. 1. Bodinus lib. 5. cap. 5.*

QVÆSTIO LXV.

AN BENE CONSTITVTA IN CIuitate Asyla constituenda ac permittenda?

IN vtramq; quæstio hæc tractari partem solet; siquidem Augustus Cæsar Asyla à veteribus constituta abrogauit, ne proposita immunitatis spes causam facinoribus daret. *Alexander ab Alexand. lib.3. cap.20. ex Suetonio & Dione.* Et Tiberius, cum templa Græcorum pessimis seruitiorum complerentur, eodem subsidio obærati aduersum creditores, suspectique capitalium criminum receptarentur: neque vllum satis validum imperium esset coërcendis seditionibus populi, flagitia hominum, vt cæremonias Deûm, protegentis: Asyla Græcorum lustrauit & repurgauit. *Corn.Tacitus lib.3. Annal.* Et Impp. Arcadius ac Honorius legem sanxerunt: vt Iudæi, qui reatu aliquo vel debitis fatigati simulant se velle Christianæ religioni coniungi, arceantur: nec ante suscipiantur, quam debita vniuersa reddiderint, vel fuerint innocentiâ demonstratâ purgati. *lib.1. Cod. tit. de his, qui ad Ecclesias confugerunt.* Quin & ipse DEVS ab altari suo auellere eum iubet, qui datâ operâ & ex insidijs proximum suum occideret. *Exod.21.* Nec Asyla conceduntur latronibus, homicidis, virginum raptoribus, sacrilegis, reis diuinæ & humanæ Maiestatis. *Iustin.in Nouella 17.cap.7. & Nouella 117.* Quandoquidem legis indigni auxilio iudicandi, in legem qui peccant. *Contra Asyla.*

Vt vero de abusu Asylorum recte ista afferuntur: ita verum eorundem vsum minime tollunt. Et fuerunt hæc concessa priuilegia ob religionem, veterum statuta, merita & virtutes præclaras maiorum. Vt Græcarum ciuitatum *apud Tacitum lib.3. Annal.* Et fuit Romæ Asylum constitutum. *Dionys. Halicarn. lib.2.* Et Athenis ara misericordię, βωμὸς ἐλέυ. *Plut. in Thesei vita.* *Pro Asylis.*

Etiam Dominus Moysi præcipit, vt loquatur ad filios Israël : vt, vbi Iordanem transierint, ac terram Chanaam intrauerint, ordinent sibi ciuitates, quæ sint ciuitates REFVGII : vt illuc scilicet fugiat omnis homicida, qui percusserit animam per ignorantiam & errorem, donec steterit ante Synagogam in iudicio. *Num. 35. & Deuteronomij c.19.* Moyses, cum, inquit, eradicauerit tibi Dominus Deus tuus: successerisq; in hæreditatem illarum, & habitaueris in ciuitatibus earum, atque in domibus earum; separabis tibi tres ciuitates in medio terræ tuæ, quam Dominus DEVS tibi possidendam dat : vt scilicet illuc confugere possit omnis homicida. Hac vero de causa illuc confugere debet omnis homicida : vt viuat, qui percusserit proximum suum NON SCIENS : nec ODIVM habuit contra eum ab heri & nudiustertius. Et repetitur illud *Iosuæ 20. cap.* vbi itidem DEVS illi mandat, vt filios Israël iubeat dare ciuitates REFVGII : vt illuc scilicet confugiat homicida, qui percusserit animam IGNORANTER & ABSQVE SCIENTIA. Sed & ciuili in iure Impp. Honorius & Theodosius fideli deuotaque perceptione sanciunt, nemini licere ad Sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere, sub hac videlicet definitione: vt, si quisquam contra hanc legem venire tentauerit, sciat se Maiestatis crimine tenendum esse. *lib. 1. Cod. tit. 12. de his qui ad Ecclesiam confugiunt.* Et *ibidem* Imper. Leo; Præsenti lege, inquit, decernimus, per omnia loca valitura, nullos penitus, cuiuscunque conditionis sint, de Sacrosanctis Ecclesijs orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, aut protrahi confugas: hi, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda saltem cogitatione atque tractatu ausi fuerint tentare, capitali & vltimi supplicij animaduersione plectendi.

QVÆSTIO LXVI.

IN PRIVATIS ÆDIFICIIS quænam ſpectanda?

NOn negligenda, quę ad priuata ædificia pertinent: in quibus hæc ſunt obſeruanda: vt primum ſeruetur συμμετρία, videatur quid deceat: vbi opus eſt ingenio, vt quis συμμετρίαν inueniat; vſu, vt cognoſcat; iudicio, vt ſeligat; conſilio, vt componat: arte, vt perficiat. *Vitruuius lib.6.cap.2.* de ædiũ proportionibus ac menſuris. Alterum; vt ſic ab initio priuatæ domus condantur, vt tota vrbs de qualitate vnus ſit murus ac ſimilitudine: & ita ad omnes vias ex illis firmus aditus pateat. Hæc diſpoſitio ſpectantibus iucunda, ad cuſtodiæ facilitatem opportuna eſt: nec etiam vias publicas impedit. *Plato 6. de Legibus. Patricius libro 8. de Repub. titul. 11.* Tertium vt regionis illius ratio habeatur, in qua priuata ædificia conſtituuntur. Sub Septentrione teſtudinata & maxime cõcluſa non patentia conſtituantur: ſimul etiam conuerſa ad calidas partes. Contra ſub impetu Solis Meridianis in regionibus, quia premuntur à calore; patentiora ad Septentrionem atq; Aquilonem conuerſa. Hoc modo, quod vltro natura tegit, arte emendatur. *Vitruuius libro 6. cap. 1.* Quartum eſt materiæ, quæ talis eligenda, vt facile incendium concipere non poſſit. Ideoque Auguſtus Cæſar gloriatus eſt, ſe vrbem Romam inueniſſe lateritiam, relinquere marmoream. *Suetonius in Auguſto.* Quintum eſt, vt in ædificijs priuatis duo ſpectentur, ſplendor & robur: vt ſint ad amœnitatẽ hæc accõmodata, in ijſdem deprehendantur viæ hoſti inexplicabiles, non ſuppeditent facilem exitum, non occultent & tegant inſidias. *Ariſt. Polit. 11.* Sextum eſt, vt in ipſo ſplendore & magnificentia modus teneatur, vitetur luxus. De Megarenſibus dictum fuit, eos ædificare, quaſi ſemper victuri: comedere, quaſi altero die morituri: *Plutar. de di-*

uitiarum cupiditate. Ad paupertatem quoque ædificando perueniunt multi, cum illustrium magnificentiã æmulantur. Vnde illud in Nerone est scriptum: Roma domus fuit, Veios migrate Quirites: Si non & Veios continet ista domus: *Patricius libro 8. tit. 11.* Septimum est, vt in altitudine non peccetur. Vnde Imperator Traianus legem ædificatoriam tulit: ne ædificiorum priuatorum altitudo 60. pedes superaret: idque propter ruinas faciles, incendia damnosa, exitiosos sumptus. *Aurelius Victor in Cæsarum Epitome.* Octauũ est, vt habeatur ratio vrbis. Neque enim domus transferenda aut conformanda, vt publicus aspectus deformetur. *lib. 8. Codicis, tit. 10.* de priuatis ædificijs. Nonum, etiam sanitatis vt geratur cura, necesse est: ideoque requiritur, vt quod inchoatur ædificium, sit in loco non morbis obnoxio: constituatur in regionis aut vrbis parte saluberrima. *Columella lib. 12.* Decimum est, vt commoditas spectetur: detur opera, vt quod in villa reperitur, etiam in domo reperiatur. In villa autem requiritur, vt neque maior neque minor agro sit: quia vtrumque contra rem familiarem: & maiora tecta pluribus ædificamus, & tuemur maioribus sumptibus: minora fructus perdunt. *Varro lib. 1. cap. 11.* Ita priuata domus esse descripta debet ad familiæ vsum & commoditatem: vt in ea nulla sit pars vna & inutilis: aspectus eius ad decorum accedat. *Patricius lib. 8. de Repub. tit. 11. de priuatis ædibus.* Vndecimum est, vt fenestræ & portæ ædium sint ita exstructæ, vt venti Orientales structuras illas ingredi valeant: & vt Sol vnumquemq; locum intrare queat. Ratio est: quoniam Sol est, qui aërem rectificat. *Auicenna lib. 1.* Verum non parum & illud instituto inseruit duodecimum: vt loca sic exstruantur, & distinguantur, vt rebus ipsis asseruandis acõmodata sint: thalam⁹ in munitiore dom⁹ parte stragula & vasa charissima habeat: sicca tecta frumentum: frigida vinũ: illustrata, quicquid operis & supellectilis lucẽ petit: cœ-

nacula

nacula reficiendis hominibus ita exstruantur, vt æstate frigida, hybernis calida: vniuersa domus meridianæ plagæ & australibus ventis sit aperta: hyeme locus apricus, vmbrosus æstate. *Xenophon in Oeconomico* Decimum tertium, vt personarum qualitatis ratio habeatur: & sic domus vel exstruantur, vel conducantur. Qui enim rusticis fructibus seruiunt homines in eorum vestibulis stabula, tabernæ: in ædibus cryptæ, id est, fossæ ad triticum reseruandum factæ, horrea, apothecæ, & cætera: quæ ad fructus seruandos magis, quam ad elegantiæ rationem facienda. Fœneratoribus & publicanis commodiora & speciosiora erunt ædificia. Forensibus & disertis elegantiora & speciosiora ad conuentus excipiendos. Nobilius, qui honores & magistratus gerit, præstat officia ciuib. faciẽda vestibula regalia, alta, ampla, ambulationes laxiores: vt perfectæ maiestatis splendor seruetur. Præterea etiã Bibliothecas, basilicas, pinnapothecas eodem modo magnificentiæ oportet esse comparatas: quod in eorũ domibus sæpius & publica consilia & priuata iudicia atque arbitria conficiuntur. *Vitruuius libro 6. cap. 8.* Quod si vero quædam sint vitiosa: quemadmodum pessima domus censetur, quæ non perflatur, aut tenebricosa, aut hyemi ac tempestatibus obnoxia. Decimumquartum; adhiberi potest quasi medicinæ loco: vt vel deseratur talis domus: vel si propter consuetudinem placeat, fenestris transpositis, mutatis scalis, ianuis nonnullis apertis, alijs clausis, splendidior, perspicabilior, salubrior domus fiat. *Plutarchus de curiositate.* Et vt hæc omnia recte constituantur: postremo illud obseruandum, vt qui exstruit domum, & à fabris, & ab idiotis consilia accipere non erubescat. Namque omnes homines (non solum architecti) quod est bonum possunt probare. Inter idiotas & architectos hoc tantum discriminis est, quod idiota, nisi factum viderit, scire non potest, quid futurum sit: architectus vero simul animo constituerit,

antequam inceperit, venustate & vsu quale sit futurum, definitum habet. *Vitruuius lib.6.cap.11.*

QVÆSTIO LXVII.

AN BELLVM GERENDVM?

INter ea de quibus consilia tractari solent, *Arist. in libris Rhetoricis* etiam bellum recenset Et est vtique deliberatio illa longe grauissima magnæque indigens sapientiæ. Hodie vero cumprimis & vtilis & necessaria, vbi sæuus Mars vbiq; dominatur, gaudens Bellona cruentis colitur. Vt feræ in syluis, in fluminibus pisces, in aëre volucres à robustiorib. deuorantur: ita potentũ iniurijs inferiores sunt expositi: ideoq; requiritur, vt, q; in Cretensium Repub. Plato cõmendat, de bello semper sint homines soliciti, obseruent, quod sapientes flagitant, vt in bello de pace, in pace de bello cogitetur: simul etiam illud considerent, eo maiorem soli citu finem postulari, quod, *vt Vegetius scribit*, prœliorum delicta emendationem non admittunt, nec in bello bis peccare licet. Et vero, hoc nomine de bello vt agatur, necesse est, quod sunt, qui vel imperitia quadam, vel ambitione stulta bella ex bellis serunt: caneque (quod aiunt) angueque peius oderunt pacem: comprimendi vero sunt, vt discant intelligere quod sit & bellum, & quot ac quantis cum periculis coniunctum.

Argumenta contra bellum. Et quidem, quod non gerendum bellum, probare illa argumenta videntur: quod quærere Sacris in Literis iubemur pacem, & pro ea ad Dominum orare. *Ierem.20.* sapientes monent à bello abstinendum esse, etiamsi graues causæ se offerant belli gerendi. *Xenophon libro 6. de reb. gestis Græcorũ.* Beatissimæ iudicantur Respub. quæ plurimo tempore in pace fuerunt. *Idem de vectigalibus.* Est dulce nomen pacis: res vero ipsa cum iucunda tum salutaris. *Cic. Phil.13.* bellum à beluis dictum. *Festus Grammaticus.* Imo bella etiam suo genere bestiæ non gerunt. *August.lib.22.de ciuitate*

Dei. Repugnat humanæ naturæ arma tractare, vt quæ est mitis & placida, à DEO creata, diuinæ naturæ proxima: non munita cornibus, vt tauri: non instructa dentibus, vt apri: non ab vnguibus parata, vt leones. *Seneca lib. 1. controuersiarum, cent. 1. Erasmus in adagiis Chiliad. 4. cent. 1. Prouerb. 1. Dulce bellum inexpertis.* Et vt pacis commoda multa: ita incommoda plurima ex bello oriuntur. In pace enim causæ & merita spectantur: vbi bellum ingruit, innocentes ac noxij iuxta cadunt. *Cornel. Tacit. 1. Annalium.* In pace filij parentes suos, in bello contra patres filios suos sepeliunt. *Herodot. lib. 1.* Ac vt dracones exugentes sanguinem Elephantorum perdunt Elephantos, sed & ipsi pereunt: ita in bello vtraq; pars damno afficitur; perimit & perit. *Plin. lib. 8. cap. 12.* Et qui victorias petunt armis, aut his cupiunt ditescere: similes sunt ijs, qui hamo aureo piscantur, cuius abrupti & amissi detrimentum nullo capturæ lucro pensari potest. *Aurelianus Victor in Augusto.* Sumptus enim hic ingentes requiruntur, & definita bellum non quærit. *Plut. in Laconicis Apophthegmatibus.* Nec etiam diuturna possessio est, in quā gladio inducimur. *Curtius lib. 8.* Accedit huc, quod bellum facile suscipitur, at non ita deponitur: non in eiusdem est potestate initium & finis: incipere cuiuis etiam ignauo licet; deponere, cum victores volunt. *Salustius in bello Iugurthino.* Et vt, syluam si quis accenderit, non amplius ad ipsius arbitrium incendium fertur, sed ventis regitur, obuia quæque perdit & consumit: ita bellum, quod ventis accersunt, excitatum audacia vel ignorantia non amplius in autorum est manu, sed à fortuna regitur. *Polybius lib. 11.* Et hæc ipsa fortuna admodum est anceps & lubrica *Thucyd. lib. 2.* Leuissimus sæpe casus ex victo victorem, ex victore victum exercitum reddit: *Iouianus lib. de bello Neapolitano:* & nunquam minus, quam in hoc euentus respondet. *Liuius Decad. 3. lib. 10. Herodianus in Maximino. Polybius libro 11. Ca-*

luntur. *Cic. pro Mur. Plutarch. in libello, Bello ne an pace clariores Athenienses fuerint?* Neq; vlla re alia 7. Populus Romanus orbem subegisse terrarum videtur, nisi armorum exercitio, disciplina castrorum, vsu militiæ. *Veget. libro 1. de re militari, cap. 1.* Et sunt præterea alia commoda bellorum. Cogunt enim homines esse iustos ac temperantes. *Aristot. Polit. 7. cap. 9.* Continent alios in officio, quia nemo audet prouocare eũ, aut iniuria afficere, quem intelligit promptum & expeditum esse ad defendendum. *Liuius Decad. 3. lib. 5.* Auocant Vasallos à vitijs, rusticorum insolentiam corrigunt, mercatorum constringunt arrogantiam, inutili turba & ignaua liberant Respub. quæ non secus, atque vitiosi humores in corporibus, dat damna *Bodin. de Repub. lib. 5. cap. 6.* Prohibent seditiones, excitant ad officium: ideoq; Scipio, cum in Senatu Romano deliberaretur, an Carthago esset delenda? hoc dissuasit illo argumento, quod vtile esset relinqui hostes quosdam, quibuscum de virtute ciues certarent; *Polybius lib. 6.* Et DEVS quibusq; populis & nationibus aduersarios suos dedit, vt periculorum metu in officio continerentur: quemadmodum Israëlitici populi exempla hoc abunde testantur. *Bodin. de Repub. lib. 7. cap. 5.* Quamobrem Sapientes adolescentes & liberos suos voluerũt etiam armorum tractandorum rationem discere. *Plato in Lachete, & 5. de Repub.* Fuerunt hac in re diligentes Spartani. *Plutarch. in Lycurgo*, & Persæ: *Herod. lib. 1. & Strabo lib. 5.* Etiã Germanis nostris laus hæc tribuitur: quod molestum illis fuerit, quiescere domi, non arma capessere. *Cornel. Tacit. de moribus Germanorum. Cæsar lib. 4. de bello Gallico. Æmylius in vita Caroli Magni.* Neq; postremo negligendum illud est, quod Sacris in literis DEVS minatur se ablaturum hominem bellatorem. *Esa. 3.* ac de Cyro affirmat: Apprehendi dexteram eius, vt subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam. *Esaia 45.*

QVÆ-

QVÆSTIO LXIIX.

QVANDO BELLVM GErendum?

NOn satis est scire, esse gerendum bellum: verum etiam illud considerandum, hoc maxime tempore, quomodo scilicet bellum gerendum? & ob quas causas. Sunt enim qui belli semina conquirunt, vt strenui videantur: qui muscas imitari videntur, quæ tantum in locis scabris consistere possunt, specula polita oderunt. *Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 5.* Sunt, quibus aurum placet, propositæ sunt diuitiæ & facultates; domi consistere per egestatem nequeunt. *Tacit. lib. 4.* Sunt, quibus cupiditas nocendi alijs aut imperandi est proposita. *Salust. in fragm. Cominæus lib. 3. Historiarum.* Habent causas leuiculas alij armorum induendorum. Ab Æduis & Arcadibus sunt bella gesta propter apri caput: à Pyrthis & Scotis propter canes erectos: à multis propter mulierculas abductas, aut iniuria affectas. *Athen. lib. 3. cap. 4.* Melius & rectius Romani, qui dicuntur propterea felicia bella gessisse, quia iusta gesserunt & gloriosa, non tam exitu quam principijs, quia non sine causa graui suscepta. *Liuius lib. 5. Decad. 5.* Etiam laudantur in Historijs Lucullus & Scipio, qui dixerunt malle se vnum ciuem seruare, quam mille hostes occidere. *Plut. in Lucullo. Iulius Capitolinus in Antonino Pio.* Neque enim Imperatori arma capienda, dum pacem agere licet. *Zonaras in Martiano:* neque temere in acie versari, & manu cum hoste confligere oportet: quod immane hoc & beluarum simile. *Cicer. 1. Off.* Ideoque tum demum bellum gerendum, cum primum est causa iusta: quod hac, Imperatoria stat acies. *Theodosius ad Valentinianum in Cæsarum vitis.*

Causa belli iusta quænam. Iusta vero causa est: propulsatio iniuriarum: defensio legum diuinarum: propugnatio finium, sed conueniens & iusta. *Demosth. in Oratione de Rhod. libertate.* Et discipli-

ſciplinæ honeſtæ conſeruatio : vt,qui parere magiſtratui recuſant,in officio contineantur. *Ariſt. Polit. 7. cap.8.Thucyd.lib.2.* Secundò,quando pax non eſt pax, ſed pactio ſeruitutis, & nimio pretio empta: potentem reddit hoſtem. *Soſymus in vita Arcadii & Honorii. Cic. 12.Philipp.* Tertiò,cũ res ſunt antè repetitæ, impetrari verò non potuerunt.*Thucyd.lib.1.Cic.1.Offic.* Quartò, cum omnia illa tentata, quibus declinari bellum poteſt, nec amplius niſi in armis ſpes relinquitur: ſapientes enim viri magis finem quàm initium ſpectare, & priuſquam ad arma prorumpunt, experiri omnia conſilia ſolent. *Plutarch. in Annibale.* Poſtremò, quando bellum ante denuntiatum & indictum eſt: id quod Romæ olim per Fæciales fieri ſolebat,qui nonnullis adhibitis teſtibus haſtam in terram conijciebant, cui bellum illaturi erant.*Liuius lib.1. Decad.1. Plutarch.in vita Camilli. Gellius lib.16.cap.4. Blondus lib.4. Pompon. Lætus cap. 9. Feneſtella cap.16. Plinius de Viris illuſtribus,cap.5. Alexander ab Alexand.lib.5.cap.3.*

QVÆSTIO LXIV.

A QVIBVS BELLVM GERENdum aut non gerendum & ſuſcipiendum?

NOn vtilis & neceſſaria minus quæſtio eſt, A quibuſnam bellum gerendum & ſuſcipiendum ſit: propterea quod & hic non raro peccatur, temere multa fiunt. Quæritur ergo primo, An à priuatis ſit ſuſcipiendum bellum? Et negatur: quia competit hoc tantum principibus & Magiſtratibus, quibus commiſſus gladius eſt: & mortis pœna digni iudicantur, qui priuatim & ſine ſcito publico bellum aut pacem faciunt. *Plato 12. de Legibus.* *An priuatis liceat bellum ſuſcipere?*

Secundo, controuerſum eſt, an à ſubditis contra Magiſtratus, qui imperant tyrannice, ſeditiones mo- *An ſubditis arma*

k uendæ:

cōtra Magistratum sumenda? uendæ: arma sumenda? In affirmantem sententiam hęc adferri possunt: quod primum seditiones sæpe prosunt: quia cautos & prudentes Magistratus reddunt: quemadmodum Romæ illud est factum, cum Tribuni plebis nobilitati sese opposuerūt. *Machiauellus in Discussionibus suis politicis. Et lib. 1. in Liuium cap. 3. & 4.* Secundo, seditiones tales tyrannorum frangunt potentiam, id quod summe est vtile Reipub. & simul æquū, quia contra naturam est omnis tyrannus. *Aristot. Polit. 4. cap. 2.* Ideoq; (tertio) sapientes, excellentes virtute viros iustissime seditiones cōmouere posse affirmant. *Aristot. Polit. 5. cap. 1.* statuit neminem ingenuum & liberū tyranni ferre iugum posse. *Idem Polit. 4. c. 10* Neq; scelere se obstringere iudicantur, qui tyrannum, etiam familiarem, interficiunt. *Cic. 1. Offic.* Imo censetur esse hoc pulchrum, beneficio gratū, famá gloriosum. *Idem Philip. 12.* Et notum illud Senecæ: Victima haud vlla amplior potest magisve opima mactari Ioui, quā Rex iniquus. In Hercule furente. Atque hinc quarto tyrannicidæ sunt plurimi reperti: In Sacris Gedeon, Samson: in Scriptis alijs septem Persarum reguli, qui Smerdem sustulerunt. *Herod. lib. 3.* Et Dion Dionysium, Araatus Nicoclem. *Plutarch. in vtriusq. vitis.* Romani Caligulam: qui cum dicere soleret, optare se, vt Romani omnes vnicam ceruicem haberent, quo ictu vno omnes cōficerentur: tandem sensit, sibi vnam ceruicem, populo plures manus esse. *Xiphilinus in Caligula.* Sunt deniq; præmia ēt data olim tyrannorum interfectoribus: diuinos illis honores Gręci tribuerūt, prope ad immortalitatem & religione & memoria. *Cic. pro Milone.*

Rationes in negantem sententiam. Verum plura sunt & meliora argumenta, negantem in sententiam. Et quidem ad seditionem quod attinet, nunquam illam esse bonam experientia testatur: confirmat ipsorum Romanorum exemplum: apud quos miserabilis tamen extitit status, cum seditiones à tribunis motæ fuerunt. Nec mirum, quia domestica-

ctionum

ctionum dominatio semper tristior est peregrino in imperio. *Thucyd. lib. 4.* Priuata vulnera plurimis Reipub. malis operire conantur. *Corn. Tacit. lib. 1.* Idē hisce hominibus, quod Salamandræ accidit: quæ magnis imbribus crescit, serenitate deficit. *Plinius lib. 10. cap. 7.* Secūdo improbos ac tyrannos necare, aut exturbare velle, etsi speciosum & excelsi spiritus esse videtur, tamen probandum neutiquam est. Et DEVS in populo Iudaico, cū Reges voluit improbos punire; per Assyrios & Babylonios, non Iudæos puniuit. Saulem perdidit non Dauidis, sed Philistinorum manu. Et, vt ciuitates iustitiæ ministros & carnifices habent: non quod eos laudent, sed q̃ per hos facinorosos puniant: ita DEVS patitur, tyrannos, ceu quosdam carnifices, esse, vt per hos ab impijs pœnas exigat. *Theod. Serm. 6.* Et si extirpandi aut exturbandi quoq; tyrannos potestas concederetur populo: nulli principes & Magistratus etiam boni tuti essent futuri; quandoquidem populi hæc natura, vt noua expetat. *Tacit. lib. 1.* odio ocium & quietem habeat. *Salustius in Iugurtha:* ex opinione multa, veritate pauca iudicet. *Cic. pro S. Roscio.* Tertiò, Tyrannicidia ipsis τυραννοκτόνοις, interfectoribus tyrannorum, esse periculosa solent: quemadmodum exemplum probat Bruti, Cassij, & aliorum interfectorum Cæsaris: quorum nemo placida est morte è viuis abreptus: pleriq; semetipsos interfecerunt. *Plutarchus in vita Bruti & Cæsaris.* Quarto, nec Dinarchijs & Rebuspub. & regnis res hæc multū prodest: quia raro sine cōuellentium exitio tyrannus conuellitur: oriuntur plerunque seditiones, factiones, bella intestina. *Cornel. Tacit. lib. 4.* Quinto, exempla quoq; testantur bonorum, qui manus inijcere principibus suis recusarūt. Et Moyses atq; Aaron crudelitatem fugerunt Pharaonis, vltionē DEO reliquerunt. Ac memorabile est dictum Orsapi Vngariæ Palatini: qui, cum proceres quidam Matthiam Regem exturbare regno vellent, socium hisce sese adiun-

gerere recusauit: &, Quemcunque, inquit, sacra corona coronatum videris; etiamsi bos fuerit, & adorato & pro sancto Rege ducito. *Bonfinius in Historiis Vngaricis lib.3. Decad.4.* Itaque ferendi sunt tyranni & imperiosi Magistratus: vt sterilitates & imbres nimij. *Corn. Tacitus lib. 4.* Contra eos scuto magis quam gladio vtendũ. *Liuius lib.3.* vindicta permittenda DEO, qui nullam tyrannidem ad tertiam vsq; generationem propagare solet: sed eas, tanquam proceras arbores, extirpat. *Ælianus lib.6.cap.13.* facit, vt tyrannorum flagitia in propria supplicia vertantur: nec eos aut fortuna aut solicitudo protegat. *Cornel.Tacit.lib.6.*

Num Sacerdotibus aut mulieribus arma tractanda? bellum gerendum?

Vt vero non à priuatis, nec etiam subditis contra magistratus sunt arma sumenda: ita neq; hæc Mulieribus tractanda aut Sacerdotibus. Pro mulieribus quidem videntur ista facere: quod primo Plato eadem exercitia militaria mulieribus, quæ viris, præscribit: illas quoque vult in bellum proficisci, & instar canum vna venari. *lib.5. de Repub. & lib.7. de Legib.* Deinde, idem constituit Lycurgus in Spartana Repub. *Plut. in vita Lycurgi, Pausan. in Messenijs & Arcadijs.* Tertio, quod si iracundia est cos fortitudinis: iracundæ, & sic fortes quoque mulieres erunt: quemadmodum fœmellæ inter beluas, & iracundiores & fortiores esse solent. *Arist. Polit.2.cap.4. Et in hunc Casus.* Postremo, multæ fuerunt deprehensæ fortes & militares fœminæ: Iaël, Debora, Iuditha, in Sacris. Amazones, *de quibus Diodorus Siculus lib.4.cap.3. Iustinus lib.2. Curtius lib.5. Bonfinius lib.2. Decad.1. Ioh. Magnus lib.1. Historia Gothia, Volaterranus lib.23. Et à Plutarcho*: Semiramis, Troades, Phocides, Chiæ, Argiuæ, Persides, Celticæ, Meliæ, Tyrrhenæ, Luciæ, Salmanticæ, Milesiæ, & aliæ mulieres propter fortitudinem commendantur, *in libello de virtutibus mulierum.*

Pro mulierculis rationes.

Rationes pro Sacerdotibus.

Sic & à Sacerdotũ stant partibus illa: Quod Moyses cum Leuitis idolorum cultores interemit. *Exod. 32.*

Agagum

Agagum occidit Samuel. *1. Regum 15.* Octingentos & quinquaginta Baalenses Elias trucidauit. *3. Reg. 18.*

Sed negans sententia melior iudicanda. Et quidem ad Sexum fœmineum quod attinet, fœminarum est officium domum custodire & studere pudicitiæ: virorum arma tractare: muliercularũ telam & colum in manus sumere: ancillas iubere sua opera facere. *Iliad. 6. Homerus.* Deinde, natura hoc requirit, quæ fœminas molliores & imbecilles corpore non robustas effecit. Tertio, postulat decorum, vt virilibus negocijs fœminæ non se immisceant. Quarto, vtilitas hoc suadet, quia fœminæ meticulosæ & inconstantes. Nec (postremo) exemplis, sed legibus & rationibus agendum est, ideo recte *in Politicis* Aristot. Platonis sententiam damnat. Quod idem de Sacerdotibus est statuendum: vbi exempla allata singularia sunt, nec mandato diuino carent. Valet alias regula illa: Clericòrum arma sunt lachrymæ, preces & ieiunia. *Thomas in Quæstionibus 23. lib. quæst. 8.* Repugnat deinde sacerdotio sanguinem fundere: ideoque Dauid prohibitus est templum ei ædificare. *1. Paral. 32.* cum demonendi officium Sacerdotibus iniungitur: aut summà vrget necessitas. *Deut. 20.*

Negans sententia defenditur.

QVÆSTIO LXX.

PER QVOS BELLVM GERENDVM? Quinam in militiam legendi?

Latius quæstio hæc patet: Per quos scilicet bellum gerendum? Qui accersendi, vt opem nobis in bello ferant. Est enim hic iudicio magno ac delectu opus: oportet diligenter legere milites & enucleatim ascribere, non temere: quia non vires, sed pondus habent, sine iudicio milites lecti. *Seneca lib. 6. de beneficentia. c. 31.* & impedimento magis sunt quam auxilio, qui vel necessitate quadam, vel imprudentia, vel auaritia promiscue & confuse in militiam cooptantur. *Liuius lib. 9. Lipsius lib. 5. cap. 8. Polit.*

In milite legendo quænam sint spectanda?

Est vero hic spectanda primo ætas: & legendi adolescentes, qui non minores sunt septem & decem annis, nec maiores 6. & quadraginta. *Liuius Decad. 2. lib. 2. Polybius lib. 6. Salustius in Iugurtha. Suet. in August. Cælius lib. 10. cap. 38. Vegetius de re militari lib. 1. cap. 4.* Rationes istæ sunt: quia primum iuuenes inde dicti, quod in re militari iuuare Rempub. possint. Deinde parendo mature imperare recte discunt. Tertio, melius est, vt exercitatus iuuenis causetur, ætatem nondũ venisse pugnandi, quam doleat præterijsse. Quarto, discendi spatium habeatur, necesse est: quia non parua aut leuis ars est armorum. *Vegetius de re militari, lib. 1. cap. 4.* Quod, si impuberes olim aut milites aut tribuni facti imperatorum licentia, non magis Reipub. commodo fuerunt: quemadmodum senes, necessitate ita flagitante, aliquando ita pugnarunt. *Plutarch. in Scipione. Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 20.*

Vtrũ melius peregrini an indigenæ milites legantur? Pro peregrinus rationes.

Secundo, Natio consideranda: vbi quæstio se offert nobilis: Vtrum melius sit, milites peregrinos & mercenarios, an vero domesticos & indigenas esse? Pro peregrinis faciũt argumenta, quæ sequuntur. Quod primum non esse tutũ videtur, Principibus & magistratibus alijs subditos armari: propterea quod arma semel sumpta, non facile deponunt, sed cõtra ipsos Magistratus sæpe vsurpant. Secundo, experientia ipsa testatur, non omnes æque ad arma tractanda esse idoneos; sed nationem, nationem aliam hac in re superare: suppeditare hanc bonos equites: aliam bonos pedites. Tertio, sunt meticulosi & timidi plerunq; indigenæ: dum de vxoribus, liberis, ædibus & villulis suis cogitant. Quarto, Cyrus sapientissimus longinquos & peregrinos, vt equos, itã milites quoq; oportere quæri censuit. Alexandrini nullos milites nisi peregrinos admiserunt: prudentissimi quique viri in ea fuerunt sententia, nihil mercatura illa nobilius esse, qua viri rei militaris periti parãtur. *Plinius lib. 37. Vegetius lib. 1. c. 2.*

Xenoph.

Xenoph.lib.1. Pædiæ Cyri. Alexander ab Alexand. lib.1. cap.20. Iouius in vita Galeacij, Lipsius lib.1.cap.9. & 10.

Contra peregrinos argumenta.

Verum sunt plures rationes contra peregrinos pro indigenis. Et quidem 1. quod vilius constat erudire armis suos, quam alienos mercede conducere. *Veget. lib.1.cap.28.* 2. Minus fidi sunt externi, mercede maiore fas & ius exuunt. *Corn.Tacit.* 3. Sunt contumaces & petulantes, regi se nolunt, ex libidine cuncta agunt. *Idem lib.4.* 4. Facile mouent seditiones ac tumultus, maxime cum ad prœlium iam eundum. *Idem lib.3.* 5. Qui non pro suis pugnant rebus, sed alienis: cũ est ad pugnam peruentũ, fugiunt. *Idem lib.8.* 6. Graues & molesti sunt incolis: fiunt deuoratores & populatores terræ, quam defendere debebant. *Curtius lib.3.* 7. Imo sæpe regna & imperia ad se trahunt: deprehenditur verum, quod ille canit: Fraus fidem in paruis sibi præstruit: vt cum operæ precium sit, cum magna mercede fallat. *Liuius 38.* Testantur exempla, Saladini in Ægypto, Longobardorum in Italia, Francorũ in Gallia, Anglosaxonum in Britannia: qui cõducti mercede, eiectis incolis, ipsi regna occuparũt. Quemadmodum & Turca dominari cœperunt, cum à dissidẽtibus principibus Græcorum in auxilium sunt accersiti. *Bodin.lib.5.cap.5.* 8. Cum sunt peregrini & externi milites inter nationes varias; dissensiones magnæ, etiam rixæ de principatu & imperio oriri solent: vbi idem accidit, quod illis qui nauigant, dum inter se naucleri de gubernatione contendunt. 9. Soluendis quoq; stipendijs ærarium exhauritur: ad alienos pecunia transfertur. *Bodin. lib.5.c. 5. de Rep.* 10. Verisimile est, promptiores homines ad sua propugnanda, quã aliena esse. Probant hoc ipsum exempla plurimorum, qui freti exterorum auxilijs, defectiones magnas sunt experti: vt Scipiones in Hispania. *Liuius 35.* Siphax rex *apud eundem lib. 30.* & Pompeiani in bello Pharsalico. *Appianus.* Et Galli ad Mediolanum. *Guicciardinus lib.10.* Et

Carolus Galliæ Rex octauus. *Arnoldus lib. 2. Gallicarum Historiarum.* Et si nihil esset aliud, contemni saltem ab his inquilini videntur: idque ægre molesteque ferunt. Quod si vero omnino hi necessarij, danda opera, vt plus roboris nostri quam externi militis in castris dux habeat. *Liuius lib. 35.* Et Romani diligenter illud obseruarunt, vt totius exercitus robur Romano ciue & Italo homine constaret. *Fulgosus lib. 2. cap. 1.* nec numerus amplior auxiliariorum ex peregrinis copijs, quam ciuium esset. *Alexand. lib. 1. cap. 5. & 20.*

Ex quibusnam nationibus externa auxilia accersenda.

Cum autem externa auxilia accersenda, non inutiliter illud quæritur, Ex quibus nationibus maxime accersenda illa sint? Etsi vero in omnibus locis ignaui sint, sicut & strenui: tamen gens gentem in bello præcedit. Probantur maxime milites, qui ex locis & plagis temperatis veniunt, quia nationes soli vicinæ plus quidem sapiunt, sed minus sanguinis habent, ideoq; constantia in his ac fiducia cominus pugnandi non deprehenditur. Contra Septentrionales populi remoti à solis ardore, sanguine largo redundant, ideoque nimis præcipites sunt in vulnera. Medium temperatæ plagæ homines tenent, mortem contemnunt, non destituuntur prudentia, seruant modestiam: quæ non solum in consilijs, sed etiam dimicatione prodest. *Vegetius de re militari lib. 1. cap. 2.*

An ad bellum idonei magis opifices an agricolæ?

Tertio delectus quoque habendus in arte & conditione vitæ: nec male quæritur, meliores ne ad militiam agricolæ & vinitores, an opifices sint. Pro agricolis plures faciunt: quia sub laboribus & dio tales nutriuntur, solis sunt patientes, deliciarum ignari, simplicis & erecti animi, paucis contenti; mortem quoque minus timent, quia deliciarum in vita minus norunt. *Plin. lib. 18. cap. 5. Plato 2. de Repub. Plutarch. in vita Coriolani. Cato in principio de re rustica. Varro lib. 1. cap. 2. Vegetius lib. 1. de re militari, cap. 3.*

Opifices nō

Verum nec opifices omnes excludendi: sed minus placent

placent piscatores, aucupes, dulciarij, qui aliquid tractant ad gynæcea pertinens: conueniunt ijs, qui, *vt Plautus in Captiuis ait*, calceatis dentibus milites ad pugnam eunt. Probantur fabri ferrarij, carpentarij, macellarij, venatores, sed non omnium animalium & fugacium lepusculorum, sed ceruorum & aprorum. *Vegetius lib. 1. cap. 7. Et in hunc Strentegius.* *excludendi à militia.*

Quarto, morum quoq; requiritur & vitæ probitas. Dici solet, in bello malum neminem esse, nisi qui malus non extiterit, sed contra prudentes sentiunt: quia 1. honestas idoneum militem reddit. 2. victorem facit virum, dum verecundia fugere prohibet. 3. ignauus & improbus frustra aut exercetur, aut in officio continetur. 4. ab omni virtute degenerat voluptatum assuetudine miles. *Tacit. lib 2. Vegetius lib. 1. c. 7.* Et experientia testatur. 5. Tum ab hostibus clades inferri, cum seruantur, per gratiam aut dissimulationem indicti tyrones: sunt qui in scortis & conuiuijs quam armis & militaribus equis libidinem maiorem habent. *Salustius in coniuratione Catilinaria:* quibus ad populandos finitimorum agros, capienda pecora magna vis: nulla in acie ac signis collatis. *Liu. lib. 38.* Nec sine causa leges, quæ de re militari agunt, vetant, admittẽdos in bello eos esse, qui status cõtrouersiã sunt passi, criminosi, adulteri, iudicio aliquo publico damnati. *Vita atque probitas morum in milite requiritur.*

Neq; illud etiam inutiliter mouetur, vtrum melius sit, pedites multos an equites habere. Pro equitibus ista faciunt: quod in campis & pugnis cito parant hi victoriam: sunt ad fugandum parati atque prompti: pedites contra in locis angustis, in fossis, paludibus, arboribus impeditis, montuosis valent, vt etiam propugnandis aut expugnandis ciuitatibus. *Tacit. de moribus Germanorum, Polyb. lib. 3. Veget. lib. 3. cap. 9. Iouius lib. 2. Historiarum. Machiauellus libro 2. discuss. cap. 18. Lipsius lib. 5. c. 7.* Et quòd rationes hæ bonæ, exempla testantur Persarũ ad Thermopylas: & in Heluetia, vbi in *Vtrum melius sit equitatu an peditatu abundare.*

locis montuosis nullius fuerunt momenti equites: coacti prœlium inire pedites sunt. Collatione ergo facta, magis Reipubl. necessarij pedites esse videntur, quod vbique possunt prodesse; deinde sumptibus & impensis minoribus & comparari & nutriri, quam equites. *Vegetius lib. 2. cap. 1.*

QVÆSTIO LXXI.

QVÆNAM IN BELLI DVCE obseruanda?

QVemadmodum in belli materia recte paranda ratio militum habetur: ita non sunt negligendi Duces & Imperatores belli, quandoquidem sine Duce, militaris turba est corpus sine spiritu. *Curt. lib. 10.* Et ferunt, Philippum Macedonũ Regem reprehendisse hoc nomine Atheniẽses, quod temere & singulis annis nouos duces crearent: cum per totam vitam ipse non, nisi vnicum bonum ducem, Phormionem scilicet, habuerit. *Patr. lib. 7. de Repub. tit. 2.* Et sunt hac ipsa in re controuersa & dubia non pauca, quæ agitari hodie solent.

An genere ac familia Dux eligendus?

Quæritur enim primo de genere, an in eligẽdo Duce familiæ splendor sit spectandus? Et sane hoc optandum est, vt illustres ac nobiles potissimum deligantur: quia prodest hoc plurimum ad autoritatem cõparandam & conseruandam. Deinde parit amorem ac beneuolentiam apud milites. *Sesellius lib. 2. de Repub. Galliæ & Regum officio.* Tertio, veri quoq; simile est, fortes à fortibus creari, simile sibi simile gignere. *Aristot. Polit. 1. cap. 4.* Quarto commodat plurimum æmulatio & memoria. *Diodorus lib. 44.* Turpe ducitur ab his degenerare. *Plato in Menexeno.* At contra, cætera si defuerint, quæ Duci necessaria, genus solum nõ spectandum videtur. Quemadmodum enim in nauigando gubernatio nauis nõ illi committitur, qui natalibus, opibus, aut fortuna cæteris antecellit, sed qui gubernandi peritia,

rtia, & vigilantia alios superat: ita belli administratio ei maxime cōmittenda, qui reliquis fortitudine & sapientia antecellit. *Plat. lib. 9. de Rep. t. 1.* Et virtutis est, non dignitatis ratio habenda in officijs mandandis. *Plut. in vita Syllæ, Salustius in bello Iugurthino.* Neque tam homines considerandi, quam hominum actiones spectandæ. *Aristot. Polit. 3 cap. 8.*

Itaq; sic concludendum: vt tum habeatur ratio dignitatis ac splendoris familiæ, cum moderato quis est p[illegible] ingenio prędītus: deinde libenter audit rei militaris peritorum iudicio, vt disceptata causa quod est optimum eligat: præterea non destituatur animi alacritate & promptitudine: postremo ferat ac patiatur adiungi sibi ciues prudentes, qui suppleant id, quod in eo forte desideratur. *Sesellius lib. 2. de Repub. Galliæ.* Ita Themistocles obscurioribus ad gloriam natalibus fuit. *Plutarch. in eius vita.* Et Iphicrates Atheniensis, vir militari scientia insignis, sed patre sutore natus. Quod cum quidam ei obijceret: Meum, inquit, genus à me ipso sumit initium: tuum autem in te desinit. Et Phocion, cuius pater cochlearia conficere, indéq; victum quærere est solitus. *Plutarch. in vita.*

Quanam nota boni ducis.

Secundo, etiam Patria in Duce consideranda: vbi quæritur non incommode, vtrum peregrinis sit hoc officium committendum. In negantem sententiam istæ sunt rationes: quod 1. Duces peregrini magnis stipendijs & præmijs conducuntur. 2. Cum veniunt, pleraq; innouare conantur. 3. Non ita, atq; indigenæ, militi grati sunt: vnde factiones & seditiones oriuntur. 4. Adducunt secum suæ nationis homines, qui nō secus, atque locustæ segeti, indigenis dant damnum. Postremo, non habent perspecta hominum ingenia, aut etiam cognitam & exploratam regionū conditionem. *Aristot. Polit. 5. cap. 3. Cominæus lib. 5.* Melius itaque esse videtur: indigenam aliquem quam peregrinum habere Ducē. Sed si hic desit, aliunde erit accersendus. Quemadmo-

An in Duce Patria spectanda? Peregrinus assumendus?

locis montuosis nullius fuerunt momenti equites; coacti prœlium inire pedites sunt. Collatione ergo facta, magis Reipubl. necessarij pedites esse videntur, quod vbique possunt prodesse; deinde sumptibus & impensis minoribus & comparari & nutriri, quam equites. *Vegetius lib.2. cap.1.*

QVÆSTIO LXXI.

QVÆNAM IN BELLI DVCE obseruanda?

QVemadmodum in belli materia recte paranda ratio militum habetur: ita non sunt negligendi Duces & Imperatores belli, quandoquidem sine Duce, militaris turba est corpus sine spiritu. *Curt. lib.10.* Et ferunt, Philippum Macedonũ Regem reprehendisse hoc nomine Atheniẽses, quod temere & singulis annis nouos duces crearent: cum per totam vitam ipse non, nisi vnicum bonum ducem, Phormionem scilicet, habuerit. *Patr. lib.7. de Repub. tit.2.* Et sunt hac ipsa in re controuersa & dubia non pauca, quæ agitari hodie solent.

An genere ac familia Dux eligendus?

Quæritur enim primo de genere, an in eligẽdo Duce familiæ splendor sit spectandus? Et sane hoc optandum est, vt illustres ac nobiles potissimum deligantur: quia prodest hoc plurimum ad autoritatem cõparandam & conseruandam. Deinde parit amorem ac beneuolentiam apud milites. *Sesellius lib.2. de Repub. Galliæ & Regum officio.* Tertio, veri quoq; simile est, fortes à fortibus creari, simile sibi simile gignere. *Aristot. Polit. 1. cap. 4.* Quarto commodat plurimum æmulatio & memoria. *Diodorus lib.44.* Turpe ducitur ab his degenerare. *Plato in Menexeno.* At contra, cætera si defuerint, quæ Duci necessaria, genus solum nõ spectandum videtur. Quemadmodum enim in nauigando gubernatio nauis nõ illi committitur, qui natalibus, opibus, aut fortuna cæteris antecellit, sed qui gubernandi peritia,

ritia, & vigilantia alios superat: ita belli administratio ei maxime cōmittenda, qui reliquis fortitudine & sapientia antecellit. *Patr. lib. 9. de Rep. t. 1.* Et virtutis est, non dignitatis ratio habenda in officijs mandandis. *Plut. in vita Syllæ, Salustius in bello Iugurthino.* Neque tam homines considerandi, quam hominum actiones spectandæ. *Aristot. Polit. 3 cap. 8.*

Itaq; sic concludendum: vt tum habeatur ratio dignitatis ac splendoris familiæ, cum moderato quis est primum ingenio prçditus: deinde libenter audit rei militaris peritos: tum iudicio, vt disceptata causa quod est optimum eligat: præterea non destituatur animi alacritate & promptitudine: postremo ferat ac patiatur ad iungi sibi ciues prudentes, qui suppleant id, quod in eo forte desider aur. *Sesellius lib. 2. de Repub. Galliæ.* Ita Themistocles obscurioribus ad gloriam natalibus fuit. *Plutarch. in eius vita.* Et Iphicrates Atheniensis, vir militari scientia insignis, sed patre sutore natus. Quod cum quidam ei obijceret: Meum, inquit, genus à me ipso sumit initium: tuum autem in te desinit. Et Phocion, cuius pater cochlearia conficere, indeq; victum quærere est solitus. *Plutarch. in vita.* **Quanam nota boni ducis.**

Secundo, etiam Patria in Duce consideranda: vbi quæritur non incommode, vtrum peregrinis sit hoc officium committendum. In negantem sententiam istæ sunt rationes: quod 1. Duces peregrini magnis stipendijs & præmijs conducuntur. 2. Cum veniunt, pleraq; innouare conantur. 3. Non ita, atq; indigenæ, militi grati sunt: vnde factiones & seditiones oriuntur. 4. Adducunt secum suæ nationis homines, qui nō secus, atque locustæ segeti, indigenis dant damnum. Postremo, non habent perspecta hominum ingenia, aut etiam cognitam & exploratam regionū conditionem. *Aristot. Polit. 5. cap. 3. Cominæus lib. 5.* Melius itaque esse videtur: indigenam aliquem quam peregrinum habere Ducē. Sed si hic desit, aliunde erit accersendus. Quemadmo- **An in Duce Patria spectanda? Peregrinus assumendus?**

admodum Carthaginenses Xanthippum Spartanum Ducem elegerunt: qui ingenti prœlio Romanos vicit. Et Athenienses elegerunt ducem Heraclitum Clazomenium. *Ælianus lib. 14. Patricius de Repub. lib. 9. tit. 2.* Et Artoxerxes Persarum Rex, Ægypto bellum illaturus, Iphicratem Atheniensem Ducem quæsiuit. *Plutarch.* Nec ita male: quia maior sæpe autoritas peregrinorum, quam domesticorum. Magis honorantur extra patriam, quam in illa, homines. D. Thomas in Matthæum. Minor est ibi inuidia, & æmulatio, vnde factiones & contentiones oriuntur. *Bodin. lib. 6. de Repub. cap. 8.*

In Duce ætas vtrum consideranda?

Tertio, neque ætas hic negligenda, & quæri posse vtiliter videtur, satius ne sit senes an iuuenes bello præficere. Pro senibus faciunt quæ sequuntur: quod in his mens est & intellectus. *Aristot. Polit. 7. cap. 16.* ætate homines prudentiores, vsu tutiores euadere affirmat. Habent tertium quasi oculum experientiam, qua rerum principia & euentus facile perspiciunt. *Plutarch. libro 3. de Repub.* Maior quoq; in Senibus autoritas est. *Plut. in libello, An seni Respub. gerenda.* Contra ab Adolescentum stant partibus ista: quod senes sint meticulosi, ac timide gelideque omnia administrant. *Plato in Axiocho. Aristot. Rhet. 2. cap. 12.* Sunt deinde morbis varijs obnoxij, imo senectus, vt ille ait, ipsa morbus est: fortes contra adolescentes. *Aristot. ibid. 3.* Ab excellenti quoque & eximia virtute ætatis progressus non est expectandus. *Cic. 5. Philip. 4.* Et, si expectanda semper ætas, sæpe magna indoles virtutis extincta prius fuisset, quam Reipub. prodesse potuisset. *Cicero ibid.* Nec (postremo) exempla desunt illorum, qui adolescentes res magnas gesserunt: vt P. Scipionis Africani, Cn. Pompeij, Alexandri Magni, Annibalis, Augusti Cæsaris, qui adolescens, pene puer, interfecto Cæsare, Rempub. defendit. *Cic. 5. Philipp. Plinius de viris illustribus. Plutar. in vitis Illustrium Græcorum & Romanorum.*

Quarto

Quarto, est & illud coniunctum cum dubitatione, & controuersum inter Aristotelem & alios: Vtrum rei militaris peritia potius, quam virtus in Duce spectanda. Pro rei militaris peritia faciunt: quod primum ducis officium melius scientia quam virtute perfici videtur. 2. hac ipsa victoria comparatur. 3. Quemadmodum Leo est fortis & tamen rapax: ita dux peritus etiam non bonus esse potest. Exempla hæc testantur Syllæ, Marij, Antiochi, aliorum. *Aristot. Polit. 5. cap. 9.* 4. Peritia illa dimicandi audaciam nutrit. Neque facere quicquam metuit id, quod bene sese didicisse nouit. *Veget. lib. 1. cap. 1.* Postremo imperitia cladium magnarum sæpe causa est. Exemplo sit Xanthippus *lib. 1. apud Polybium* cladis Cannensis autor. *Rei ne militaris peritia potius an virtus in Duce requirenda?*

Contra pro virtute afferri possunt: quod vbi virtus est ac morum probitas, conciliatur reuerentia & amor Ducibus. Deinde ad imitationem excitantur plurimi. Tum longe plus effici potest consilio, quam sola scientia virtute destituta. Quod in Alexandro, Scipione, alijs multis videre licet. *Sesellius lib. 2. de Repub. Gallia.* Præsentem denique opem Dei probitas habet: qui neque gladio neque hasta prœliantes seruat. *1. Reg. 12.* *Dux sit bonus ac probus.*

Sit ergo in Duce commendata maxime virtus. Sit hic primo prudens: quandoquidem vnicum rectum consilium magnam militum multitudinem vincit: maiora in bello animi, quam corporis viribus peraguntur. *Xenophon lib. 1. Pædia Cyri.* Ideoque solos prudentes esse fortes Agesilaus dixit; mandauit suis, vt in prœlio vnicum Epaminondam Ducem sapientem obseruarent & interficerent: quod, hoc sublato, reliquam turbam superari facile posse statueret. *Plutarch. in Apophtheg. Laconicis.* Neque quicquam tam est pulchrum, quam vt miles strenue factis, ductor prudenter consultis exultet. *Amianus Marcellinus lib. 17.* Et hæc virtus in Pericle, Iphicrate, Arato, Annibale, prædicatur. *Dux sit prudens.*

Secundo, sit diligens, vigilans, laboriosus; eo quod publi- *Dux sit di-*

ligens ac vigilans.

publica videtur iniuria, cũ ipsius culpa aliquid in bello euenit. *Veget. lib. 3. cap. 16.* Hostium consilia sentiat, propterea quod magna iactura conditiones & consilia hostium ignorantur. Neque vlla pecunia rectius collocatur, quam quæ in exploratores collocatur. *Polyb. lib. 3. Xenophon lib. 6. Plutarch. in Aristide & Themistocle.*

Seueritas in Duce necessaria.

Tertio, seuerus sit & omnes culpas militares legibus vindicet: nulli errantium ignoscere credatur. *Veget. lib. 3. cap. 10.* Ita enim primo autoritas conciliatur: deinde melius res militares geruntur parendo imperio Ducum quam sciscitando. *Cornel. Tacit. in Ottone.* Nec male tria boni militis officia constituuntur: corpus habere validum, animum ad imperia paratum, arma apta. *Liuius lib. 44.* Vbi seueritas abest, tumultuose ac perturbate omnia fiunt: disciplina eneruatur: res hostium augentur. Claruit hac virtute M. Curius. *Valer. Max. lib. 6. cap. 3.* Papyrius Cursor, *Eutrop. lib. 2.* Alexander Seuerus Imp. *Lamprid. in Seuero Maximi.* Scipio, qui in lustris Hispanicis mercatores, meretrices, diuinatores eiecit: nihil, nisi quod necessarium, in castra importari, in his non nisi paucos lixas ac calones esse voluit. *Appianus de bello Hispanico, Paulus Diaconus Histor. 4. Liuius 57. Florus lib. 2. cap. 18.*

Verum danda hic opera est, ne quid nimis. Parum enim fidos nimis acerbi Duces inueniũt milites. Quẽadmodum hoc Lucullo accidit, qui à militibus suis hac de causa est desertus. *Plutar. in vita.* Et Caio Carboni, qui interfectus est à suis. *Val. Max. lib. 9. c. 7.* Et Quintilio Varo à Gallis occiso. *Dion in Augusto.* Et Alexandro Mammææ filio Imperatori, qui hanc ipsam ob caussam interemptus à suis est. *Iustinianus in Cæsaribus.*

In Duce taciturnitas laudatur.

Quarto, sit taciturnus, occultet sua consilia. Vinculum enim optimum est rerum gerendarum publicarum Taciturnitas. *Val. Max. lib. 2. cap. 1.* Tutissimum creditur in expeditionibus, facienda nesciri. *Veget. de re militari*

militari lib. 3. cap. 7. Claruit hac virtute Iason, Pyrrhus, Aratus, Q. Metellus Pius: & parentum nostrorum tẽpore Mauritius Saxoniæ Elector, qui ne pileũ quidẽ suum se retenturũ dixit, si nosset arcana illum sua scire.

Quinto, Continens sit & Temperans. Neque enim potest exercitum is continere Imperator, qui seipsum non continet: neq; seuerus esse in iudicando, qui alios in se seueros esse iudices non vult. *Cicer. pro Lege Manilia.* Neque etiam meditari aut agere fortia possunt, qui voluptates admittunt. *Ælianus lib. 4. Variarum Hist.* Commendati propter hanc virtutẽ fuerunt Agesilaus, Agis, C. Fabricius, M. Cato, P. Scipio Africanus. *Plutarch. in Agide, Catone & Pyrrho. Val. Max. lib. 4. cap. 3. Florus libro 4. cap. 3. Frontinus lib. 4. cap. 1. Eutropius lib. 4. cap. 7.* *Continentia Duci necessaria.*

Sexto, & fortis sit Dux, necesse est: quia melior est exercitus ceruorum, Duce Leone, quam Leonum, Duce ceruo. Et cum exemplo nõ minus quam legibus homines ducantur: animosi & fortes redduntur milites, cum Duces suos fortes conspiciunt. Exemplo sunt Cyrus Persarum Rex, Alexander Magnus, Demetrius Poliorcetes, Pyrrhus, Romanorum & Atheniensium Duces plurimi. *Fortitudine Duci opus est.*

QVÆSTIO LXXII.

VTRVM PVGNÆ INTERESSE ipsum Ducem oporteat?

DVbium & controuersum inter politicos est: Liceat, necne, Ducem pugnæ interesse? Agitata hæc est QVÆSTIO inter Dauidem & populum Iudaicum, cum contra Absolomum pugnandum esset. *2. Reg. 18.* Extat quoque grauis de eadem deliberatio inter Proceres & Consiliarios Ottonis Imperatoris *apud Tacitum.* Nec desunt rationes in vtramq; partem. Et quidẽ in negantem sententiam istæ: quod primo conducit, vt Dux ac Princeps maxime de seipso sit sollicitus. *Pro negante parte rationes.*

Veget.

Veget. de re militari, lib 3. cap. 10. Summæ rerum & imperij seipsum reseruet, dubijs prœliorum exemptus. *Cornel. Tacit. 17. 2.* Vnius Ducis salus pro decem millibus reputatur: reliquorum non ita magna censetur iactura. *lib. 2. Reg. cap. 12.* Cum periclitaretur Dauid in prœlio contra Philistæos: noluerunt viri eius, vt egrederetur secum in bellum, ne extingueretur LVCERNA ISRAEL. *ibidem.* Et est exercitus similis corpori humano: vbi cum manib. conferuntur pedites, pedibus equites, acies ipsa cũ pectore ac thorace, capite vero ipse Dux & Imperator. *Plutarch. in Apophtheg. Græcis.* 3. Imperij dignitas magnifacienda, non temere prostituenda est. *Plutarch. in Pelopida.* Dissimilitudinem esse oportet & differentiam inter Ducum & militum iura: his laborandum, illis consulendum. *Plut. in vita Sertorij, Tacit. lib. 3.* 5. Per vicarios & legatos suos plurimi res præclare gesserunt in bello: vt Augustus, Iustinianus, alij. 6. Negligens seipsum Dux non sibi solum, verum etiam toti exercitui nocet. Sint exemplo Pelopidas & Marcellus, qui temeritate sua & se & suos perdiderunt. *Plutarchus in Pelopidâ & Marcello.*

Pro affirmante sententia rationes.

In affirmantem contra sententiam afferri istæ possunt: quod, quando certare vident Ducem suum milites, vehementius & ipsi in prœlium ruunt. *Curt. lib. 10.* Appianus de prœlio inter Annibalem & Scipionem. *Arrianus lib. 3. de Alexandro.* Incitamentum magnum est animorum, cum Dux & Princeps adest: obseruat cuiusque fortitudinem & ignauiam. *Appianus lib. 2. de prœlio Pharsalico. Æmylius Probus Historiarũ Gall. lib. 6.* Victoria non tam militum robore ac fortitudine, quam autoritate præsentis Ducis constat. *Cæsar lib. 3. Comment. belli Gallici.* Præterea fieri plærunq; solet, vt cum Duce militum manus valida discedat: fortissimi quique bello sese subtrahant: animus cæterorum frangatur. *Tacit. lib. 17.* Et in vniuersum: vbi summus

non

non adeſt, citius,quod non facto eſt opus, fit, quam quod facto eſt opus. *Plautus in Amphitruone.* Hinc Macedones contra Illyricos & Thraces pugnaturi, etiam infantem Regem ſecum in prœlinm tulerunt.*Iuſt. lib 7.* Concludendum itaque videtur, intereſſe prœlio debere Ducem & Principem : modo abſit temeritas, abſit periculum magnum, in diſcrimen ſalus regionis vocetur.

Septimo, ſit & eloquens & facundus dux, neceſſe eſt: vt moueat & inflammet militum animos ad fortiter pugnandum: vt ſeditiones ac tumultus compeſcat: vt in officio exercitum contineat. Tali valuit dicendi facultate Cæſar,valuit Alexander Magnus,valuit apud Thebanos Epaminondas,qui lingua prius, quam armis hoſtes vicit. *Probus in eius vita.* Valuit quoque Philippus Macedonum Rex, qui magis gloriari eſt ſolitus, ſi quam verbis adeptus victoriam eſſet, quam armis: quod horum ſibi partem milites vindicare exiſtimaret, illa vero ad ſuam ipſius laudem pertineret. *Polianus lib. 4.* Valuit denique Pyrrhi legatus Cyneas, de quo ipſe Rex eſt faſſus : plures ſeſe vrbes Eloquentia, quam armis ſuis occupaſſe. *Plutarch. in vita Pyrrhi.* Etiam autoritate ſit præditus Dux & Imperator bonus. Homines in bello non minus opinione famæ, quam certa aliqua ratione commouentur : vt aut contemnant,aut metuant,aut odio vel amore proſequantur. *Cic. pro Leg. Manil.* Fama quoque plurimum bella conſtant. *Herod.lib. 7.* Et hac re excelluiſſe Q. Fabium,Alexandrum Magnum,Scipionem,Pompeium, & alios conſtat.

Eloquens ſit Dux, neceſſe eſt.

Autoritate valere Ducem.

Sed & NONO illud requiritur: vt vnus ſit Dux, non plures imperent. Itaque Conſules Romani in caſtris,non ambo ſimul, ſed alternis diebus imperarunt. *Liuius 31.* Et cum ſex eſſent in legione Tribuni, ſinguli per duos menſes legitime imperarunt. *Idem libro 40.* Notum eſt & illud prouerb. Duces multi Cariam per-

Vnus Dux non plures.

 diderunt

diderunt. *Erasmus Chil. 2. cent. 7. prouerb. 7.* Nec rationes desunt: quia parum ab ἀναρχίᾳ πολυαρχία differt: consilia optima impediuntur: occasiones præclaræ e manibus effluunt: forum inueniunt æmulationes, dissidia, contentiones: alter alteri præferri cupit: verissimum deprehenditur, quod Thucydides scribit, semper duo illa obesse in bellis gerendis: ἀναρχίαν, & πολυαρχίαν, multitudinem imperantium. *lib. 6. historiarum.*

Postremo, illud accedat, necesse est, vt felix quoque sit & fortunatus dux. Sunt enim quidam quarta, quod aiunt, Luna nati; equo Seiano semper vehuntur; rem gerunt infeliciter: alij contra ita sunt felices, vt (quod Liuius scribit) de cœlo in eorũ sinũ victoriæ defluant, *lib. 7.* Et occulta quadam ratione, alij cõtra alios dimicant melius: & qui fortiores vicerunt, ab inferiorib. sæpe vincuntur. *Veget. de re militari, lib. 3 cap. 16.* Itaq; fortunæ quoq; templum Romæ extructũ fuit: & cum virtute hæc necessario coniungenda. Fundamenta etiam imperij Romani iecit tempus cũ Deo, sed fortunam simul ac virtutẽ vna adiunxit. *Plutarch. in libello de fortuna Romanorum, & orationibus duabus de fortuna & virtute Alexandri.* Claruit hac maxime Timotheus, quem pictores pinxerũt, fortunæ beneficio, veluti reti, vrbes capere. *Ælianus lib. 13.* Claruit et Sicilius Dentatus, qui 220. prœlijs interfuisse dicitur. *Blondus lib. 6. de Triumphis Romanorum. Plinius de Viris Illustribus.*

QVÆSTIO LXXIII.

QVO LOCO BELLVM GERENDUM?

DE loco consultationes extant grauissimæ apud Herodotum *lib. 4.* inter Cyri Proceres de bello Massagetis inferendo: & apud Xenophontem *lib. 4.* vbi Timolaus Corinthius suadet, vt in finibus Spartæ bellum geratur. *& lib. 8. Thucydidis:* cum in consilio Græcorum

eorum quæritur, vtrũ apud Salaminẽ, an vero Isthmũ sit cum Persis pugnandum. *Et apud Liuium lib.28.* quo in loco acris est decertatio inter Q. Fabium & P. Cornelium Scipionem: vtrum exercitus Romanus traducendus in Africam, an relinquendus in Italia sit. Et hodie illud non raro controuertitur, an sit melius domi hostem expectare: an vero illius in finibus bellum gerere, & eundem præuenire. In vtramq; ergo partem adferri hæ rationes possunt. Et quidem bellum inferendum, non expectandum domi esse, istæ probant.

Hostis domi non expectandus. *Præuenire, quam præueniri melius.*

Quod primo, cum hostis domi expectatur, metuendum est: ne fugati, ditione tota exuamur: quandoquidem clades non ita facile sarciri potest, aut nouus illico exercitus comparari: alieno contra in solo clades leuior. *Herod.lib.4. Machiauellus disputat. de Republ.lib. 2.cap 12.* 2. Victoria amplior eorum, qui non sua, sed aliena in terra bella gerunt: rectà ita pergere nõ solum ad bona occupanda, verum etiam totam ditionem inuadendam possumus. *Herod. ibidem.* 3. Cum bellum domi geritur, agri deuastantur, bona subditorum diripiuntur, nec horum opera tuto vti licet nobis, aut etiam tributum flagitare. Atque ita exiccatur fons belli, vnde præsidia manant. *Machiauell.ibidem.* 4. Qui aliena in regione milites suos habent, maxima necessitate constringuntur pugnandi, quia vident periculum imminens, atq; inde fortiores euadunt. *Idem ibidem.* 5. Qui hostem inuadunt, semper sunt audaciores: & maior spes & animus inferentis vim, quam arcentis est & propulsantis periculũ. *Liuius lib. 20. in oratione Annibalis, & 28. in oratione Scipionis. Iouius lib.13.* Multum quoq; interest, alienos ne populère fines, an tuos vri & excindi videas. *Liuius lib 33.* Huc accedit 6. quod etiam maior rerum ignotarum esse terror consueuit. *Liuius ibid.* Et res hostium 7. fluuiorum referre naturam videntur. Quemadmodum enim fluuij ad fontes suos non alti, sed vado permeabiles sunt; quo longius

à fontibus defluunt, eo cursus illorum fit acrior, alijs scilicet fluminibus exceptis: ita crescunt & confirmantur, qui exercitus longius educunt: soli sunt, quibus bellum domi infertur. *Xenophon lib. 4. de rebus gestis Græcorum.* Et quemadmodum 8. qui vespas volunt excindere, cum egressas infestant, multarum aculeis traduntur: qui vero ignem admouent, cum adhuc sunt inclusi in suo alueari, tacite vespas necant: ita qui domi inuadunt hostem, non expectant dum ille veniat; feliciter rem gerunt. *Idem eodem in loco.* Et si 9. nihil esset aliud, tamen ad dignitatem & famam pertinet, videri animum esse non modo ad defendendum, verum etiam inferenda alijs arma. *Liuius lib. 28.* Itaq; commendatam sibi hanc rationem summi Ducis habuerunt. Obseruauit Cyrus, cum Massagetis bellum intulit: obseruauit Antiochus Romanis bellum inferens: obseruauit Agathocles, qui cum Carthaginensium domi sustinere impetus non posset, foris pugnans, eos ad petendam pacem compulit: obseruauit Scipio, qui bellum ex Italia in Africam transtulit.

In partem contrariam rationes.

Verum in contrariam partem sunt etiam quæ adferri possunt: cuiusmodi est 1. illud, quod ducere exercitum alienam in regionem, simul & sumptuosum & periculosum est. Exemplo sit Cyrus à Massagetis tandem interfectus. *Herod. lib. 4.* Et Moto, *cuius meminit Polybius lib. 5.* Et Athenienses, qui bello domi relicto, magna classe in Siciliam transmissa, vna nauali pugna Rempub. florentem in pepetuum afflixerunt. *Thucyd. lib. 2. Liuius lib. 28.* Et apud Romanos M. Attilius Regulus, infeliciter in Africa pugnans. *Liuius ibid.* 2. Ibi graue est bellum gerere, vbi nullus est portus classi apertus, non ager pacatus, non ciuitas socia, non consistendi aut procedendi locus: quocunq; circumspexeris, hostilia sunt omnia. *Liuius 28.* 3. Non etiam tutum est fidem habere ijs, qui se itineris comites, duces, socios & amicos expeditionis profitentur: quod fraus

fidem

fidem in paruis sibi præstruit, vt cũ operæ est precium, cum mercede magna fallat. Ac licet nonnunquam homines æmulatio inter se acuat, cum externus motus procul est: tamen cum alienigena est exercitus: qui se ostendit; velut ad commune incendium restinguendũ omnes concurrunt. *idem ibidem.* 4. Aliter quoq; aliena, aliter Patriæ mœnia, templa, aras, focos defendunt: cum euntes in prœlium pauida cõiunx sequitur, parui liberi occursant. *Liuius lib. 28. in oratione Q. Fabij.* 5. Domi bellum cum geritur, commeatu & rebus necessarijs alijs sine periculo munire nos possumus. *Machiauellus lib. 2. cap. 12.* Melius pugnatur denique 6. propter situs loci peritiam: res etiam minus prospere si geratur in prœlio, plures sibi fuga consulere & vires restaurare possunt. Concludendum ergo hic videtur distinctione locorum & regionum. Sunt enim quædam regiones munitæ vel arte vel natura, instructæ quoque viris rei militaris peritis & fortibus: aliæ contra his destitutæ. Vbi munitæ sunt & instructæ regiones, melius est domi quam foris bellum gerere, & hostem expectare, non præuenire. Vbi defectus est, satius est longe à patria bellum gerere; id quod Carthaginenses obseruasse legimus.

QVÆSTIO LXXIV.
AD BELLVM GERENDVM *quænam requirantur?*

QVæstio hæc latissime patet, sed paucis comprehendetur distinctione facta secundum tempora, quæ ante bellum, in ipso bello, & post consideranda. Et quidem ante bellum DEI placandum & exorandum numen est: quemadmodum Israëlitæ pugnaturi, DEVM consulere sunt soliti. *Iud. 20. Reg. cap. 14. & 23.* Dauid Rex laudatur, quod nunquam in bellum profectus fuerit, nisi diuino oraculo prius consulto, & sacrificijs peractis. *1. Reg. 23. Platina lib. 1. de optimo ciue.*

Ante bellum quæ consideranda.

1. Religio.

Quin & Ethnici ſine auſpicijs & augurijs bella non ſuſceperunt: & inter XII. TAB. leges, lex eſt prima; Ne quid inauguratò faciunto.

2. Pecunia. 2. De pecunia cura ſuſcipienda: idque tamen controuerſum eſt: quandoquidem negari poteſt, id quod dicitur Prouerb. pecuniam neruos belli eſſe. Crœſo ſane monſtranti theſauros ſuos Solon reſpondit; bella geri & committi prœlia ferro non auro ſolere: fieri poſſe, vt qui ſunt theſauri facile eripiantur. *Plutarch. in Solone.* Deinde Romani nō auro, ſed ferro ſoliti ſunt militare, & rem feliciter gerere. *Polyb. lib. 6.* Etiam Spartani homines bellicoſiſſimi non niſi ferri vſum habuerunt: ademptus his fuit auri, argenti vſus, ex Lycurgi inſtituto. *Plutarch. in Lycurgo, Machiauellus lib. 7. cap. 10.* Contra plerique ſtatuunt, cùm militibus & pecunia rem bene geri: rectè nummos belli neruos appellari. *Cæſar lib. 2. Pharſal. belli. Dionyſ. lib. 53. Appianus lib. 4. Plutarch. in Cleomene. Tacit. lib. 1. Hiſtoriarum. Xiphilinus in Veſpaſiano. Procopius lib. 3. de bello Gothico. Iouius lib. 13.* Curandum monent ſapientes, vt ſemper aliquid in Ζώνῃ haberent milites. Nec ſine ratione, quod mendicitas ad omnem deſperationem armatum vocet. *Lamprid. in Seuero.* Diſciplinam ſeruare miles non poteſt, dum, quod deeſt, ſemper armatus reſumat. *Caſſiodorus lib. 4. variarum cap. 13.* Non ſunt vtilia & efficacia arma ſine ſumptibus & pecunia. *Thucyd lib. 1.* Itaque cum Philippus oraculis conſuluiſſet de victoria, reſponſum fuit: Haſtis pugna argenteis, & omnia vinces. *Eraſm. Chiliad. 2. cent. 7. Prouerb. 43.* & de Philopœmene Arreorum duce, qui multos equites & pedites, ſed nullam pecuniam habebat, T. Flamminius eſt dicere ſolitus, eum manus & crura, at non interim ventrem habere. *Plutarchus in Apophthegm. Romanis.* Et ipſi Spartani, quando extra patriam bellum geſſerunt, mutuo ab alijs pecuniam ſumpſerunt, qua exercitus ſuos alerent; vt in Ageſilao, Cleomene, Lyſandro,

& alijs

& alijs factum. *Bodinus de Republ. lib.6.cap.2. de ærario constituendo.*

Verum non argumentis hic multis opus est, quando quidem experientia testatur: male bella geri, cum in crumena vacuum deprehenditur. Illud potius considerandum, quibus rationibus pecunia conficienda & paranda sit. Neque hic vtendum falsis accusationibus & delationibus, vt interfectorum aut proscriptorum bona in fiscum transferantur: id quod fecit Sylla. *Plutarch in eius vita.* Et Alexius Commenènus. *Zenoras in eius vita.* Non rapinis aut captationibus aut portorijs & exactionibus nimijs, quibus exugũtur subditi: quod Vespasianus fecit, Caligula, & nonnulli alij. Non nundinationibus & mercimonijs parum cõmodis: id quod Hippias Atheniensis fecit, qui ædium ascensus & portas, quæ foris aperiebantur, vendidit. *Aristot. in Oeconom.* Nõ mutuo petitis nummis, ita vt Calendis (quod aiunt) Græcis restituantur: id quod Dionysius fecit, *teste Aristot. in Oeconom.* Fecerunt olim & Galli, qui neminem in ciuitatem suam admiserunt, nisi qui pecuniam dedisset mutuo, quæ apud inferos redderetur, *Valer. Maxim lib.2.cap.1.* Non monetæ vel adulteratione vel imminutione. Id quod Timotheus fecit, & Dionysius Syracusanus & Hippias, *vti notat in Oeconom. Aristot* Et Iustinianus, *quemadmodum Suidas refert.* Non sacrilegijs & spolijs templorum aut eorum, quæ sacris vsibus destinata sunt: quemadmodum Iulianus fecit Apostata, & Dionysius Tyrannus, Verres itidem, *teste Cicerone lib.4.in Verrem.* Meliores sunt rationes pecuniæ conficiendæ: cum illa colligitur ac paratur 1. ex agris publicis, 2. hostium spolijs, 3. amicorum ac sociorum liberalitate ac contributione, 4. mercatura & negociationibus, 5. subditorum vectigalibus & tributis. Ita stipendia & pecunias compararunt: Voudanus Nausori præfectus, Antimenides Rhodius, Cleomenes, Alexandrinus, Charigenus,

Pecuniæ conficiendæ rationes.

Orites. *Aristoteles in Oeconom. Bodin. libro sexto de Republica capite 2.*

Tributa quomodo non sint molesta subditis.

Sed ratio hæc postrema, molesta esse videtur & ingrata subditis: commode tamen fertur: si vectigalia & tributa non sint nimia: non alia subditorum damna accedant: reipsa deprehendatur, hæc exigi subditorum salutis gratia, vt tuto reliquis frui possint: Magistratus & Principes continenter, non prodige, viuant: nec seipsos suspectos reddant, quasi in proprium, non commune commodum, tributum exigant. *Dionys. lib. 52. in Mecœnatis Oratione ad Augustum.* Tertio, etiam commeatus parandi sunt, quia 1. qui bellum gesturi frumentum & commeatum necessarium non præparant, sine ferro vincuntur. *Veget. lib. 2. cap. 26. 2.* Cum esurit, strenue agere humana natura non fert. *Procopius de bello Gothico lib. 3.* Ferro sæuior 3. fames est. Graue admodum cum natura & hoste simul pugnare. 4. Et reliquis casibus potest in tempore subueniri: pabulatio & annona remedium in necessitate non habent, nisi ante condantur. *Veget. de re militari, lib. 3. cap. 3.* 5. Neque disciplina militaris ibi seruari potest, vbi victus est penuria, miles ieiunus. *Cassiodorus libro 4. Variarum, cap. 13.* Mouentur hinc milites: vt ad spoliandos amicos, & prouinciales, licentiam quoque quamuis & proditiones veniant. *Idem ibid.* Atque hinc 6. expeditiones multæ impediuntut, aut tolluntur prorsus. Exemplo expeditio Cambysis in Æthiopes: vbi forte decimum quintum milites comederunt. *Herod. lib. 2.* Et illa, *cuius in Honorio Zosymus meminit:* vbi hæc audita non fuere horrenda: Precium humanæ carni pone. *Et in Iouiana Amianus Marcellinus lib. 25.*

3. Commeatus ad bellum parandi necessarij.

Societas & fœdera requiruntur

Quarto, societates & fœdera quoque necessaria requiruntur: de quibus vtramque in partem sæpe agi in deliberationibus solet: Vt apud Herodotum *libro 8.* vbi Alexander legatus Persarum fœdus & societatem ab Atheniensibus petit: & ibidem legati Lacedæmonio-

rum

rum dehortantur Athenienses à fœdere Persarum. Athenienses quoque simul & Persis & Spartanis respondent. Et apud Thucyd. *lib. 1. in Orationibus contrarijs Corcyræorum & Corinthiorum. Et lib.6.in oratione Niciæ Syracusani:* vbi hortatur ille Camarinos, ne societatem ineant cum Atheniensibus. Et huic respondet Euphemus Atheniensium legatus. *Et apud Xenophontem lib.1.de Cyri expeditione,in oratione Clearchi.* Et apud Cornel. Tacitum *in Vespasiano*, vbi Tencterorum ad Vbios oratio est, & Ciuilis ad Gallos: & apud Demosthen. *in Oratione de fœdere Alexandræo*: & Isocratem *in oratione de pace seu sociali*: & apud Cicer.*in Philippicis*: vbi agitur de societatibus & auxilijs Romanorum. Et hæc exempla quæstionis huius vsum monstrant: rationes quoque audiendæ sunt vtramque in partem probantes & improbantes fœdera: obseruandum,quibus cum fœdera & quomodo ineunda sint.

Contra societatem & fœdera rationes.

Et quidem negantem in sententiam adferri istæ possunt rationes: quod primum vbi plures principes, qui se pares existimant, fœdere & societate coniunguntur; facile inter ipsos suspiciones & controuersiæ oriuntur. Vnde fit, vt res magnæ spe incerta in difficultates multas incidant, & tandem euanescant. *Guicciardinus lib. 7. Historiarum.* 2. Nouarum rerum molitionibus student socij ac confœderati, propter vel metum potentiæ vicinorum, vel emolumenti ac commodi spem, quibus nolentes volentes fœderati ac socij implicantur. *Thucyd. lib. 2. in Oratione Corcyræorum.* 3. Opes leuiorum ita exhauriuntur: quandoquidem ingenti mercede societates ac fœdera parantur: non minoribus sumptibus aluntur & conseruantur. *Bodin. de Repub. lib. 5. cap. 6.* Non denique tutum semper est,fœderatis & socijs credere: & his nimium qui fidunt sæpe se & suos perdunt: vt verum sit, quod dicitur, optimum hoc esse munus datum à DEO, non facile & temere alijs credere. Exemplo sunt Athenienses, qui sociale

fœdus in patrocinium post dominatum mutarunt: *Xenophon de Repub. Athenienſ.* Exemplo ſunt Romani, apud quos ſub vmbra fœderis æque ſeruitutem plurimi ſunt paſſi. *Liuius libro 18. Decad. 33. Bodin. de Repub. libro 5. cap. 6.* Exemplo eſt Iohan Tranſyluaniæ Princeps, qui ad Solymanni fœdus & auxilium, ſed infeliciter, confugit. *Iouius lib. 28.*

Contra vero affirmantem in ſententiam adduci iſta poſſunt: quod 1. ad bellum feliciter gerendum fœdera & ſocietates neceſſariæ: conſiderandum, Ariſtoteles quod monet, quæ nam copiæ iam paratæ aut adiungi paratis queant, qui ſocij & amici Reipub. *Rhet. 1. cap. 5.* Cicero docet Senatori neceſſarium eſſe, noſſe Rempub. quibus ſocijs, amicis, ſtipendiarijs illa vtatur, *lib. 3. de legibus.* Augent præterea ſocietates & fœdera, tum gloriam, tum potentiam noſtram. *Thucyd. lib. 1. in Corcyræorum oratione.* Communibus, ijsque potentibus hoſtibus nulla ratione commodiori, quam ſocietatibus & fœderibus occurri poteſt. *Idem ibidem.* Natura denique ipſa ſocietates & auxilia communia conquirere videtur: quandoquidem ipſi homini duplices manus, ſocias aures, oculos geminos tribuit: vt robuſtius perageretur officium, quod duorum ſocietate complendum fuit: *Caſſiodorus libro 3. Epiſtolarum.*

Quibuſcũ fœdera contrahenda: an cum à vere religionis alienis.

Quibus vero cum ſint contrahenda fœdera, ſocietates inſtituendæ, controuerſum eſt. Et quidem 1. quæritur, an ſint in fœdus admittendi & ſocietatem, qui à vera religione ſunt alieni. Et eſt controuerſia hæc motatum, cum Franciſcus 1. Gallorum Rex cum Imperatore Turcico fœdus inijt. In affirmantem ſententiam primo videtur illud facere: quod DEVS ipſe per inimicos ſuos punire inimicos voluit: excitauit non ſolũ Cyrum, verum etiam malos populos, quib. Iſraëlitas ſuos punijt. Deinde occurrunt exempla quoq;: vt Abrahami, qui cũ Abimelecho fœdus inijt. *Geneſ. 22.* Ioſuæ, qui cũ Gabionitis ſocietatẽ contraxit. *Ioſ. 9.* Dauidis, qui cum

Ioramo

Ioramo Tyri Rege *2.Reg.5.* Salomonis, qui cũ Pharaone. *3. Reg.3.* Iudæ Machabæi: qui cum Romanis. *1. Machab. 8.* Simonis sacerdotis, qui cum Spartanis & Romanis pepigit fœdus *1. Machab. 14. Ioseph. lib. 12. cap. 17.*

Contra fœdera & societates.

Sed in negantem contra sententiam adduci recte illa posse videntur: Deum per prophetas & vates suos eiusmodi facta cũ impijs fœdera minus probare. 2. Exitus plerunque habere talia parum faustos & secundos. Ideoque concludendum, fœdera talia rara esse debere, & cum summa ingruit necessitas, hostiumque crudelitas, nec alia ratio euadendi sese offert: deinde Reipublicæ salus & causa fidei postulat: & vt caueatur, ne quæ insidiæ vitæ ac religioni struantur: quantum denique fieri potest, cito & bono modo dimittantur.

Vtrum melius sit cum Principibus an Rebuspublcis societatem ac fœdus inire?

Est & illud dubium, vtrum sit melius societatem & fœdus inire cum Principib. an Rebuspublicis. Pro Rebuspublicis facere illa videntur, quod primo Respub. paulo firmiores sunt & constantiores, vel ob motus tarditatem. Magis enim lente progrediuntur & diutius deliberant. Atque ita mora quædam interijcitur, antequam fidem frangant. 2. Non ita ob vtilitatẽ priuatam, societates & fœdera mutant: quemadmodum exemplum hoc ostendit Atheniensium Persico in bello, qui magnis promissis & pollicitationibus, tamen à fœdere communi Græcorum recedere noluerunt. *Herod. lib.4.* 3. Fœdera quoque cum Principibus & Regibus facta, horum morte finiuntur & irrita fiunt. *Machiauellus lib.1.cap 59.*

Contra tutius alij censent, cum Principibus, quam Rebuspublicis fœdus inire: quod potior dignitatis cura Principi quam populo sit: cuius proprium quasi inconstantia & mutabilitas. Deinde, vt annui plerumq; sunt Magistratus, ita sæpius quoque fœdera hic mutantur, quam in Monarchia. *Bodin.lib.6.de Repub.cap. 4.* Verum dici hic potest tritum illud:

Itali-

Italicos intra muros peccatur & extra.

In fœderibus faciendis quænã obseruanda?

Nec desunt exempla tam Rerumpub. quã Principum, in quibus fœdera parum tuta ac firma extiterunt. Ideoque hic cautiones obseruandæ aliæ, vt societates & fœdera tuta ac felicia sint. Quarum 1. est causæ bonitas & æquitas : vtrum res illa, ob quam petitur fœdus, sit iusta : non pertineat ad oppressionem religionis aut fœderis iunctio. *Thucydid. lib. 1. in oratione Corinthiorum.* 2. Potentia, vbi Hadriani illud obseruandum, qui monet: In caducum parietem non esse inclinandum. 3. Anteacta, quales erga alios socios & fœderatos se gesserint, qui inire fœdus nobiscum cupiunt: cum leuibus enim, inconstantibus & ventosis hominibus fœdera non tuto institui possunt. *Thucyd. lib. 1.* 4. Vicinitas : secundum enim prouerb. Procul qui habitant amici, non amici. *Aristot. in Rhet. ad Alexan. c. vlt.* Similitudo tam potentiæ, quam morum. Dissidentibus enim opinionibus & voluntatibus diuersa fiunt. *Thucyd. lib. 3.* Etiam leonina societas est periculosa, qua scilicet cõmodum omne ad vnum aliquem redit : reliqui socij ac fœderati interim fraudantur, damnum non lucrum sentiunt : qualis plerunq; societas est cum Regibus, aut alias præpotentibus. *Erasmus Chiliad. 1. cent. 7. Prouerb. 8.* 6. Animorum coniunctio: non enim amicitia firma, aut libertas tuta est, vbi animorum exulat coniunctio : suspiciones variæ oriuntur. *Thucyd. lib. 3.* Sed & danda simul opera est : ne temere, semel facta fœdera, mutentur aut violentur. Cum enim secessio fit & dissipatio fœdere iunctorum, omnes sensim ac paulatim cladem aliquam accipiunt.

Itaque, cum cõtentiones & controuersiæ incidunt inter fœderatos, non illico ad arma perueniendum : sed hæ cõponendæ & dirimendæ iudicijs sunt: cauendum, ne quis ante iudicium de possessione deijciatur. *Thucyd. lib. 1.* Hoc cogitandum: Quicquid ex multis partibus constat, ita natura comparatum esse: vt aliqua eius

pars

pars laboret, quæ non illico resecanda, aut expellenda: quod ita reliquum corpus aspectu turpe redditur, totum deniq; breui interit. *Dionys. Halicarn. lib. 8.*

Maxime vero istud statuendum, iureiurando fœdera sanciri, & confirmari, cuius violati vltor & iudex ipse DEVS esse solet. Itaq; Lysander non placet, qui astragalis pueros, iureiurando viros decipiendos esse dixit. *Plutarch. in Apophth. Laconicis.* Rectius Ægyptij, qui grauiter tales punierunt: vt qui & pietatē in Deos violarent, & tollerent fidem inter homines, vinculum vnicum humanæ societatis. *Diodorus Siculus lib. 1. cap. 6.* Et exempla testantur, infelices vtplurimum esse eos, qui temere fœdera frangunt: Sedechiæ Regis Iudæorum, qui captus, oculis orbatus, & abductus Babylonem cum omni populo fuit. *Esdræ 3. cap. 1.* Deinde Tisaphernis Persarū Ducis, cui Agesilaus post violatum fœdus per legatos indicari curauit, se magnam Tisapherni gratiam habere: quod periurio suo & Deos & homines sibi infensos reddiderit. *Plutarch. in Laconicis.* Carthaginensium, qui pœnas perfidiæ ac periurij graues dederunt. Ladislai Vngarorum Regis, qui, cum instinctu aliorum fœdus cum Amurate factum temere fregisset: ipse cum 30. millibus perijt. *Bonfin. lib. 6. Historiar. Vngaric. Decad. 3. Paulus Iouius in Amurate.* Caroli denique III. Crassi appellati. *Paulus Æmylius de reb. gestis. Francorum lib. 4.*

Quinto, arma etiam & tormenta militaria necessario in bello requiruntur: de quibus tamen vtramque disputari in partem potest. His enim impedimenta virtutum obijciuntur: vt non, quemadmodum olim, vires illæ suas exercere queant. Deinde, non exiguos sumptus tormēta requirunt: tertio, singulari custodia. Fortitudo in prœlijs non sagitta, non fulminari puluere & bombardis, sed gladijs & hastis declaratur. Inde quoque postremo Romani in prœlijs non in telis & sagittis, sed gladijs victoriæ positam spem habuerunt. Duces mi-

Arma & tormenta in bello necessaria.

Cōtra tormenta.

ces milites suos sunt hortati, vt, missis telis, ad gladios venirent. Et si omnino tormenta necessaria, magis ad offendendum quam defendendum prosunt. *Plutarch. in vita Marcelli. Machiauell. lib. 2. cap. 17.*

Pro tormentis. Contra vero esse machinas murales & bellicas necessarias, experientia primum ostendit: probat secundo vetustas, quia machinarum eiuscemodi etiam Sacræ literæ meminerunt. Deut. enim 20. DEVS præcipit: vt si quæ ligna non sint pomifera, sed agrestia, succidantur, atque inde conficiantur machinæ ad ciuitates capiendas. Deinde ab Osia Rege machinæ Hierosolymis fuerunt confectæ & vsurpatę in turribus & angulis murorum. *2. Paral. 26. Meminit & harum Aristoteles lib. 7. Polit. 10. cap. Et Liuius ac Dionysius. Plutarch. in Pericle.* Tum etiam cum in bello non minus ingenium requiratur, quam corporis flagitentur vires: etiam machinę murales necessariæ sunt, in quibus singulare ingenij documentum est: ita vt quidam machinas à sapiendo esse dictas censeant. *Isidorus in Mechanicis.* Sed & longe maior vis & efficacia taliũ tormentorum, quam armorum esse solet: vnde alij machinas dictas esse volunt ἀπὸ τοῦ μὴ χαίνειν: quod qui feriuntur bombardis nõ hiscant amplius, sed illico pereant. Huc accedit quod legio quoque non tantum militum numero, sed etiam ferramentorum genere vincere consueuit. *Veget lib. 2. de re militari. capite 25.* Et machinæ recensentur, quibus muri oppugnabantur: testudines, arietes, vineæ, gluti, musci, turres ambulatoriæ. *lib. 4. cap. 13. vsque ad 18.* Numerantur Sambucæ, exostæ, tollenones, *cap. 20. & 21.* & tormenta, quibus muri olim defensi, balistæ, onagri, scorpiones, arcubalistæ, fustibales, *cap. 22.* Explicantur vero à Vitruuio *de architectura lib. 10. cap. 19.* Ammiano Marcellino *lib. 23. in Iuliano*, & à Lipsio *in libris 5. Poliorceticis, seu de machinis & tormentis.* Et hodie, Bombardæ quantam habeant vim, constat: quæ anno 1380. tempore belli Genuen-

nuenſium contra Venetos ad Celuuiam inuentæ dicuntur *à Blondo. lib. 21.* Quanquam ſint qui inuentionem bombardarum vetuſtam, vſum renouatum contendunt. *Cornel. Agrippa de ſcientiarum varietate.* Recenſentur vero à ſuperioribus colubrinæ longius pilas euomentes. *Iouian. lib. 2. & 3.* Smerilia & falcones parui. *Idem lib. 25. Machiauel. lib. 29 & 36.* Canones. *lib. 2* Piſtolea. *Arnoldus lib. 9.* Vnde vero tantam vim & efficaciam habeant, cur fragorem eiuſmodi edant, diſputat Cardanus *de ſubtilitate lib. 2.* Sexto etiam arces & propugnacula munita vt adſint, neceſſe eſt, de quibus hic nihil agendum: quandoquidē oſtenſum ante fuit, in loco communi de ædificijs publicis & priuatis: vtrum arces & loca munita plus obſint, quā proſint. ſunt etiam argumenta vtramq; in partem allata. Accedendum ad ea iam eſt, quæ requiruntur, cum bellum iam geritur & oritur.

Munitiones in bello neceſſariæ.

QVÆSTIO LXXV.

AN IN BELLO SIT VTENDVM *ſtratagematis ad decipiendos hoſtes?*

In ipſo bello quæ requirantur?

ET quidem negantem in ſententiam adferri iſtæ rationes poſſunt, quod primo ſit viri, palam, non occulte & fraudulenter, hoſtes ſuperare. *Tacit. lib. 2. Annalium. Lipſ. Pol. 5. cap. 12.* Secundo, non poteſt victoria eſſe ſplendida & laudabilis, quæ dolo non virtute paratur. *Polyb. lib. 13.* Tertio, dignitas & autoritas retineri nequit, niſi ſalua & integra ſit fides. *Florus lib. 1. c. 12.* Poſtremo, quę ſtratagematis acquirūtur, eſſe firmæ ac ſolidæ victoriæ nō ſolent: propterea quod facile ſe colligūt, qui dolo ſuccubuerūt. *Tacit. in Agricola.*

Contra in affirmantem longe plura ſunt argumenta, & quæ etiam ipſa experientia nos docet. Nihil enim vtilius in bello iudicatur dolo: ſunt furta pulcherrima belli. *Xenophon in Hipparcho. Thucyd. lib. 2.* Nihil quoq;

quoque præstantius 2. videtur & magis conuenire viris: quia ratione & mente potius, quam vi & robore corporis efficitur. *Xenoph. de Spartana Repub.* 3. Summa putatur Ducum, victoriam sine periculo comparare. *Polianus Stratag.1. & Veget. de re militari, lib.3.c.9.* Maxime si 4. fortiores hostes extiterint, & magis milite instructi. *Procopius lib.2.* Nec 5. displicuit, hanc totam artem monumentis consignare: quemadmodum Frontinus libros aliquot stratagematum collegit, & pulchre secundum capita & materiam distinxit. Sunt deniq; his vsi viri pietate, sapientia & vsu insignes. Itaq; Iosua vrbem Nain, Israelitæ Beniamitas superarunt. Vlysses sapientissimus gloriatur de dolo & fraude, qua hostes superet. Eadem claruerunt ratione Nicias, Pericles, Iphicrates, Athenienses. Philippus apud Macedones, Hannibal apud Carthaginēses. Iulius Cæsar apud Romanos. Itaq; Stratagematis vti licet: modo illud diligenter caueatur, ne dolus & fucus hosti patefiat: & si quid eiuscemodi ab hostibus tentetur, milites nostri certiores de hoc reddantur, antequam terror aliquis oriatur. Quod contra Semiramidem Indiæ Rex fecit: & contra Fidenates Marcell. *Liuius libro 4. Machiauellus lib.3. cap.14.*

QVAESTIO LXXVI.

VTRVM PRODITIONLBVS VTI in bellis liceat?

IMprobauit hoc Camillus, qui ludi literarij Magistrum, principum filios ad se adducentem, vinctum pueris tradidit, & ad hostes remisit. *Liuius lib.5. Decad. 1. Plutarch. in vita Camilli. Volater. lib.14.c.2. Plinius de viris illustribus c.20.* Remiserunt itidem Romani Medicum, qui veneno se necaturum Pyrrhū Regem suum promiserat. *Plutarch in Pyrrho. Eutrop. lib.2.c.4.* Contra in Sacris literis Gabaonitæ Calonæos prodiderunt: prodi-

prodidit Rempublicam suam Rachab: Ionathan Sauli patris consilia. Et vt fœdera iniuste frangere impium est: ita hostes quouis modo fallere, non modo est iustum & honestum, sed iucundum quoque & lucrosum. Et iuuare Magistratum quouis modo oportet, vt vitia extirpentur. *Plutarch. in Apophthegm. Laconicis.* Et exempla alia testantur quoque, proditionem esse gratam & laudari, etsi ipsi proditores sint exosi. Ita Seuerus proditores cum suis liberis interfecit. *Herod. lib. 3.* Occidit proditores Aurelianus Imperator. *Flauius Vopiscus.* Interemit proditores Maximinus. *Iulius Capitolinus.* Clodofæus Rex Francorum monetam auream promissam proditori cum adulterina permutauit. *Æmylius lib. 1. de rebus gestis Francorum.* Neque immerito, propterea quod exemplum prodendorum regum regis iudicio non probandum censuit. Neq; veri simile est, fidem seruare alijs eum posse, qui patriæ aut Principibus suis non pepercit. *Flauius Vopiscus. Æmylius lib. 1. de rebus gestis Francorum.*

QVAESTIO LXXVII.

AN INSIDIIS, AVT MARTE APERTO agendum in bello?

Concludendum hic videtur: melius esse aperto & publico Marte non agere: quod boni Duces non prœlium aperte, in quo est commune periculum, sed ex occulto attentare solent: vt interim suos, quantum possint, hostes interimant. *Vegetius de re militari, lib. 3. cap. 9.* Et exemplum Spartanorum hoc ostendit; qui, cum publico in prœlio ab Epaminonda essent victi, Græciæ Imperium amiserunt. *Æmylius Probus in Epaminonda.*

QVÆSTIO LXXIIX.

VTRVM CVM HOSTE PROTRAhenda pugna?

SVnt, qui existimant cito esse cum hoste prœlium committendum, dum adhuc integræ vires exercitus sunt. Contra alij, & rectius, differendum esse prœlium & cunctandum existimant: quod hoc modo hostis aut penuria maceratur, aut desiderio suorum reuocatur ad propria, aut nihil magnum faciens, per desperationem abire compellitur: incipit nudari, qui copiosus aduenerat. *Veget. de re militari lib. 3. cap. 9.* Exemplo est Fabius Maximus, qui non dimicando, sed cunctando Hannibalem vicit. *Plutarch. in eius vita.*

QVÆSTIO LXXIX.

QVÆNAM POST PVGNAM AC prœlium obseruanda?

EST postremo & hoc considerandum, quænam post pugnam & prœlium obseruanda sint: quo pacto vtendum victoria: quid in clade agendum. Et quidem primo quæritur: sintne dure an clementer hostes victi tractandi? Priorem in sententiam ista adferri possunt, quod seueritas sit necessaria, vel ad terrorem maxime incutiendum alijs. *Polybius in Epitome lib. 10.* Deinde periculum est, ne dum facile ignoscitur, plures incitentur ad experiendam aduersus nos fortunam belli. *Liu. Decad. 4. lib. 1.* Sunt in promptu quoque exempla. Neque enim Dauid ciuitati Rabanæ pepercit. *2 Reg. 12.* Neque laudatus Saul fuit, quod Agagum dimisit. *1. Reg. 15.* Aut commendatus quoque Achabus, quod in Syros misericors extitit. *3. Reg. 20.*

Rationes pro seueritate in hostes.

Sunt autem plures rationes contra in negantem sententiam: Et quidem primo, quod exempla allata singularia & expressa DEI mandata habuerunt. Secundo, DEVS

Contra seueritatem.

Devs præcipit, vt vltionem non quæramus; aut memores simus iniuriæ ciuium nostrorum. *Leuit.19.* Tertio, muliebris est vindicta: argumentum nobilis & generosi ingenij clementer victos tractare. Et notum illud Poëtæ est:

Quo quisquam est maior, magis est placabilis ira:
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.
At lupus & turpes instant morientibus vrsi:
Et quæcunq; minor nobilitate fera est.

Quarto, qui deuictis misericordiam & veniam negant, duram aduersus seipsos legem constituunt: quandoquidem qui dira immaniter inferunt, mitia & læta recipere nequeunt. *Diodorus Siculus lib.13.* Quinto, nihil perniciosius est, quam ad desperationem redigere hostes: quia tales expugnatu difficiles sunt. *Thucyd. lib.1.* Postremo, cogitandum rerum humanarum circulum quendam esse, qui non sinat eosdem semper felices esse: fortunam vitream ac mutabilem. *Herod.lib. 1. Pausanias lib.4. Diodorus Siculus lib.12. Plutarch. in Æmylio.* Paulo breuibus quoque momentis summa euerti. *Corn.Tac.lib.5.* Maioremq; reportasse laudem Agesilaum, Epaminondam, Cæsarem, Alexandrum Magnum, qui victoria sua modeste vsi sunt: quam Antigonum Asiæ regem, aut etiam Aulam, qui crebris victorijs elatus, iactauit stellas præ se cadere: terram sibi metuere: se malleum esse vniuersi orbis terrarum. *Nicolaus Bolaus in Aula.*

In clade accepta quomodo sese gerere oporteat?

Quemadmodum vero insolenter multi victorijs vtuntur, ita victi fractis abiectisque animis sunt prædíti. Cogitandum igitur est illud: fortiter ferendum esse, quicquid aduersi in prœlio accidit. 2. Martem communem non raro victum erigere, affligere victorem. *Liuius lib.28.* 3. Imperatori ac Duci etiam victo laudem afferre: si prudentia, industria, fortitudo mune-

ribus functa suis fuerint. *Seneca lib. 7. de Beneficentia, cap. 13.* Semper quoque honoratam virtutem esse, vbi eam exitus fefellit: nec infelicem virtutem amittere gloriæ titulum, nec gloriam virtutis intercipere fortuitam felicitatem. *Idem lib. 4. controuers. centur. 7.* Postremo, nihil homini pulchrius esse: quam bona & honesta in causa mori. *Cic. 14. Philip. Demosthenes in funebri oratione. Curtius lib. 5. Historiarum.*

FINIS LIBRI II.



POLITICARVM QVÆSTIONVM

PARS III.

Cuius materias INDEX *additus ostendet.*

AVTHORE

MELCHIORE IVNIO WITEBERGENSI: ELOQVENTIÆ Argentinensi in Academia Professore.



FRANCOFVRTI,

Impensis LAZARI ZETZNERI Bibliopolæ.

M. DC. VI.





PIETATE, DOCTRINA, VIRTVTEQVE PRÆſtanti Iuueni:

D. BALTHASARO SCHIMmelpfenningio, Bartenſteinenſi Boruſſo,

MELCHIOR IVNIVS S. P. D.

TERTIAM *& poſtremam Politicarũ Quæſtionũ partem Tibi, optatiſsime ac doctiſs. Dom.* SCHIMMELPFENNINGI, *inſcribere (neque ſine cauſa) placuit. Aliquot Tu ante menſes, ſtu-*

diorum ad nos gratia venisti, ex inclyta Academia Regiomontana: & hæc ipsa tractas non obiter, sed serio. Venturæ hyemis & senectutis memor, verno tempore ac iuuenili in ætate, fundos Tuos diligenter excolis: perire illud tempus Tibi autumas, quod studijs non tribuis. Non turpes atque inhonestæ ab his Te voluptates auocat: non sodalitia praua abducunt: non otium iners & ignauum abripit: non, quæ plurimorum impedire cursum felicem solet, φιλαυτία & προκοπῆς οἴησις; *abstrahit. Methodum ac rationem discendi eam obseruas, quæ Tibi à Clarissimo Consultissimoq; viro D. Balthasaro Brausbergero, I.V. Doctore & Professore Illustri in Academia Regiomontana; ac ornatissimo doctissimoq; viro D. Magistro Casparo Clee, Græcæ lin-*

cæ linguæ ibidem professore, præscripta est: cum nostra quoque plane consentit: discrepans ac diuersum à nobis nihil continet. Quo nomine Academiæ nostræ gratulor: cum video Clarißimorum Doctißimorumque virorum consentientes nobiscum voluntates, sensus pares, consilia similia, gemina vota, studia eadem illorum pro virili conatus promouendi, & ordine bono promouendi, qui in literis viuunt, vitæque suæ quasi tabernaculum figunt: inde opis quid & auxilij rebus afferre humanis cupiunt. Itaq;, vt mea quantulacunque studia & officia prompta parataque Tibi offerrem, huius rei specimen aliquod atque documentum exstaret, hanc ad Te partem Quæstionũ mittere volui: quam eo à me animo vt

accipias, quo à me offertur, etiam atque etiam rogo. Ita Iuris in ſtudio verſaris, vt politica non negligas: hæc eſſe non deguſtanda modo atque delibanda: verum etiam cognoſcenda penitus ſtatuas. Quæ autem hac in parte tractantur, eiuſcemodi ſunt, vt niſi mea me forte opinio fallit, à fine ſtudiorum Tuorum minime abhorreant. Segetem emergendi atque inclareſcendi adhuc magis patria in Tua, vberem atque copioſam habes: eidem vt inſeruias aliquando ac commodes: remis, quod aiunt, velisque contendis. Non ergo, opinor, incommodum erit, ante in ſcholis cognoſcere, quæ hanc ipſam ad rem neceſſaria videntur, & in his vtramque in partem diſceptantur. De iudicijs enim hic agitur, quibuſnam

nam de materijs ac controuersiis potissimum, & per quos illa sint exercenda, ostenditur. Illud in Quæstionem venit: vtrum leges sint scriptæ necessariæ: quæ, de quibus, latæ: in iure ciuili, Platone, Cicerone, reperiantur: quid in his obseruandum sit. Planum istud fit: cur & pœnis atque animaduersionibus, & præmijs bene constituta in Republica sit opus: & quid in his agendum, vt eidem prosint, nō obsint. Tandē & illud controuertitur, sit nec ne sepulturæ ratio habenda: curanda epitaphia: in vrbe aut extra hanc demortui sepeliendi: quænam in his moderatio adhibenda. His ergo vtere, si placet, ac fruere, inque eorum me numero ac loco habe, qui & studijs Tuis, & commodis alijs ex animo fauent:

prouehere atque promouere hæc eadem pro viribus conantur. Vale Argentinæ VIII. *Id Ianuarij* M.DCII. *quem Tibi annum nouum, faustum fortunatumque vna cum alijs plurimis, ex animo precor.*



INDEX PARTIS III.

QVÆSTIONVM.

tes

FINIS.



QVÆSTIO LXXX.

VTRVM CHRISTIANO LICEAT IVDICIO EXPERIRI, CAVSAS in foro agere?



VDICIORVM non minor atque superiorum hodie tum necessitas tum vtilitas est. Neque enim tam secunda & ad voluntatem fluente quisquam fortuna vtitur: qui non vel suo, vel suorum nomine iure res experiri, lites atque controuersias suas Iudicibus dirimendas committere necesse habeat. Quin & iis, qui eo sunt sidere nati; vt propter aduersarios premere forum non cogantur, iucunda cumprimis & frugifera argumenti huius notatio esse potest: vt iudicium ipsi de aliorum iudiciis conforment: decidere quæstionem, & decidere erudite, valeant: quarum bene multæ moueri nonnunquam solent: an scilicet ij, CHRISTO nomen qui dederunt, lites sequi debeant & coram Iudice contendere: quibus deinde in rebus facere istud concedatur: tum per quos potissimum iudicia exercenda, & qua tales ratione eligendi. Præterea quo & loco, & modo iudicia instituenda: quibus præditi virtutibus Iudices, à quibus alieni vitijs esse debeant. Habent autem abunde segetem atque materiam hinc dicendi oratores aliquando futuri in omnibus causarum generibus: *Vsus quæstionis.*

cum in accusationibus & defensionibus sunt Iudices compellandi: in suasionibus & dissuasionibus admonendi de officio suo: in laudationibus & reprehensionibus vel commendandi vel vituperandi Iudices, ob præstitum aut neglectum officium.

Contra iudicia rationes.

Primum ergo quæri non incommode posse videtur: An Christiano liceat iudicio experiri, causas in foro agere? Et in negantem sententiam adferri istæ rationes possunt. Quod 1. non resistere malo iubemur, & obuertere alteram maxillam ei, vnam qui percusserit. *Matth.5.2.* Inter Corinthios Apostolus esse delictũ affirmat, eo quod inter ipsos iudicia sint. *1.Cor.6.3.* DEVS crucem & calamitates immittit, & per improbos ac iniuriosos exercet homines: vt diuinæ voluntati resistere videantur, qui his iudicio occurrere conantur. 4 Profligatæ & turpis educationis, male constitutæ in ciuitate disciplinæ nullum maius argumentum esse videtur; quam cum in eo est statu ciuitas, vt non modo humiles & obscuri homines, verum etiam liberaliter educati, summorum Iudicum opera indigeant. *Plato 3. de Repub.5.* Etiam Philosophi reliqui legislatorem dare operam iubent, vt iudicia publica paucissima semper & rarissima sint. *Aristoteles Polit.6 cap.5* 6 Cicero duri hominis, vel potius vix hominis esse censet, periculum multis inferre: neque quicquam tam inhumanum esse statuit, quam eloquentiam à natura ad salutem hominum datam, ad bonorum pestem ac perniciem hominum conuertere *Cic.2.Officiorum.*7. Iusticia hoc requirit: vt qui alterum vult iudicare, ipse omni crimine vacet: quod tamen de se affirmare nemo potest. 8. Periculosum hoc quoque priuatim & perniciosum est: quandoquidem qui in iudicium alios vocant, legem sibi ipsis indicunt innocentiæ, continentiæ, omnium virtutum: ideoque Lucius Crassus nullius rei tam se pœnitere dixit, quam quod Carbonem vnquam in iudicium vocasset: hoc argumẽto: quod minus liberas omnium voluntа-

luntates haberet:& vitam suam pluribus, quam vellet, obseruari oculis animaduerteret. *Cic. libr.3.in Verrem.* 9. Melius esse videtur per arbitros controuersias componi,quam summo iure experiri: eaque de causa Plato puniendos esse eos scribit,qui arbitrio domestico obtẽperare recusant.*12.de Legib.* Nec desunt rationes: quia per arbitros quamprimum, deinde minima cum molestia res transigitur. *Cic.pro Quintio.* Deinde humanius est & tutius hoc,quia iudicium exponitur hoc loco, vt totam litem obtineamus aut amittamus: ad arbitrium hoc modo adimus;vt neque nihil,neque tantum, quãtum postulamus,consequamur. *Cic. pro Q. Roscio Comœdo.* Nec (postremo) temere vulgo dicitur,satis lucrari eum,qui à lite discesserit; quandoquidem, vt Poëta ait,petit iudex,petit & patronus. *Martialis lib. ad Sextum.* Hæc contra iudicia argumenta sunt.

Pro Iudiciis rationes.

Pro iudiciis faciunt,quæ sequuntur. Et quidem ad dictum Christi seruatoris quod attinet, abusus hoc est etiam Iulianus Apostata,cum Christianis, querelas de iniuriis illatis mouentibus,respondit: Christi amorem esse τὸ κακοπαθεῖν,iniurias perferre. *Ammianus Marcellinus lib.22.* Sed dictum hoc vltionem priuatam prohibet: potius quoque censet, à iudicio desistere, quàm charitatem Christianam violare,talionis legem intempestiue obseruare,temere mouere lites, infirmos offendere. Ad alterum: Non iudicia ipsa damnat Apostolus, sed in Corinthiis hoc reprehendit, quod contentiosi sint,& causas suas apud gentiles & infideles agant. Ad tertium: Non quia DEVS per improbos,suos exercet, idcirco improbitas non punienda. Et vt DEVS aliquando morbos immittit; non tamen prohibet, quo minus Medicis & pharmacis vtamur: ita & iudicia ac media legitima idem vult adhiberi,cum iniuria ab alijs afficimur. Ad quartum: Platonis si esset Respublica, id est,Idea quædam & perfectio; opus sane iudiciis non esset: sed quia ex intemperie hominum controuer-

ſiæ oriuntur,& iniuriæ; omnino neceſſe eſt,vt à iudicibus legitimis illæ tollantur. Ad quintum: Rectè Philoſophi cenſent,pauciſſima eſſe iudicia debere: ſed non propterea nulla eſſe poſſe affirmant. Quod etiam ad ſextum reſpondendum: vbi merito illi taxantur, qui quæſtum ex aliorum accuſationibus faciunt: ſtudent multis periculum inferre, vt ipſi interim diteſcant. Ad ſeptimum: Nemo vtique ſine crimine viuit: at in iudicio non homo,ſed magiſtratus eſt ſpectandus: diſtinguendum inter ſanctum,& inter hominem, qui infirmitate quadam laborat, nec interim officij maieſtatem tollit. *Ariſtoteles Polit.4.16. & in hunc Caſus.* Ad octauum: Quia periculoſum accuſare alios, hoc magis laudandus eſt ac diligendus is,qui illud facit: propterea quod non ſolum Reipub.ciuem improbum remouet, verum etiam ſeipſum eiuſcemodi fore profitetur ac præſtat: vt neceſſaria quadam ratione ſibi ſit rectè honeſteque viuendum. *Cic.lib.3.in Verrem.* Ad nonum: Quemadmodum ante,quam bellum moueatur, omnia prius experiri ſapientem decet: ita opera danda, vt per arbitros controuerſiæ componantur: & hoc gratum Magiſtratui,quod ſua autoritate etiam inuitos ad pacem cogit: nolentes vero,ſed potius arbitrio componentes ſua nõ aſtringit. Deinde iudicia non tantum in dirimendis cõtrouerſijs, verum etiam maleficijs puniendis ſunt occupata. *Cic.pro Cecinna.* Sunt ergo iudicia neutiquam contemnenda etiam Chriſtiano; quandoquidem 1. DEVS ipſe iudicia inſtituit; huius miniſtri Iudices ſunt. *Geneſ.8.Exod.18.Deuter.1.2.Paral.19.Sap.6.Roman.13.* 2. CHRISTVS cum à ſeruo pontificio cæderetur,eum vituperauit: ad Cæſarem in Actis prouocauit Apoſtolus. 3. Reipublicæ firmamentum in iuris æquabilitate & integritate iudiciorum conſiſtit. *Demoſth.in Oratione περὶ συντάξεως. Oſor.lib.8.de Regis inſt.4.* Si leges ſunt neceſſariæ,ſine his nec domus vlla,nec ciuitas,nec gens ſtare poteſt. *Cic.3.de Legibus:* etiam Iudices erunt neceſ-

ſarij;

ſarij, qui legum interpretes ſunt. *Cic.pro Cluentio.* harum ſeueritatem cuſtodiunt, muniunt authoritatem. Demoſth.contra Midiam: in effectum eaſdem producunt. *Iuſtin.Conſt.100.61.* 5. Nec ſine cauſa iudiciorum perturbationes, infirmationes rerum iudicatarum, afflictarum ciuitatum extremi exitiorum exitus eſſe ſolent. *Cic.2.Agraria.* Etiam, 6. vtile eſt, accuſatores multos in ciuitate eſſe, vt metu audacia contineatur. *Cic.pro S.Roſcio.* Laudati (poſtremo) ſunt Romę iuuenes, qui alios accuſarent: eo quod viderentur flagitioſis & improbis hominibus acerrime incumbere, vt feris generoſi catuli. *Plutarch.in Lucullo.* Eaque de cauſa non committendum, vt iudicia vel interturbentur vel impediantur. Quemadmodum enim morbus non ſanatur, ſi ſalutarem medicinam ægro propinare Medicus prohibeatur: ita ciuitatis facinora non expiantur, ſi Iudices à ſententia abigantur. Deinde diſciplina ciuitatis ita labefactatur: aperitur feneſtra ad omnem nequitiam: hanc ſeditiones ſequuntur. *Ariſtoteles Politic. 2. capite 9. Et in hunc Caſus.*

QVÆSTIO LXXXI.

QVIBVSNAM DE REBVS *ac controuerſiis iudicia inſtituenda?*

POſito hoc quaſi fundamento, recte quæritur; Quibuſnam potiſſimum de rebus iudicia inſtituenda: propterea quod ſæpe adducuntur, quæ in iudiciis non poſſunt conſiſtere: non etiam male dubitatur, An recte de litibus & controuerſiis omnibus iudicia forenſia habeantur. Diſcuſſio igitur diligens & *ἀνάκρισις* adhibenda ante, quam in forum iudiciarium aliquid adferatur. Neque conſiſtere in iudicio poſſunt, 1. quæ ſtatum non habent, vt ſunt *ἄπειρα*, infinita, in quibus exitus nullus

deprehenditur, nec expedire sese iudex potest. 2. παράδοξα, incredibilia. 3. ἀδύνατα, impossibilia. 4. ἄδοξα, quæ cum infamia coniuncta. 5. nugatoria, argumentis nullis munita. *Hermog. de Statibus.* 6. quæ non possunt consistere ratione circumstantiarum, loci, temporis, personarum. 7. iudicii dilationem admittunt propter vel morbum & inualetudinem, vel peregrinationem, vel aliud quid simile. *Sigon. libro tertio de Repub. Athen. cap.* 4.

Quæ in iudicio admittenda. Exterminanda ergo hæc è foro sunt: admittenda contra: vbi & res seu facta & personæ argumenta adferunt, & sunt controuersa. *Hermog. de Statibus.* Secundò, cum gesti magistratus rationes petendæ, & examinanda officia publica: quemadmodum actiones Verrinæ fuerunt. Tertiò, si quid in publicas personas aut ipsam Rempub. commissum: cuiusmodi maiestatis aut perduellionis crimen appellatur. Quartò, quibus pœnæ & mulctæ sunt irrogandæ; quæ frena quasi & vincula sunt, quibus in officio homines continentur. Quintò, cum de contractibus est magnis agendum. Ad quod pertinere caput videntur controuersiæ, quæ de emptione & venditione, nuptiis, testamentis, tutelis oriuntur. Sextò, vbi de cæde commissa consulto & sponte, vel imprudenter & inuito, iuste vel iniuste controuersia oritur. Septimò, quando cum peregrino vel ciue vel alio aliquo peregrino negotium est. Postremò, cum de rebus paruis & minutulis sunt contractus, & inde quoque controuersiæ nascuntur. *Aristoteles Polit.* 4. *cap.* 16.

De rebus paruis vtrū iudicia instituenda. Quod tamen postremum caput esse controuersum videtur: siquidem non male dubitatur, Vtrum de rebus paruis sint iudicia instituenda. Ita enim primum offensiones admodum crebræ inter ciues oriuntur. Deinde, aperitur fenestra contentionibus in foro & iudiciis. Tum, fouetur & nutritur auaritia eorum, qui causas agunt. Contra rationes istæ negligendæ minime viden-

videntur: quod scilicet, quando parua negliguntur, vires malitia acquirit: quæ putantur leuia, magnum in malum demum prorumpunt. 2. Iudicia non tantum magnis, sed etiam alijs patere debent: sunt sententiæ dicendæ; consulendum non tantum illustribus & nobilibus, verum etiam tenuioris conditionis hominibus. 3. Vt magna incendia, ita Rerumpub. contentiones, & controuersiæ periculosæ auertantur: etiam horum scintillæ sunt extinguendæ. 4. Quandoquidem deteriores omnes fiunt licentia: quæ ipsa resecanda est & tollenda non solum in magnis, sed etiam paruis delictis ac criminibus. Nec desunt huius rei 5. exempla. Atheniensi in Repub. non solum fuerunt iudicia publica, de cæde, incendiis, veneno, insidiis, sacrilegio, impietate, proditione, impudicitia, adulterio, neglecta militia, & similibus: verum etiam priuata de conuicio, de verberatione, de ebrietate, & cæteris. *Aristoteles Politic. 4. capite sexto. Sigonius libro tertio de Athen. Repub. Isocrat. de bigis, & contra Lochitem. Demosth.* [*Oratione 1. in Stephanum. Plutarch. in vita Solonis.* Etiam apud Persas forum Iudiciarium duplex fuit: aliud liberum, honoratorum hominum: aliud mercenariorum & mercatorum. *Xenophon libro primo Pædiæ Cyri.* Et apud Romanos fuerunt maiores & minores Iudices. Maiores sua habuerunt Βήματα, Tribunalia, loca editiora & honoratiora: Minores tantum Βάθρα, Subsellia. *Dio libro 44.*

QVÆSTIO LXXXI.

PER QVOS IVDICIA *exercenda?*

Contentiones hodie sæpe de personis graues oriuntur; & primo quæri solet, an fœminæ iudicare possint. In affirmantem sententiam valent ista; quod quibusdam mulierculis iurisdictio iudicandi pote-

Vtrum fœminæ iudicare posſint.

ſtatem concedit. Sunt fœminæ deinde ingenioſæ, ſunt prudentes, ſunt curioſæ, ſunt iudicandi auidæ. Tum fœminæ multa iudicarunt, vt Debora in populo Iudaico. *Iud. cap. 4.* Germani mulierum iudicia admiſerunt. *Cornel. Tacit. de moribus Germanorum.* Spartani grauiſſimis in negotiis fœminarum adhibuerunt iudicia, *Plutarch. in Lycurgo.* Romani aliquando Senatulum habuerunt ex mulieribus conſtantem. *Lamprid. in Heliogabalo.* Et Dido apud Poëtam iura dabat legeſque viris. *Virg. 1. Æneid.*

Pro fœminarum iudicio.

Contra fœminarum iudicium.

In negantem vero rationes iſtæ occurrunt, quod Deboræ exemplum in Sacris ſingulare: neque inde regula conficienda: quemadmodum & iuriſdictio ſingularis eſt, & melius interim ibi agitur, cum etiam viri in iudicium adhibentur. Germani quoque, vt & Spartani, quia bellis continuis occupati mierculis, vt alia negocia, ita etiam iudicia permiſerunt. Sed reprehenduntur propterea Spartani, quia ſuperbas & imperioſas reddiderunt vxores ſuas. Senatulus porro Heliogabali, eodem mortuo, vt ridiculus, ſublatus eſt.

Rectius vero per viros quam fœminas iudicari inde patet: quod 1. ordo naturæ hoc poſtulat, vt, qui ſunt inferioris conditionis, non imperent, ſed obediant. *Ariſtoteles Polit. 1. cap. 3.* 2. Iudicandi munus publicum eſt, publico quoque in loco peragitur: contra autem honeſtatem eſt, mulieres in publico verſari, conſiſtere in foro & iudiciis. *Bodin. lib. 6. de Rep.* 3. Grauitas & conſtantia in iudicio requiritur, quæ non ita facile in mulierculis reperitur: quandoquidem nulla diu fœmina pondus habet. *Propertius lib. 2.* 4. A beſſe auaritia & habendi cupiditas à iudicando debet: non ſolum ſapientes, ſed etiam qui auaritiam oderunt, iudices probantur. *Exod. 15.* At fœminæ à natura auaræ ſunt & illiberales. *Ariſtoteles Rhet. 1. cap. 5.* 5. Iudices præſtare ſilentium debent: loquaculæ contra ſunt fœminæ; neque muta mulier vlla vnquam reperta. *Plautus in Aulularia.* Concludendum

ergo,

ergo, rectius & melius à viris quam mulieribus iudicia exerceri.

Vtrum indocti & illiterati iudicare possint?

Sed & Quæstio de doctrina est, An qui non doctus & literatus possit iudicare? Posse etiam illiteratum iudicare, videntur asserere rationes, quæ sequuntur: quod 1. à natura quidam sunt ingeniis præclaris præditi, & ad iudicandum apti. 2. Vtilior in iudicando est imperitia cum modestia coniuncta, quam doctrina, quæ immodestiam adiunctam habet. Imperiti enim agnoscunt suam imbecillitatem, ideoque legibus simpliciter obtemperant: iudicant ex æquo & bono. Docti cõtrà non raro sapere plus quam leges volunt: à iudicandi more recepto recedunt. *Thucyd. lib. 3.* 3. Præstantior is iudicatur, qui, quod bene dicitur audit, idque sequitur, quam qui per seipsum omnia agit: quia qui per seipsum cuncta assequitur, intelligentiam tantum habet; ei vero, qui obtemperat, etiam effectus præterea inest. *Laert. lib. 7.* 4. Ipse Imperator etiam militaribus hominibus iudicandi facultatem permittit. *lib. 3. Cod. tit. 1.* Et denique habent ad manus Iudices assessores suos, qui legum placita explicant, & illorum occupationes supplent. *Iustin. de Iudicibus, Institut. 32.*

Pro illiteratis.

Contra illiteratos.

Contra vero negantem in partem sunt illa argumẽta: quod primum in iudicio & omnibus contractibus est Iudici considerandum, quid iustum aut iniustum sit: respiciendum quoque ad Iuris & legum normas: quod fieri nequit, si iuris & legum iudex ignatus extiterit. *Plato in Politico.* Secundo, nihil turpius Reipub. aut Magistratui, quam ea, quæ iudicio sunt determinanda, ab alijs discere; aliunde recte iudicandi formulas emendicare. *Plato 2. de Legibus. Iustin. Constit. 82.* Tertio, non facile erroris vitio sordescit, quem doctrina purgauit. Infelix quoque negociorum tum conditio est, quando ille sententiam dicit, qui non potest; ignorat, quod eligit. *Cassiodorus lib. 8. Variarum.* Quarto, etsi homines militares suas administrationes habeant; tamen vt in

omnibus aliis rebus quisque recte illud agit, quod nouit: turpe est in iudicando legum & iuris peritiam abesse. *Lamprid. in Seuero.* Eoque nomine Persæ laudantur, qui ad iudicandum delegerunt vsu rerum spectatos, integros, tales, qui aliorum consiliis parum egerent. *Ammianus Marcellinus libro vigesimo tertio.* Itaque concludendum: melius doctos & legisperitos, quam illiteratos, iudicare. Etsi enim quidam à natura ingenio valeant: tamen si ad naturam bonam accedit quoque eruditio, singulare quiddam existit. *Cic. in Archia.* Deinde, licet assessores adsint, tamen laudabilius est, per se, quam per alios, Rempub. gerere & iudicare. Non est quoque exigua prudentia, doctos & peritos legum interrogare, interrogatos sequi, diiudicare illa, quę adferuntur, vtrum recte an secus sese habeant. Et tametsi propter iurisdictionem imperitis interdum permittatur iudicium: tamen exercitatio diuturna hic requiritur: melius iudicatur, vbi periti iuris adhibiti fuerint. *Iustin. Constit. 82.*

Ætatis in iudice ratio num haben da?

Tertio, ætatis quoque ratio in dubium venit. Quæritur, Rectiusne iuuenibus an senibus iudicia committantur? Et quidem pro iuuenibus illa faciunt, quod exempla Salomonis & aliorum testantur, suam etiam iuuenibus prudentiam non deesse; Deinde, prudentia sæpe supplet ætatem: sunt iuuenes quidam ætate, ingenio & sapientia senes. Tum, non raro Senum prudentum magna penuria, vt necessitas cogat ad iuuenes confugere. Accedit huc & illud, quod, si ætas eiusmodi in officiis spectanda fit, vt magna virtutis indoles prius extinguatur, quam prodesse Reipublicæ possit. *Cicer. 1. Philip.*

Pro Iuuenibus rationes.

Contra iuuenes.

Sed sunt plures negantem in sententiam rationes. Et quidem. 1. Exempla: quod apud Israëlitas Iudices sunt constituti, nō iuuenes, sed seniores populi. 2. Spartana in Repub. Iudices esse non potuerunt, nisi qui ad annum ætatis 60. peruenissent. *Plut. in Lycurgo.* 3. Plato

quoque

quoque in Iudice ætatem grandem requirit, quod ſero didicit, quæ & qualis ſit iniuſticia: intelligit, quæ mali natura; hanc diiudicat ſcientia potius & cognitione quadam, quam propria experientia. *Libr.3.de Leg.* Neque ſine cauſa 4. prouerbii quaſi loco vſurpatum fuit: Reſpublicas ſeruari conſiliis ſenum & iuuenum haſtis. *Plut.in libello, An ſeni Reſpub.gerenda.* Eſt 5. in ſenibus mens & intellectus. *Ariſtoteles Polit.7.cap.16.* Habent 6. tertium illi quaſi oculum, multarum rerum vſum & experientiam. *Plato tertio de Repub.* Authoritate 7. valent. *Plutarchus in libro, An ſeni Reſpublica gerenda:* vt contra adoleſcentes temere & inconſulto agunt, regere affectus ſuos nequeunt. *Seneca in Troadibus. Cic. in libr. de Senectute.* Concludendum igitur videtur, rectius ſenibus, quam iuuenibus, iudicia committi: ſed ita, vt non omnino iuuenes excludantur, ſi maxime ſenum prudentum non magna vbertas extiterit, aut fuerint adoleſcentes ingenio & iudicio ſenibus pares.

Quarto, Conditio vitæ ſpectanda: vbi quæritur, An ſacerdotes iudicare debeant? Exempla Scripturæ ſacræ fuiſſe Iudices ſacerdotes teſtantur: Heli, Samuelem, eiuſdem filios, *1.Reg.2.7.8.* Quæ tamen ſingularia ſunt, ſic à DEO conſtituta. In genere cum quæritur, Vtrum ſacerdotibus iudicia committenda; negando concludendum eſſe videtur: idque quatuor rationibus. *Sacerdotes an iudicare debent.*

1. Quod, cum certæ ſint & ordine definitæ ſacerdotum actiones, fieri non poteſt, vt diuerſi generis idem in tempus incidentibus negotiis, ſatis commode fiat: neceſſe eſt, vt diuinus interdum cultus negligatur, nonnunquam damnum detur ciuibus. *Plutarchus in quæſtione vltima.* 2. Quia Magiſtratum politicum & iudicem multa horrenda videre, tangere multa, ex alienis miſeriis moleſtiam capere oportet: impium autem videtur eum ſacra peragere, qui damnationibus & capitalibus, lethoque finitis ſuppliciis ciuium, ſæpe etiam co-

iam cognatorum intereſt. *Plut. ibidem.* 3. Placet etiam Imperatoribus, vt clerici nihil habeant commune cum publicis actionibus, vel negotijs ad Curiam pertinentibus. *Lib.1.Codic.lege 3.de Epiſcopis & Clericis.* 4. Abſurdum iudicatur promiſcuis actibus rerum officia turbari, præcipue clericis: quibus opprobrium eſt, ſi peritos ſe velint haberi forenſium diſceptationum. *Libr.6. Cod.l.23.de Teſtamentis.*

Cæci, muti, ſurdi vtrũ iudices eſſe queant?

Conſideranda videtur quinto ipſa natura, an in hac aliquis defectus: Et núm qui cæci, ſurdi aut muti, eſſe iudices queant. Cæcum poſſe exercere iudicia ius ciuile affirmat. *Lib.5.Digeſt.t.1.de Iudiciis.* Probant deinde exempla Appij apud Romanos, Timoleontis apud Corinthios. *Plutarch.in Pyrrho, Probus in Timoleonte.* Valent tertiò ingenio cæci, intentius cuncta contemplantur, *Cic.5.Tuſc.* quia obiectis non impediuntur: & natura quod in vno adimit, in altero compenſat. Quarto, cum oculis ſint orbati, minus affectibus mouentur: id quod maxime requiritur in iudice. Verumtamen vtut hæc ita ſeſe habeant, nec poſſint cæci plane remoueri à iudicando: tamen illorum approbanda ſententia videtur, qui rectius eſſe ſtatuunt, Iudicem per ſe actu cæcum nõ eſſe: idque hoc argumento, quod reperiuntur non pauca, quæ recte diiudicari non poſſunt, niſi Iudicum oculis ſubiiciantur: vt quando lis eſt de finibus, de terminis agrorum, de quæſtionibus, de ſcriptura aliqua, quæ inſpicienda, & cum alijs conferenda. *Gregorius Toloſſanus libr. 47. cap. 1. Syntagmatis Iuris.* Ad Surdum porro & Mutum quod attinet, ſi perpetuo & natura quis ſit talis, iudicare non poteſt, quia iudicio caret. *Libr.5. Digeſtorum t.1.de iudiciis.* Secundo, Neceſſe eſt, vt inſtruatur ſæpe Iudex à partibus, quo cauſas cognoſcat & diiudicet rectius: illud vero fieri nequit, ſi ſurditate perpetua laboret. Tertio, illud quoque requiritur, vt interroget & examinet litigantes: neutrum vero præſtabit, qui ſurdus aut mutus extiterit. Quarto, ſunt Iudicibus perferendæ

rendæ ſententiæ:at non perferet is, qui mutus depre-henditur. Quinto, qui non facti, morbo aut alio aliquo caſu, ſed nati ſunt ſurdi, ſimul etiam muti eſſe ſolent: vocem quidem, at non ſermonem & locutionem emittunt. *Ariſtoteles lib.4.de Hiſtoria animalium cap.9. Lib. de Senſu cap.1.* Poſtremo ſi ſurdis ac mutis, & qui perpetuo morbo laborant, de ſententia iuris, ſunt curatores dandi, eo quod rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. *Inſtit. 1.tit.23.de Curatoribus*: multò minus publica officia & iudicia eiuſcemodi mutis & ſurdis credi committique poterunt.

QVÆSTIO LXXXIII.

QVIBVS VIRTVTIBVS præditum eſſe Iudicem oporteat: & quodnam huius officium?

SPectanda hæc maxime eſſe videntur, quæ ad virtutes & officia Iudicum pertinent. Requiritur vero ante omnia vitæ hic honeſtas & morum probitas. *Plato 1.& 3.de Repub.6.de Leg.1.Alcibiad.* Nec deſunt rationes: quia.1. *1. Honeſtas ac morum probitas in Iudice neceſſaria.*

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur:
Cum Iudex, alios quod monet, ipſe facit.

Ouid. in Faſtis. 2. Quemadmodum oculi, propria priuati virtute, male cernunt: ita male opus ſuum peragit anima virtute deſtituta: prauitas neque ſe neque virtutem cognoſcit. *Plato 2.& 3.de Repub.* nec bonum, niſi à bono viro, videtur. *Ariſtoteles Ethic.6. cap. 12.3.* Qui aliorum crimina puniunt, hi omni carere labe debent: iudicet ergo de alterius errore, qui non habet in ſemetipſo, quod condemnet: iudicet ille, qui non agit ea, quæ in altero punienda putauerit: ne cum de alio iudicat, de

ſeipſo

ſeipſo ſententiam ferat. *Ambroſius in Pſal.118.* Neque
4. abſurdum quicquam eſt magis, quam cum Iudex illud audire cogitur: Medice cura teipſum. *Eraſmus Chiliad.2.Cent.5.Prouerb.36.* Itaque ſit primum in Iudice Pietas & Timor Domini. Pietate enim ſublata, fides tollitur. *Cic.2.de natura Deor.* Deinde, facile à iuſticia deuiat, qui in cauſis non DEVM, ſed homines pertimeſcit. *Chryſoſtomus.* Et ſcire hoc debent iudices, DEI præſentia conſecratos ſe eſſe: nec magis alios iudicare, quam ipſos iudicari: ipſis magis, quam partibus, terribile iudicium eſſe. Siquidem litigãtes ſubſtitutionibus, Iudices vero, DEO inſpectore adhibito, cauſas trutinandas proferunt. *Libr. tertio Codicis, tit. 1. de Iudiciis.* Nec hominis, ſed DEI ſe exercere iudicium, inque ſe redundare, quæcunque iudicauerint. *Libr. 2. Paral. 19.* Hunc interrogaturum opera iudicum: quod, cum eſſent adminiſtri regni illius, non recte iudicarint, neque iuſticiæ legem cuſtodierint. *Sapient. 6.* Cogitabunt & illud Iudices, ſapientiam ſuam omnem in hoc conſiſtere: vt non ſolum, quid poſſint, ſed etiam quid debeant, penderent: nec, quantum ſibi permiſſum, meminerint, ſed etiam, quatenus commiſſum. *Cicero pro Rabirio.* Non denique temere, ſed graui de cauſa, veteres olim iuxta templum collocare voluiſſe forum iudiciale, ſed oſtendere à DEO eſſe conſtitutos Iudices: & dum hominibus ius dicunt, à DEO ſe quoque iudicari. *Plato lib.6. de Legibus.*

2. Iuſticia. Secundo, vt ſit iuſtus Iudex, neceſſe eſt: ſiquidem iubentur diligere iuſticiam, terram qui iudicant. *Sapient.1.* Iudicare iuſte, nec alteram in partem inclinare. Deut. 16. Abominabilis is apud DEVM dicitur, qui iuſtificat impium, & condemnat iuſtum. *Prouer.17.* Deinde, ad Iudicem homines confugiunt, cum altercantur: quandoquidem ad Iudicem ire nihil eſſe aliud cenſent, quam ad ius ipſum ire. Nec quicquam Iudex aliud, quam ius quoddam animatum eſt. *Ariſtoteles Eth.*

5.cap.

3.cap.4. Magiſtratus lex eſt loquens: lex, mutus magiſtratus. *Cicer.3.de Legibus.* Iudex prætereа dictus, quod ius populo dicat: quod iure diſceptet, id eſt, recte iudicet: Iudex, in quo iuſticia deſideratur, eſſe iudex nequeat. *Iſidorus in Etymologiis.* Et, vt ignis calefaciens admota, ipſe primum innata vi calet: nix contra natura ſua frigida, talia quoque cætera reddit: ita Iudicem, quod aliis eſt ius adminiſtraturus, iuſticia eſſe inſtructum oportet. *Philo in lib.de Iudice.* Ideoque Ægyptiorum Reges iureiurando iudices aſtrinxerunt, non ſe inique quid iudicaturos, etiamſi rex illud imperauerit. *Plut.in vita Catonis Minoris.* Apud eoſdem Ægyptios Iudicum ſigna abſque manibus: principum ita fuerunt conſtituta, vt ab illorum collo ſuſpenſa veritas propenderet: ipſi oculis eſſent paulo minus clauſis, librorum vndique cumulo circumiecto: vt oſtenderetur, veritatem ſolummodo ſpectandam, leges ex libris cognoſcēdas & obſeruandas eſſe. *Diodorus libro primo capite 4. Cælius libr.23.cap.18.* Quemadmodum contra reprehenditur hoc nomine Themiſtocles, quod negauit ea ſeſe in ſella ſedere velle, in qua nullam prærogatiuam præ alienis amici ſint habituri. *Plut.in Ariſtide.* Vituperatur quoque Lyſander, qui cum de agri finibus inter ſe contenderent Argiui & Lacedæmonij: monſtrato gladio: Qui hoc, inquit, potitur, de agri finibus optime dicet. *Plut.in Lyſandro.*

Et quia Iudices iuſti eſſe debent, non quoque vnam litigantium partem, ſed vtramque audient. Et notum eſt iuramentum illud vetus & nobile Heliaſtarum Iudicum, Audiam accuſatorem, & reum æquo animo, ſine affectibus, & perſonarum ratione. *Demoſthenes contra Timocratem.* Et illud XII. Tabellarum: ANTE MERIDIEM CAVSAM CONSCITO: CVM PERORARINT AMBO PRÆSENTES. *Gellius libro 17.cap.12.* Et illud Iuſtinianæum: Æquum me vtrique parti, tam in diſceptandis controuerſiis, quam tuenda diſci-

3 Iudicis boni eſt, vtrãque litigantium partẽ audire.

disciplina publica præbebo: neutri parti præter ius & fas addictus ero. Quod si non hæc obseruauero, omnibus incommodis ero expositus, tam hic quam in futuro seculo, in horrendo iudicio Magni Domini DEI & Saluatoris nostri IESV CHRISTI: habeboque partem cum Iuda, & lepram Hieri, & tremorem Cain. Iustinianus *Constit.9.* Atheniensium præterea lex vetus Ἀμφοῖν ὁμοίως ἀκροᾶσθ, Similiter vtramque partem audire, iubebat. *Æschines in Demoph. de falsa lege. Lucianus in oratione;* Quod non facile credendum calumnijs. Rationes horum si quærantur, adferri illæ possunt: Quod 1. qui statuit aliquid parte inaudita altera, ęquum licet statuerit, haud æqu⁹ fuerit. *Seneca in Medea.2.* Nec visum nec auditum hominem damnare, nefas vltimum censetur. *Ammianus Marcellinus lib.15.* Nec 3. maior iniuria, quam indicta causa aliquem iudicare. *Lucianus in Oratione, Quod calumniis non credẽdum.* Hoc qui facit, 4. non Iudicem sed tyrannum se præbet. *Apuleius de asino aureo.* Et vt 5. nocens esse nemo poterit, si negare suffecerit: ita nemo innocens erit, si accusasse suffecerit. *Ammianus Marcell. libro 18.* Huc 6. & illud accedit, quod veritas magis perspicitur, quo sæpius & vtramque in partem audita causa fuerit. *Seneca libr. 2. de Ira.* Eoque nomine laudatur (postremo) Alexander Magnus, qui cum audiret accusationes, altera manu obstruxit aurem, vt illam puram absenti reseruaret. *Plutarch. in Alexandro.* Et cum mater Olympia innocentis cuiusdam necem aliquando extorquere conareur, & nouem mensium in vtero gestationem vrgeret: Aliam, inquit, mater mercedem poscet: hominis salus nullo beneficio pensatur. *Cælius libr. 16. antiq. cap. 6.* Iudices quoque iusti, non Iudices sua aut suorum in causa erunt. Placet hoc primum Imperatoribus: Valentiniano, Gratiano; Cum generali, inquiunt, lege decernimus, neminem sibi esse iudicem, nec ius debere dicere. *Lib. 2. Cod. t. 5.* Et Vlpiano: Qui iurisdictioni præest, neque sibi ius

4. Iudex in sua aut suorum causa non iudicet.

ius dicere debet, neque vxori vel liberis suis, vel cæteris; quos secum habet. *Libr. 2. Digestorum de Iurisdictione tit. 10.* Deinde; quia in re propria iniquum admodum est licentiam sententiæ alicui tribuere. *Cod. libr. 2. tit. 5.* Tertio, Nemo fere est, qui bonus sit iudex de suis rebus. *Aristoteles Polit. 3. cap. 6.* & qui sui periculi iudex non sibi se æquiorem, quam reo præbeat. *Cic. pro Rege Deiotaro.* Insitum mortalibus cunctis est, vt se & sua amēt; sint benigni in suis causis. *Seneca de beneficentia libr. 2: cap. 26.* Et vt suus cuique morbus videtur atrocissimus; ita suum cuique incommodum maxime dolet. Accedit quarto, quod iudex publica est persona: ideoque de suis rebus non commode iudicabit. Quinto, Et si Romæ olim comparatum ita fuit, vt homines amplissimi etiam minimis in rebus testimonium de sua re ne dicerent. *Cic. pro S. Roscio:* neque Iudices commodi propriis in rebus erunt. Ac si (sexto) prohibitum olim fuit iure Romano, ne quis officia & Magistratus ea in prouincia gereret, ex qua oriundus esset, aut in qua larem collocasset. *Lib. 12. Codicis, tit. 60.* de diuersis officiis Iudicum: nec iudicare aliqui de se aut suis poterunt. Septimò: Ac licet sua in causa posse Iudices esse videantur, quibus à DEO rerum arbitrium, legibus solutum, cōceditur. *Xenophon lib. 3. expeditionis Cyri:* tamen æquius est ac verius, Magistratuum iudicia subire, quā sua: sed ita, vt regum nomen reticeatur, agatur procuratorio nomine, ne regium nomen aut Principis splendor oculos Magistratuum perstringat, aut Maiestas vllā sui parte minuatur. *Bodin. de Repub. lib. 3. cap. 6.*

Sed neque 1. muneribus sese deliniri Iudices patientur. Male enim rerum examinat pondera corruptus iudex. *Horat. 2. Sermon.* Et Auaritia 2. iustitiæ nouerca. *August. 5. Serm. 35. ad fratres in Eremo.* Improbitatis ac nequitiæ omnis fundamentum habendi libido. *Chrysost. in 5. Serm. de malis à nobis aduertendis.* Omnium flagitiorum principium & finis; pecunias ex officiis con- *5. Munera Iudices ne capiant:*

quirere. *Iustinus in Constitut. Const. 8.* 3. Iudicium esse simile debet castæ & pudicæ virgini: ideoque longe hinc remouendæ corruptelæ & largitiones. *Plato 12. de Legib.* 4. Neque quicquam ibi firmi aut sancti expectari potest, vbi Iudicum studia & cogitationes omnes ad auaritiam referuntur. *Demosthenes contra Aristocratem.* Quandoquidem magna vis argenti, vt, si vtramuis in partem, velut in trutinam, argentum fuerit impositum, cogitationem præcipitem, & ad se deorsum arripiat. *Idem in Oratione de Pace.* Accedit huc 5. quod ibi crescit peccantium multitudo, vbi redimendi spes datur: facile peccatur, vbi venalis ignoscentium gratia est. *Arnobius libro decimo septimo aduersus gentes.* Hinc 6. Sacræ literæ munera in Iudicibus improbant, affirmant hæc excæcare oculos sapientum, & mutare verba iustorum: efficere, vt quasi capistro frenentur homines, nec vitia castigare possint. Comminationem quoque grauem adferunt, fore vt qui impium pro muneribus iustificet, eius radix, quasi fauilla fiat: germen, vt puluis ascendat. *Deut. 16. Exod. vigesimo tertio. Iesa. 5. & 10. Ecclesiast. vigesimo.* Imperator quoque 7. Iudices puras habere vult manus, & secundum leges diiudicare, tribus allatis rationibus: quod primum gratis officium suscipiant: deinde ea de causa iuramentum præstent: tum hoc modo Reipub. suæ statum veteres exornarint. *Iust. in nouellis Constitut. Const. vigesima quinta.* Laudantur quoque 8. Imperatores, qui Iudices in officio continuerunt: commendatur Basilius: qui principio sui imperii Iudices eos constituit, qui à capiendis muneribus quam maxime alieni perhiberentur, & quos testatum esset, habere manus omnis capturæ puras. *Zonaras in Basilio.* Et Alexander Seuerus, qui Iudices propterea argento & rebus necessariis instruxit, ne largitionibus locus relinqueretur. *Lamprid. in eius vita.* Quemadmodum & commendantur, qui in δωροφάγους Iudices animaduerterunt: Cambyses, qui Sisam-
nem

nem propter pecuniam inique iudicantem excoriauit. *Herodot. libro quinto.* Et Tiberius, qui hac de causa P. Suillum in Insulam amandauit. *Corn. Tacit. libr. 4.* Iulius Cæsar, qui tales ordine remouit, & dignitate sua spoliauit. *Suetonius in eius vita.*

Quarto. Neque affectibus indulgebunt Iudices: sed cogitabunt semper, se homines esse; sibi non tantum potestatem esse datam, verum etiam fidem habitam: habere oportere in consilio legem, religionem, æquitatem: libidinem autem & inuidiam, metum, cupiditates omnes amouere: maximi æstimare conscientiam mentis suæ, quæ diuelli à nobis non potest. *Cicer. pro Cluentio.* Neque id sine ratione exigitur: propterea quod primum affectus rem consilio & cogitatione videre non sinunt. *Seneca Epistolarum. 8. Epist. 60.* Secundo, omnia minora & maiora redduntur, prout inclinatus animo iudex extiterit. *Aristoteles Rhet. 2. cap. 1. Seneca libro tertio de beneficentia.* Et tertio, vt vis ignis obiectam materiam consumit. *Philo.* Oculus turbatus aliud pro alio cernit, *Chrysostomus.* Homines vehementer ægrotos vel lunæ deliquia, vel venti asperiores, vel maris decessus, vel huiusmodi leues rerum commutationes perturbant & mouent. *in Similibus.* Amantes de forma iudicare non possunt: quod oculorum sensum amor premit. *Quintil libro sexto, capite tertio.* Ita Iudices affectibus corruptos quæuis perturbant, omnem inquirendæ veritatis rationem iisdem adimunt. Quarto, quin & frequentes minus animi motus tamen nocent & morbum faciunt: non secus atque destillatio vna, nec adhuc in moram adducta tussim facit: assidua & vetus φθίσιν parit. *Seneca lib. 10. Epist. Epistol. 66.* Itaque (quinto) Areopagitæ Athenis controuersias noctu iudicarunt; vt procul iudicarent ab omni affectu, qui in diuersum animos agit. *Alexander ab Alexandro lib. tertio cap. 5.* Lacedæmonij eadem de causa, eos, quos mortis supplicio dignos putarũt, nõ interdiu, sed noctu

6. Affectib. Iudices ne indulgeant.

perdere consueuerunt. *Idem ibidem.* Prætores Romæ in iudicando legis acerbitati aut lenitati nihil vel addere, vel detrahere potuerunt: sed vno verbo, imo vna lite sententiam tulerunt. A. C. NL. Absoluo, Condemno, Non liquet. *Bodinus in methodo historica cap. 6.* Postremo, laudantur hoc nomine Carolus Magnus. *Auentinus lib. 4. annal. Boiorum.* Augustus, Iulianus, & Domitianus Imperatores. *Suetonius & Cuspinianus.*

7. Ira in iudicãdo absit. Et hoc velut fundamento posito, fugient Iudices iram in iudicando: quæ oritur ex contumelia & contentione vel vera, vel opinione concepta, vel damno dato, vel ἀχαριστίᾳ, ingratitudine. *Cic. 2. de Orat.* Ac licet probari illa videtur: quod 1. quo quisque melior est, hoc iracundior videtur. *Seneca lib. 1. de Ira cap. 16. 2.* Ira iusta disciplinæ mater: vt contra patientia sine ratione vitia seminat, negligentiam nutrit. *Chrysost. in Matth. hom. 11. 3.* Fatuus ac stupidus censendus, qui non irascitur. *Aristoteles lib. 4. Eth. cap. 6. 4.* Plato virum prudentem ita nonnunquam ostendit irasci, vt dulcior sit melle iugiter destillante. *In Philebo.* Difficulter 5. vitari iracundia potest, quod ante animus hac occupatur, quam prouidere queat, ne occupetur. *Cic. in Epistolis ad Q. Fratrem Epist. 1.* tamen reuera nihil perniciosius est, quam in iudicando irasci: siquidem 1. male vitæ necisque potestas & ferrum irato committitur. *Seneca lib. 1. de Ira cap. 16.* Consultores sunt pessimi, cupido & ira. *Salustius in Iugurtha.* Furor iraque mentem præcipitant. *1. Æneid. 3.* Ira stulti in sinu habitat. *Eccles. 7. 4.* Habet & comites perniciosos; crudelitatem, furorem, sæuitiam. *Seneca lib. 1. de Ira 16.* Facit 5. vt temere & inconsiderate multa fiant: nec seruetur mediocritas illa, quæ est inter nimium & parum. *Thucyd. lib. 3. Cic. 1. Officiorum.* Et vt 6. fumus, oculos mordicans, ea quæ ante pedes sunt, videre non sinit. *Stobæus ex Aristotele Serm. 18.* nauis, ventis agitata, submergitur, nisi gubernatoris industria regatur. *Melissa Serm. 72. secunda partis.* in tumultu non audi-

audimus, quid nobis dicatur. *Plutarch. de Ira cohibenda:* per nebulas denique corpora non bene conspiciuntur. *Idem:* Ita irati qui sunt, prudenter nihil, inconsiderate ac temere multa faciunt. Quamobrem (postremo) recte præcipiunt, qui Iudices ita volunt sententias dicere, vt ij, qui alijs medentur, pharmaca adhibent: interim non irascuntur ægroto. *Seneca lib. 1. de Ira, cap. 16.* Aut etiam leges, quæ ad puniendum, non iracundia, sed æquitate ducuntur. *Cic. 1. Officiorum.* Præclare quoque Romani propterea Prætoribus virgas, securibus alligatas, præferri voluerunt: vt ostenderent, Magistratuum iram minime celerem & dissolutam esse debere: virgarum dissolutione mora iram frangere. *Plutarch. in Problematib. Romanis, Probl. 82.*

Secundo, aberit quoque à iudicando amor: quia amor & proprium commodum sæpe faciunt, vt virtutem iudex non agnoscat, gratificetur iis quos amat: aut omnino absoluat, aut parum condemnet. *Aristoteles 2. Rhet. 1.* Hallucinatur enim quisquis amat in eo quod amat. *Plutarch. in libello, Quo pacto adulator ab amico discernendus.* Turbat amor consilia, altos & generosos spiritus frangit, querulos, temerarios, imperiosos, seruiliter blandos facit. *Hieronymus lib. 1. aduersus Iouianum.* Ideoque vir bonus, amici sui causa, nihil contra Remp. aut iusiurandum & fidem facit: ne quidem si Iudex de ipso amico egit: quod personam amici ponit, cum Iudicis induit. Et memor esse debet, quando iurato sibi dicenda sententia, DEVM se testem adhibere. Tum etiamsi omnia facienda, quæ amici velint, non amplius amicitias tales, sed coniurationes putandas esse. *Cic. 3. Offic.* Et hoc nomine quoque laudatur P. Rutilius; qui cum amicus quidam, iniusta petens, repulsam pateretur, & diceret, Quid ergo amicitia tua mihi opus est? respondit: Imo quid mihi tua opus est amicitia, si pro te aliquid inhoneste facturus sim? *Valer. Maxim. libr. 6. cap. 4.* Commendatur quoq; illud Plinij:

8. A iudicãdo Amor absit.

Apud amicos æque grata debet esse simplicitas dissentientis, atque probantis autoritas. *Lib.2.* Et Augustini illud: Amicus similis est medico, qui non amat ægrotum, si ægritudinem non oderit. Nolite amare vitia amicorum, qui amatis amicos vestros.

9. Metus à iudicando remoueatur.

Verum & metus à iudicando remouebitur: nec erunt iudices apti, qui timidi ac meticulosi. Turbatur enim animus, iudicio spoliatur metu correptus: flectitur precibus, quo minus in improbos animaduertat: etiam potentia frangitur. *Plutarchus in Pelopide*: mollicie defatiscit, nec perficere valet, quæ animo concernit. *Plato in Gorgia.* Et vt sustentacula in alto posita contra ventum non permanent, sic cor timidum contra impetum non sustinebit. *Ecclesiastic. vigesimo secundo.* Ac quemadmodum chamæleon, quia animal est pauidissimum, subinde colorem mutat: ita ad varia confugiunt, non constantes manent in proposito, qui timidi ac meticulosi sunt. *Plin. lib. 8. c. 33.* Itaq; fortes vt sint iudices, necesse est.

10. Sint misericordes, sed non nimis.

Decimo & illud requiritur, vt sint quidam misericordes & clementes, sed non modum excedant, & in iusticiam delinquant. Misericordia enim & veritas custodiunt Regem: eiusdem thronum clementia confirmat. *Prouerb. 20.* Et iudicium sine misericordia illi, qui misericordiam non facit. *Iacob. 2.* Et magna pollicitatio in iudicando qui pupillis est misericors, vt pater: quando promittitur fore, vt talis sit velut filius altissimi obediens: misereatur huius DOMINVS magis, quam mater. *Ecclesiast. 4.* Sed contra lex iubet; non misereberis pauperis in iudicio. *Exod. 23.* propterea quod misericordia & clementia laudatur quidem, sed ita si rationi seruiat: & præbeatur, vt iusticia conseruetur. *August. libro nono de Ciuitate DEI, cap. 5.* Et semper fauendum est pauperi, pupillæ, & viduæ: sed sine alterius iniuria. *Idem quæst. 88. in Exodum.* Et plurimum interest, quo animo quisq; parcat: siquidem est aliquando mise-

misericordia puniens & crudelitas parcens. *Idem Epist. 54. ad Macedonium.* Et quemadmodum iusticia sine misericordia non est iusticia, sed crudelitas: ita rursus misericordia sine iusticia non est Misericordia; sed fatuitas. *Chrysost. in Matthæum.* Et adhibenda seueritas est Reipub. causa, propterea quod sine hac ciuitas nulla administrari potest. *Cic. lib. 1. Offic.* Quandoquidem hac sublata, crescunt scelera, nocent exempla: summa rerũ omnium sequitur confusio. *Isoc. in Areopag. Seneca lib. 1. de clementia.* Estque summa humanitas iudicanda, cum paucorum animaduersione multi seruantur *Iust. Const. 30.* Et si recte faciunt hortulani, qui noxias herbas tollunt, & auerruncant, vt vtiles eo melius crescant. *Saxo in Historiis Danicis lib. 14.* Laudantur Medici, quando vrunt ac secant illa membra, quæ reliquo corpori nocere possunt. *Cic. 5. Philip.* etiam laudem habebunt Magistratus & Iudices, quod ita sunt clementes, vt nihil interim contra iusticiam & pietatem agant. Atque hinc quia in iudicando seueri fuerunt Æacus, Rhadamanthus, & Minos, à Poëtis inferorum Iudices constituuntur. Lucius Cassius commẽdatur apud Romanos, quod propter seueritatem reorum scopulus est dictus. *Valer. Max. lib. 3. c. 7.* Probatur M. Cato in iudicando seuerus. *Plut. in eius vita.* Habet laudem quoque apud Historicos Fridericus Imperator, & Otho Magnus, qui more veterum Romanorum auream securim sibi præferri curarunt. *Cuspinian. de Imperat.*

QVÆSTIO LXXXIV.

QVO MODO IVDICIA exercenda?

NOn minus vtilis & hæc est quæstio, Quomodo sit iudicandum: & quædam controuersa hic sese offerunt: Primo, An disputare liceat Iudicib & contradicere aliis? Quo etiam pacto illud faciendum? Licere cõtradicere alijs in iudicando, vel inde constat, quod *1. An disputare & contradicere a liis in iudicio liceat: &*

qua ratione illud cõmodefaciendum. 1. fieri non poteſt, vt de præteritis quiſque recte iudicet, niſi contrariæ rationes inter ſe collatæ fuerint. *Iſocrat. de Pace.* Et quemadmodum aurum tum purum deligitur, purpura à purpura ſecernitur, comparatio cum inſtituitur: ita in iudicando & dicendis ſententiis tum quod eſt optimum cognoſcitur, quando cum altero collatum fuerit: *Herodot. lib. 7.* Sed cautio hic eſt diligẽs adhibenda, ne per iugulum illa contradictio eat, ſemina rixarum & diſſenſionum ſpargantur: idque quinque fit modis. Si 1. modeſte & amice, non iracunde aut contumelioſe contradicatur ac diſputetur: reducantur, qui diſſentiunt à nobis, ad conſenſum placide: quemadmodum relaxando vel intendendo Muſici ex variis chordis concentum ſuauem inſtituunt. *Plutarch. in Præceptis gerendæ Reipub.* 2. Si laudentur, quæ recte ſunt dicta & facta: fiat diſtinctio ſententiarum, non omnia reprehẽdantur, nec aliorum auctoritati & honori inuideatur. *Ariſtoteles 3. Rhet. & Plut. ibidem.* 3. Ita res agatur, vt nõ animorum, ſed iudiciorum tantum diſſenſio deprehẽdatur: quæ non pernicioſa, ſed vtilis Reipub. eſt. *Simanca ex Philoſtrati lib. 4. cap. 13. de Repub.* 4. Si non vituperentur modo aliorum ſententiæ, ſed & noſtra proferatur. Qui enim tantum improbant aliorum ſententias, malum quidem prohibent, at bonum non conficiunt. *Gregorius Niſſenus in vita Gregorij.* 5. Si quieſcamus, nõ denuo dicamus, aut mordicus tueamur noſtram opinionem, aliorum omnium ſententiis auditis. Integra enim re diſſentire fas eſt: peracta id, quod pluribus placuit, cunctis tuendum eſt. *Plinius libro ſexto Epiſtolarum.*

2. Vtrum Iudices verba legis obſeruare, an æquitatem ſpectare debeant. Secundo, cum quæritur, quomodo iudicandum; controuerſum illud eſt, Vtrum Iudices ex verborum legis obſeruatione, an vero æquitate iudicare debeant. Pro legibus faciunt iſta, quod primum Charondas legiſlator Magiſtratus & Iudices negat diſcedere à verbis legum debere: etiamſi illæ iniquæ eſſe videantur. *Diodor.*

dor. libro duodecimo. Secundò, in officio ita iudices continentur, quando, æquitatis ſpe ſublata, ſecundum leges pronunciant. *Bodinus de Repub. libro ſexto, capite ſexto.* Tertio ſæpe imperiti ſunt & imprudentes Iudices, vbi melius eſt verbis legis inſiſtere: quemadmodum imperiti equites cum vident equitare ſe non poſſe, ſellam equeſtrem & ephippium manu prænſant, & ita lapſum declinant. *Idem ibidem.* Quartò, in bene conſtituta Republica nihil eſſe antiquius legibus debet: neque quicquam intereſt, vtrum lex lata non ſit, aut non vſurpetur. *Hermog. de ſtatibus.* Imo & (quinto) illud conſtituitur legibus, ne quis eſſe prudentior legibus velit. *Ariſtoteles 1. Rhet. cap. 15.*

Contra pro æquitate iſta pugnant. Quod 1. non omnia poſſunt legibus comprehendi, multa ſunt relinquẽda prudentis Iudicis religioni, qui ex æquo & bono ius dicit. *Ariſtoteles 5. Eth. cap. 14. 2. Magnorum moralium cap. 1. 2.* Lex ab æquitate diuiſa, quaſi corpus exanime videri poteſt: quia tantum ad quæſtionem infinitam pertinet: quæſtiones finitas æquitati congruentes, ex locis, perſonis, temporibus, non attingit. *Bodinus de Repub. libro ſexto cap. 6.* 3. Illud imprimis legis nomen meretur, quod æquitate & ratione naturali nititur. *Plato in Menone.* 4. Iudex, tanquam *ἀργυρονόμων*, argentarius, eſt conſtitutus, vt iuſtum ac verum ab adulterino ſeiũgat ac ſeparet. *Ariſtoteles Rhet. 1. cap. 15.* Ideoque 5. Romani iudices conceptis verbis iurare ſunt ſoliti, ſe EX ANIMI SENTENTIA iudicaturos. *Polybius libro 6. Iuſtin. Conſt. 102.* Athenienſes itidem *ἀρίστῃ γνώμῃ*, ſententia æquiſſima, vſuros ſe eſſe affirmarunt. *Ariſtoteles lib. 3. Polit. & 1. Rhet. cap. 15.* *Rationes pro æquitate.*

Verum vt rectè concludatur: habenda ratio erit tum eorum, de quibus iudicandum, tum ipſorum Iudicum. Æquum enim bonum tum maxime probatur, cum ſint quædam admiſſa: interim tamen ratio veniam dare iubet. Sunt deinde & delicta quædam non à

 mali-

istud commonstrant. Cuius rei hæc videtur causa fuisse, quod in iudiciis ita agebant grauissimi & disertissimi oratores, vt auditorum frequentiam non caperet basilica; aut ne priuatarum litium actio, quæ intus ab obstrepentibus rabulis latrabatur, causas magis serias impediret. *Felicitus in Historia fori Romani, libro primo, capite secundo.* Et vt hoc obseruandum, ita vtile cumprimis, vt pro negociorum constitutione distincta habeantur tribunalia. Quod obseruatum fuisse Athenis, contra Aristocratem Demosthenes ostendit.

An vtile sit, summũ aliquod & cõmune tribunal esse, ad quod prouocandum? Vbi interim quæritur: An esse summum aliquod & commune tribunal oporteat, ad quod appellatio fiat ab indoctis, corruptis, male affectis iudicibus, ad graues iustos, prudentes? Et concludendum affirmando videtur. Quod 1. hac ratione summæ lites finiuntur. 2. Pacate & tranquille ciues inter se degunt. 3. Idem hic obseruatur, quod alijs in rebus fieri solet, vt scilicet vnus sit aliquis, qui Principem & summum locum obtineat. *Aristoteles secundo Politicorum, sexto.*

Forum sacrum sit. Sed & FORVM (tertio loco) sacrum esse oportet, & ab omnibus rebus venalibus purum: ita vt nemo sordidus ac illiberalis artifex, aut agricola, aut alius aliquis eo irruat, nisi vocatus à Magistratu fuerit. *Aristoteles Polit. 7. cap 7.*

Forum sit tutum. Quarto, locum illum, vbi iudicia exercenda, tutum esse oportet tam iudicibus, quam litigantibus: eo quod fieri non potest, vt, qui publica tractant negocia, omnibus placeant. Ideoque Deiotes, cum esset à Medis vocatus, vt iudicaret, arcem sibi tutam construi, addi custodes voluit: vt eo tutius & sine metu iudicare posset. *Herodotus lib. 1.*

QVÆSTIO LXXXVI.
VTRVM LEGES NECESSARIÆ in Repub. ac probandæ?

QVæstiones de Legibus ordine, opinor, haud incommodo sequuntur: & est materiæ huius vsus magnus grauissimis in consultationibus: vbi de legibus agitur: Quænam pro his vere agnoscendæ? Quales ferendæ? Quando & quomodo abrogandæ? Quam necessaria obseruatio & executio? *Vt videre est apud Ciceronem in Agrariis, pro Lege Manilia, pro Domo. Philipp. 1. 2. 4. 10.* Etiam in iudiciis hoc idem argumentum maxime requiritur: eo quod iudiciorum fundamẽtum Lex est, *vt Aristoteli in Rhetoricis placet*: hoc requiritur ab Oratore, vt magistratus ad Seueritatem & executionem legum excitet. *Vsus quæstionis.*

Primò vero contra leges scriptas earundemque necessitatem hisce pugnari rationibus posse videtur. *Cõtra leges rationes.* Quod primum leges tyranni sunt hominum, quæ multa præter naturam habent: his Magistratus sæpe abutuntur; vel imperitia, cum legis mentem non intelligunt; vel malitia, cum maleficiis legem suis prætendunt. *Plato de regno.* Secundò, quia callide à legumlatoribus inuentæ propter priuatum commodum: vt cum sint imbecilliores, iniecto terrore iis, qui maiore quodam robore sunt præditi, res suas legibus obtinere sese tueri possint. *Plato in Gorgia.* Tertiò, vniuersa vita mortalium, nõ legibus solum, sed etiam natura regitur. Est in vnoquoque homine ratio, quam secuti viri boni recte iudicare queunt. *Demosth. contra Aristogitonem.* Quartò, melius est & vtilius iudicio & arbitratu hominum, quam lege scripta regi: quod hæc solum vniuerse loquitur, sæpe deficit in rebus singularibus, contingentibus & futuris. *Aristot. Polit. cap. 6. lib. 2.* Iudices oportet sequi optimam sententiam, nõ semper scriptis legibus

quirere. *Iustinus in Constitut. Const. 8.* 3. Iudicium esse simile debet castæ & pudicæ virgini: ideoque longe hinc remouendæ corruptelæ & largitiones. *Plato 12. de Legib.* 4. Neque quicquam ibi firmi aut sancti expectari potest, vbi Iudicum studia & cogitationes omnes ad auaritiam referuntur. *Demosthenes contra Aristocratem.* Quandoquidem magna vis argenti, vt, si vtramuis in partem, velut in trutinam, argentum fuerit impositum, cogitationem præcipitem, & ad se deorsum arripiat. *Idem in Oratione de Pace.* Accedit huc 5. quod ibi crescit peccantium multitudo, vbi redimendi spes datur: facile peccatur, vbi venalis ignoscentium gratia est. *Arnobius libro decimo septimo aduersus gentes.* Hinc 6. Sacræ literæ munera in Iudicibus improbant, affirmant hæc excæcare oculos sapientum, & mutare verba iustorum: efficere, vt quasi capistro frenentur homines, nec vitia castigare possint. Comminationem quoque grauem adferunt, fore vt qui impium pro muneribus iustificet, eius radix, quasi fauilla fiat: germen, vt puluis ascendat. *Deut. 16. Exod. vigesimo tertio. Iesa. 5. & 10. Ecclesiast. vigesimo.* Imperator quoque 7. Iudices puras habere vult manus, & secundum leges diiudicare, tribus allatis rationibus: quod primum gratis officium suscipiant: deinde ea de causa iuramentum præstent: tum hoc modo Reipub. suæ statum veteres exornarint. *Iust. in nouellis Constitut. Const. vigesima quinta.* Laudantur quoque 8. Imperatores, qui Iudices in officio continuerunt: commendatur Basilius: qui principio sui imperii Iudices eos constituit, qui à capiendis muneribus quam maxime alieni perhiberentur, & quos testatum esset, habere manus omnis capturæ puras. *Zonaras in Basilio.* Et Alexander Seuerus, qui Iudices propterea argento & rebus necessariis instruxit, ne largitionibus locus relinqueretur. *Lamprid. in eius vita.* Quemadmodum & commendantur, qui in δωροφάγους Iudices animaduerterunt: Cambyses, qui Sisamnem

nem propter pecuniam inique iudicantem excoriauit. *Herodot. libro quinto.* Et Tiberius, qui hac de causa P. Suillum in Insulam amandauit. *Corn. Tacit. libr. 4.* Iulius Cæsar, qui tales ordine remouit, & dignitate sua spoliauit. *Suetonius in eius vita.*

Quarto. Neque affectibus indulgebunt Iudices: sed cogitabunt semper, se homines esse; sibi non tantum potestatem esse datam, verum etiam fidem habitam: habere oportere in consilio legem, religionem, æquitatem: libidinem autem & inuidiam, metum, cupiditates omnes amouere: maximi æstimare conscientiam mentis suæ, quæ diuelli à nobis non potest. *Cicer. pro Cluentio.* Neque id sine ratione exigitur: propterea quod primum affectus rem consilio & cogitatione videre non sinunt. *Seneca Epistolarum. 8. Epist. 60.* Secundo, omnia minora & maiora redduntur, prout inclinatus animo iudex extiterit. *Aristoteles Rhet. 2. cap. 1. Seneca libro tertio de beneficentia.* Et tertio, vt vis ignis obiectam materiam consumit. *Philo.* Oculus turbatus aliud pro alio cernit, *Chrysostomus.* Homines vehementer ægrotos vel lunæ deliquia, vel venti asperiores, vel maris decessus, vel huiusmodi leues rerum commutationes perturbant & mouent. *in Similibus.* Amantes de forma iudicare non possunt: quod oculorum sensum amor premit. *Quintil libro sexto, capite tertio.* Ita Iudices affectibus corruptos quæuis perturbant, omnem inquirendæ veritatis rationem iisdem adimunt. Quarto, quin & frequentes minus animi motus tamen nocent & morbum faciunt: non secus atque destillatio vnà, nec adhuc in moram adducta tussim facit: assidua & vetus φθίσιν parit. *Seneca lib. 10. Epist. Epistol. 06.* Itaque (quinto) Areopagitæ Athenis controuersias noctu iudicarunt; vt procul iudicarent ab omni affectu, qui in diuersum animos agit. *Alexander ab Alexandro lib. tertio cap. 5.* Lacedæmonij eadem de causa, eos, quos mortis supplicio dignos putarũt, nõ interdiu, sed noctu perde-

6. Affectib. Iudices ne indulgeant.

perdere consueuerunt. *Idem ibidem.* Prætores Romæ in iudicando legis acerbitati aut lenitati nihil vel addere, vel detrahere potuerunt: sed vno verbo, imo vna lite sententiam tulerunt. A. C. NL. Absoluo, Condemno, Non liquet. *Bodinus in methodo historica cap. 6.* Postremo, laudantur hoc nomine Carolus Magnus. *Auentinus lib. 4. annal. Boiorum.* Augustus, Iulianus, & Domitianus Imperatores. *Suetonius & Cuspinianus.*

7. Ira in iudicãdo absit. Et hoc velut fundamento posito, fugient Iudices iram in iudicando: quæ oritur ex contumelia & contentione vel vera, vel opinione concepta, vel damno dato, vel ἀχαριστία, ingratitudine. *Cic. 2. de Orat.* Ac licet probari illa videtur: quod 1. quo quisque melior est, hoc iracundior videtur. *Seneca lib. 1. de Ira cap. 16. 2.* Ira iusta disciplinæ mater: vt contra patientia sine ratione vitia seminat, negligentiam nutrit. *Chrysost. in Matth. hom. 11. 3.* Fatuus ac stupidus censendus, qui non irascitur. *Aristoteles lib. 4. Eth. cap. 6. 4.* Plato virum prudentem ita nonnunquam ostendit irasci, vt dulcior sit melle iugiter destillante. *In Philebo.* Difficulter 5. vitari iracundia potest, quod ante animus hac occupatur, quam prouidere queat, ne occupetur. *Cic. in Epistolis ad Q. Fratrem Epist. 1.* tamen reuera nihil perniciosius est, quam in iudicando irasci: siquidem 1. male vitæ necisque potestas & ferrum irato committitur. *Seneca lib. 1. de Ira cap. 16.* Consultores sunt pessimi, cupido & ira. *Salustius in Iugurtha.* Furor iraque mentem præcipitant. *1. Æneid. 3.* Ira stulti in sinu habitat. *Eccles. 7. 4.* Habet & comites perniciosos; crudelitatem, furorem, sæuitiam. *Seneca lib. 1. de Ira 16.* Facit 5. vt temere & inconsiderate multa fiant: nec seruetur mediocritas illa, quæ est inter nimium & parum. *Thucyd. lib. 3. Cic. 1. Officiorum.* Et vt 6. fumus, oculos mordicans, ea quæ ante pedes sunt, videre non sinit. *Stobæus ex Aristotele Serm. 18.* nauis, ventis agitata, submergitur, nisi gubernatoris industria regatur. *Melissa Serm. 72. secunda partis.* in tumultu non audi-

audimus,quid nobis dicatur. *Plutarch. de Ira cohibenda:* per nebulas denique corpora non bene conſpiciuntur. *Idem:* Ita irati qui ſunt,prudenter nihil,inconſiderate ac temere multa faciunt. Quamobrem (poſtremo) recte præcipiunt,qui Iudices ita volunt ſententias dicere, vt ij,qui alijs medentur, pharmaca adhibent: interim non iraſcuntur ægroto. *Seneca lib. 1. de Ira, cap. 16.* Aut etiam leges,quæ ad puniendum,non iracundia, ſed æquitate ducuntur. *Cic. 1. Officiorum.* Præclare quoque Romani propterea Prætoribus virgas,ſecuribus alligatas,præferri voluerunt: vt oſtenderent,Magiſtratuum iram minime celerem & diſſolutam eſſe debere: virgarum diſſolutione mora iram frangere. *Plutarch. in Problematib. Romanis, Probl. 82.*

Secundo,aberit quoque à iudicando amor: quia amor & proprium commodum ſæpe faciunt, vt virtutem iudex non agnoſcat,gratificetur iis quos amat: aut omnino abſoluat,aut parum condemnet. *Ariſtoteles 2. Rhet. 1.* Hallucinatur enim quiſquis amat in eo quod amat. *Plutarch. in libello, Quo pacto adulator ab amico diſcernendus.* Turbat amor conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit,querulos,temerarios,imperioſos,ſeruiliter blandos facit. *Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouianum.* Ideoque vir bonus,amici ſui cauſa, nihil contra Rempub. aut iuſiurandum & fidem facit: ne quidem ſi Iudex de ipſo amico egit: quod perſonam amici ponit, cum Iudicis induit. Et memor eſſe debet, quando iurato ſibi dicenda ſententia, DEVM ſe teſtem adhibere. Tum etiamſi omnia facienda, quæ amici velint, non amplius amicitias tales, ſed coniurationes putandas eſſe. *Cic. 3. Offic.* Et hoc nomine quoque laudatur P. Rutilius; qui cum amicus quidam, iniuſta petens, repulſam pateretur, & diceret, Quid ergo amicitia tua mihi opus eſt? reſpondit: Imo quid mihi tua opus eſt amicitia, ſi pro te aliquid inhoneſte facturus ſim? *Valer. Maxim. libr. 6. cap. 4.* Commendatur quoq; illud Plinij:

8. A iudicādo Amor abſit.

Apud amicos æque grata debet esse simplicitas dissentientis, atque probantis autoritas. *Lib.2.* Et Augustini illud: Amicus similis est medico, qui non amat ægrotum, si ægritudinem non oderit. Nolite amare vitia amicorum, qui amatis amicos vestros.

9. Metus à iudicando remoueatur. Verum & metus à iudicando remouebitur: nec erunt iudices apti, qui timidi ac meticulosi. Turbatur enim animus, iudicio spoliatur metu correptus: flectitur precibus, quo minus in improbos animaduertat: etiam potentia frangitur. *Plutarchus in Pelopide*: mollicie defatiscit, nec perficere valet, quæ animo concernit. *Plato in Gorgia.* Et vt sustentacula in alto posita contra ventum non permanent, sic cor timidum contra impetum non sustinebit. *Ecclesiastic. vigesimo secundo.* Ac quemadmodum chamæleon, quia animal est pauidissimum, subinde colorem mutat: ita ad varia confugiunt, non constantes manent in proposito, qui timidi ac meticulosi sunt. *Plin. lib. 8. c. 33.* Itaq; fortes vt sint iudices, necesse est.

10. Sint misericordes, sed non nimis. Decimo & illud requiritur, vt sint quidam misericordes & clementes, sed non modum excedant, & in iusticiam delinquant. Misericordia enim & veritas custodiunt Regem: eiusdem thronum clementia confirmat. *Prouerb. 20.* Et iudicium sine misericordia illi, qui misericordiam non facit. *Iacob. 2.* Et magna pollicitatio in iudicando qui pupillis est misericors, vt pater: quando promittitur fore, vt talis sit velut filius altissimi obediens: misereatur huius DOMINVS magis, quam mater. *Ecclesiast. 4.* Sed contra lex iubet; non misereberis pauperis in iudicio. *Exod. 23.* propterea quod misericordia & clementia laudatur quidem, sed ita si rationi seruiat: & præbeatur, vt iusticia conseruetur. *August. libro nono de Ciuitate DEI, cap. 5.* Et semper fauendum est pauperi, pupillæ, & viduæ: sed sine alterius iniuria. *Idem quæst. 88. in Exodum.* Et plurimum interest, quo animo quisq; parcat: siquidem est aliquando mise-

misericordia puniens & crudelitas parcens. *Idem Epist. 54. ad Macedonium.* Et quemadmodum iusticia sine misericordia non est iusticia, sed crudelitas: ita rursus misericordia sine iusticia non est Misericordia; sed fatuitas. *Chrysost. in Matthæum.* Et adhibenda seueritas est Reipub. causa, propterea quod sine hac ciuitas nulli administrari potest. *Cic. lib. 1. Offic.* Quandoquidem hac sublata, crescunt scelera, nocent exempla: summa rerũ omnium sequitur confusio. *Isoc. in Areopag. Seneca lib. 1. de clementia.* Estque summa humanitas iudicanda, cum paucorum animaduersione multi seruantur *Iust. Const. 30.* Et si recte faciunt hortulani, qui noxias herbas tollunt, & auerruncant, vt vtiles eo melius crescant. *Saxo in Historiis Danicis lib. 14.* Laudantur Medici, quando vrunt ac secant illa membra, quæ reliquo corpori nocere possunt. *Cic. 5. Philip.* etiam laudem habebunt Magistratus & Iudices, quod ita sunt clementes, vt nihil interim contra iusticiam & pietatem agant. Atque hinc quia in iudicando seueri fuerunt Æacus, Rhadamanthus, & Minos, à Poëtis inferorum Iudices constituuntur. Lucius Cassius commẽdatur apud Romanos, quod propter seueritatem reorum scopulus est dictus. *Valer. Max. lib. 3. c. 7.* Probatur M. Cato in iudicando seuerus. *Plut. in eius vita.* Habet laudem quoque apud Historicos Fridericus Imperator, & Otho Magnus, qui more veterum Romanorum auream securim sibi præferri curarunt. *Cuspinian. de Imperat.*

QVÆSTIO LXXXIV.

QVO MODO IVDICIA exercenda?

NOn minus vtilis & hæc est quæstio, Quomodo sit iudicandum: & quædam controuersa hic sese offerunt: Primo, An disputare liceat Iudicib & contradicere aliis? Quo etiam pacto illud faciendum? Licere cõtradicere aliis in iudicando, vel inde constat, quod *1. An disputare & contradicere a liis in iudicio liceat: &*

qua ratione illud cōmodefaciendum. 1. fieri non poteſt, vt de præteritis quiſque recte iudicet, niſi contrariæ rationes inter ſe collatæ fuerint. *Iſocrat. de Pace.* Et quemadmodum aurum tum purum deligitur, purpura à purpura ſecernitur, comparatio cum inſtituitur: ita in iudicando & dicendis ſententiis tum quod eſt optimum cognoſcitur, quando cum altero collatum fuerit: *Herodot. lib. 7.* Sed cautio hic eſt diligēs adhibenda, ne per iugulum illa contradictio eat, ſemina rixarum & diſſenſionum ſpargantur: idque quinque fit modis. Si 1. modeſte & amice, non iracunde aut contumelioſe contradicatur ac diſputetur: reducantur, qui diſſentiunt à nobis, ad conſenſum placide: quemadmodum relaxando vel intendendo Muſici ex variis chordis concentum ſuauem inſtituunt. *Plutarch. in Præceptis gerendæ Reipub.* 2. Si laudentur, quæ recte ſunt dicta & facta: fiat diſtinctio ſententiarum, non omnia reprehēdantur, nec aliorum auctoritati & honori inuideatur. *Ariſtoteles 3. Rhet. & Plut. ibidem.* 3. Ita res agatur, vt nō animorum, ſed iudiciorum tantum diſſenſio deprehēdatur: quæ non pernicioſa, ſed vtilis Reipub. eſt. *Simanca ex Philoſtrati lib. 4. cap. 13. de Repub.* 4. Si non vituperentur modo aliorum ſententiæ, ſed & noſtra proferatur. Qui enim tantum improbant aliorum ſententias, malum quidem prohibent, at bonum non conficiunt. *Gregorius Niſſenus in vita Gregorij.* 5. Si quieſcamus, nō denuo dicamus, aut mordicus tueamur noſtram opinionem, aliorum omnium ſententiis auditis. Integra enim re diſſentire fas eſt: peracta id, quod pluribus placuit, cunctis tuendum eſt. *Plinius libro ſexto Epiſtolarum.*

2. Vtrum Iudices verba legis obſeruare, an æquitatem ſpectare debeant. Secundo, cum quæritur, quomodo iudicandum; controuerſum illud eſt, Vtrum Iudices ex verborum legis obſeruatione, an vero æquitate iudicare debeant. Pro legibus faciunt iſta, quod primum Charondas legiſlator Magiſtratus & Iudices negat diſcedere à verbis legum debere: etiamſi illæ iniquæ eſſe videantur. *Diodor.*

dor. libro duodecimo. Secundò, in officio ita iudices continentur, quando, æquitatis ſpe ſublata, ſecundum leges pronunciant. *Bodinus de Repub. libro ſexto, capite ſexto.* Tertio ſæpe imperiti ſunt & imprudentes Iudices, vbi melius eſt verbis legis inſiſtere: quemadmodum imperiti equites cum vident equitare ſe non poſſe, ſellam equeſtrem & ephippium manu prænſant, & ita lapſum declinant. *Idem ibidem.* Quartò, in bene conſtituta Republica nihil eſſe antiquius legibus debet: neque quicquam intereſt, vtrum lex lata non ſit, aut non vſurpetur. *Hermog. de ſtatibus.* Imo & (quinto) illud conſtituitur legibus, ne quis eſſe prudentior legibus velit. *Ariſtoteles 1. Rhet. cap. 15.*

Contra pro æquitate iſta pugnant. Quod 1. non omnia poſſunt legibus comprehendi, multa ſunt relinquẽda prudentis Iudicis religioni, qui ex æquo & bono ius dicit. *Ariſtoteles 5. Eth. cap. 14. 2. Magnorum moralium cap. 1.* 2. Lex ab æquitate diuiſa, quaſi corpus exanime videri poteſt: quia tantum ad quæſtionem infinitam pertinet: quæſtiones finitas æquitati congruentes, ex locis, perſonis, temporibus, non attingit. *Bodinus de Repub. libro ſexto cap. 6.* 3. Illud imprimis legis nomen meretur, quod æquitate & ratione naturali nititur. *Plato in Menone.* 4. Iudex, tanquam ἀργυρονόμων, argentarius, eſt conſtitutus, vt iuſtum ac verum ab adulterino ſeiũgat ac ſeparet. *Ariſtoteles Rhet. 1. cap. 15.* Ideoque 5. Romani iudices conceptis verbis iurare ſunt ſoliti, ſe EX ANIMI SENTENTIA iudicaturos. *Polybius libro 6. Iuſtin. Conſt. 102.* Athenienſes itidem ἀρίστῃ γνώμῃ, ſententia æquiſſima, vſuros ſe eſſe affirmarunt. *Ariſtoteles lib. 3. Polit. & 1. Rhet. cap. 15.*

Rationes pro æquitate.

Verum vt recte concludatur: habenda ratio erit tum eorum, de quibus iudicandum, tum ipſorum Iudicum. Æquum enim bonum tum maxime probatur, cum ſunt quædam admiſſa: interim tamen ratio veniam dare iubet. Sunt deinde & delicta quædam non à mali-

malitia, sed casu & errore profecta: vbi distinguendum est inter ἀτύχημα, infortunium, & ἀδίκημα, iniuriam, certo consilio factam. Tum & tribuendum aliquid humanæ imbecillitati: ac cogitandum illud: NON LABI ESSE ANGELORVM: LABI ET NON SVRGERE DIABOLORVM: LABI ET SVRGERE HOMINVM. Præterea totum non pars quædam consideranda: inspiciendæ actiones totius vitæ: indeque ex æquo & bono venia danda, si lapsus semel fuerit is, qui semper aut plerunque bene antè se gessit. Huc & illud accedit, quod publica quoque tranquillitas flagitat, vt priuatum damnum & incommodum negligatur. *Aristoteles Rhetor. 1. capite decimo quinto.* Sunt iudices alii maiores, alii minores: pleraque autem maioribus Iudicibus tribuuntur, quæ minoribus non conceduntur. Verbi gratia; Reos nec penitus innoxios, nec satis conuictos absoluere, sed quo vsque iudices se sistere iubeantur. *Bodin. de Repub lib. 6. cap. 6.*

3. Vtrum sententia proferenda tabellis, an voce viua? Tertio, neque inutiliter illud quæritur; Vtrum sit melius proferre tabellis & scriptis, an vero viua voce. Et quidem pro scriptis & tabellis videtur facere illud, quod in bene constitutis Rebuspub. apud Romanos, Milesios & nonnullos alios leges tabellariæ in vsu fuerunt. 2. Ita continentur melius in officio ac metu Iudices, quandoquidem viua vox perit, scripta manet. 3. Maior ibi deliberatio & consultatio instituitur. 4. Minor quoque inuidia est, aut suspicio largitionis alicuius.

Contra esse melior opinio eorum videtur, qui viua voce sententias esse perferendas statuunt: quia primum terror iniicitur Iudicibus, quando aperte & voce viua sententias dicunt. 2. Iudices sunt legum interpretes & custodes & executores. Quemadmodum ergo leges aperte loquuntur, nihil reticent: ita & Iudices aperte, non tacite, sententias proferunt. 3. Iudex est persona publica, non priuata: ideoque vt eius honos sartus

tus tectus maneat, aperte in foro aget. 4. Pleræque bene constitutæ Respublicę hanc hodie seruant rationem, vt Iudices palam sententiam proferant, non ad tabulas & scripta veniant. *Aristoteles Polit. libr. 2. cap. 6. & in hunc Casus.*

Quarto, controuersum & illud est; An celeriter iudicia sint expedienda? An vero mora aliqua adhibenda? Dilationes certe iudiciorum perniciosę sunt, & faciunt, vt iudices sæpe male audiant. Neque tamen eo erunt iudicia meliora existimanda, quo breuiora extiterint: quod primum cum tempus, & mora adhibetur, res ipsa magis conspicua redditur: diiudicatio fit facilior. *Plato 6. de Legibus. Seneca libro secundo, de Ira.* Nec male dicitur: Ad pœnitendum properat, cito qui iudicat. 2. Ab improbis ita prius fructus aliquis decerpitur, quam moriatur is, qui deliquit. 3. Facinorosos hoc modo scelerum aliquando pœnitet. 4. Grauius etiam tales puniuntur, quod acerbiora supplicia, quo diutius impendent. 5. Melius sic agitur de alterius capite, remouetur temeritas & animi perturbatio. 6. Idem monet exemplum ipsius DEI, qui sero punit, sed tarditatem pœnæ grauitate compensat. *Plutarchus in lib. de sera numinis vindicta. Bodinus de Repub. libro quarto, capite sexto.*

4. An celeriter sint iudicia expedienda? An adhibẽda aliqua mora & dilatio?

QVÆSTIO LXXXV.
QVO IN LOCO IVDICIA exercenda?

AD Locum quod attinet, in quo Iudicia instituenda, & exercenda sint: soliti sunt veteres iuxta templa tribunalia sua collocare: vt hac re monerentur Iudices, se à DEO constitutos, eiusdemque subiectos iudicio esse. *Plato 6. de Legibus.* Sed & sub dio, æthere cœloque aperto actæ causæ apud plerosque fuerunt: quemadmodum L. Pisonis, A. Claudij, & aliorũ exẽpla

istud

istud commonstrant. Cuius rei hæc videtur causa fuisse, quod in iudiciis ita agebant grauissimi & disertissimi oratores, vt auditorum frequentiam non caperet basilica; aut ne priuatarum litium actio, quæ intus ab obstrepentibus rabulis latrabatur, causas magis serias impediret. *Folicitus in Historia fori Romani, libro primo, capite secundo.* Et vt hoc obseruandum, ita vtile cumprimis, vt pro negociorum constitutione distincta habeantur tribunalia. Quod obseruatum fuisse Athenis, contra Aristocratem Demosthenes ostendit.

An vtile sit, summũ aliquod & cõmune tribunal esse, ad quod prouocandum?

Vbi interim quæritur: An esse summum aliquod & commune tribunal oporteat, ad quod appellatio fiat ab indoctis, corruptis, male affectis iudicibus, ad graues iustos, prudentes? Et concludendum affirmando videtur. Quod 1. hac ratione summæ lites finiuntur. 2. Pacate & tranquille ciues inter se degunt. 3. Idem hic obseruatur, quod alijs in rebus fieri solet, vt scilicet vnus sit aliquis, qui Principem & summum locum obtineat. *Aristoteles secundo Politicorum, sexto.*

Forum sacrum sit.

Sed & FORVM (tertio loco) sacrum esse oportet, & ab omnibus rebus venalibus purum: ita vt nemo sordidus ac illiberalis artifex, aut agricola, aut alius aliquis eo irruat, nisi vocatus à Magistratu fuerit. *Aristoteles Polit. 7. cap 7.*

Forum sit tutum.

Quarto, locum illum, vbi iudicia exercenda, tutum esse oportet tam iudicibus, quam litigantibus: eo quod fieri non potest, vt, qui publica tractant negocia, omnibus placeant. Ideoque Deiotes, cum esset à Medis vocatus, vt iudicaret, arcem sibi tutam construi, addi custodes voluit: vt eo tutius & sine metu iudicare posset. *Herodotus lib. 1.*

QVÆ-

QVÆSTIO LXXXVI.

VTRVM LEGES NECESSARIÆ in Repub. ac probandæ?

QVæstiones de Legibus ordine, opinor, haud incommodo sequuntur: & est materiæ huius vsus magnus grauissimis in consultationibus: vbi de legibus agitur: Quænam pro his vere agnoscendæ? Quales ferendæ? Quando & quomodo abrogandæ? Quam necessaria obseruatio & executio? *Vt videre est apud Ciceronem in Agrariis, pro Lege Manilia, pro Domo. Philipp. 1. 2. 4. 10.* Etiam in iudiciis hoc idem argumentum maxime requiritur: eo quod iudiciorum fundamētum Lex est, *vt Aristoteli in Rhetoricis placet*: hoc requiritur ab Oratore, vt magistratus ad Seueritatem & executionem legum excitet. *Vsus quæstionis.*

Primò vero contra leges scriptas earundemque necessitatem hisce pugnari rationibus posse videtur. *Cōtra leges rationes.* Quod primum leges tyranni sunt hominum, quæ multa præter naturam habent: his Magistratus sæpe abutuntur; vel imperitia, cum legis mentem non intelligunt; vel malitia, cum maleficiis legem suis prætendunt. *Plato de regno.* Secundò, quia callide à legumlatoribus inuentæ propter priuatum commodum: vt cum sint imbecilliores, iniecto terrore iis, qui maiore quodam robore sunt præditi, res suas legibus obtinere sese tueri possint. *Plato in Gorgia.* Tertiò, vniuersa vita mortalium, nō legibus solum, sed etiam natura regitur. Est in vnoquoque homine ratio, quam secuti viri boni recte iudicare queunt. *Demosth. contra Aristogitonem.* Quartò, melius est & vtilius iudicio & arbitratu hominum, quam lege scripta regi: quod hæc solum vniuerse loquitur, sæpe deficit in rebus singularibus, contingentibus & futuris. *Aristot. Polit. cap. 6. lib. 2.* Iudices oportet sequi optimam sententiam, nō semper scriptis legibus

legibus

legibus vti: æquitas semper manet, lex scripta sæpe mutatur. Magistratus & iudex est tanquam argenti & auri æstimator: vt, quod est iustum & verum, ab adulterino separet. *Aristot. 1. Rhet, capite decimo quinto.* Quinto, rex homo est, à quo impetrare, vbi ius, vbi iniuria opus sit: locus est gratiæ, irasci & ignoscere potest: nosse, inter amicum & inimicum discrimen habere. *Liu. libro 2. Bodinus de Repub. libro sexto, capite 6.* Sexto, leges nonnullæ iniquæ, quæ dedecori vrbi, detrimento iis sunt, qui his vtuntur. *Demosth. contra Timocratem.* Septimo, à principio nulla apud Romanos ex scripto populi iudicio lex lata: sed quod reges statuerunt, id arbitrio principum pro lege seruatum fuit. *Liuius Decad. 1. lib. 1. Plutarch. in vita Romuli & Numæ. Iustinus libro primo. Pompon. in principio Digestorum de Iuris origine. Alexander ab Alexand. libro sexto, capite vigesimo tertio.* Octauo consuetudinis maior ac melior vsus, tempus multo potentius ipsis legibus. *Seneca libro quarto de Beneficentia.* Imo Iuris censor & explicator grauis, consuetudo. *Liuius Decad. 4. libr. 4.* Nono, leges aranearum telis sunt similes, vt à Solone, Saleico, Anacharsi, dictum: quod vt illæ muscas & infirmiora animalia alia retinent; vespas, apes, valentiora cætera transmittunt: ita legibus pauperes & humiles astringuntur, potentes & diuites non alligantur, sed elabuntur. *Plutarch. in Solone. Laërtius in vitis Philosophorum, libro 1. Valerius libro 7. de sapienter dictis & factis.* Postremo, melius non porticus legum tabulis implere, sed in hominum mentibus æquitatem defigere: quod non decretis, sed bonis moribus ciuitas gubernatur: apud male educatos nihil valet lex: apud probe institutos sufficiunt, quæ bonis moribus recepta sunt. *Isocrates in Areopagitico.* Laudantur propterea Germani, apud quos plus boni mores quam leges valuerunt. *Cornel. Tacitus de moribus Germanorum.* Persæ itidem qui bona educatione hoc anteuerterunt, ne quis initio malus esset. *Xenophon. 1. Pædia.*

Lycur-

Lycurgus quoque interrogatus : cur legibus ſcriptis non eſſet vſus, reſpondit: quod bene inſtituti temporis vtilitatem norint. *Plutarchus in Laconicis Apophthegmatibus.*

Pro legibus contra iſtæ adduci rationes poſſunt. *Rationes pro legibus.* Quod nomē legum pulchrum: à ſuum cuique tribuendo apud Græcos, apud Romanos à legendo dicantur. *Cicero 1. de Legibus.* Deinde lex nihil aliud, quam mutus Magiſtratus: vt magiſtratus, lex loquens. *Plato 4. de Legibus.* Vinculum Reipub. ad frenandas hominum cupiditates. *Idem de legibus. Demoſthenes contra Midiam & Timocratem.* Anima & ſpiritus ciuitatis: vnde Reipub. vis conſurgit: & qua ſublata, vt corpus ſine mente, Reſpub. procumbit. *Cicero pro Cluentio. Stobæus Serm. 41. de Repub.* Fundamentum firmum, quo Reſpub. fulcitur ac continetur. *Vid. lib. 2. de Repub.* Sponſor in officio mutuo permanendi. *Ariſtot. Polit. 3. cap. 6.* Vitæ humanæ ſolatium, infirmorum auxilium, potentum frenum. *Caſſiodorus lib. tertio Variorum. Athenæus.* Quaſi murus Magiſtratibus aduerſus vulgi importunitatem: vitæ noſtræ cuſtos & medicus; dum, mala ne oriantur, impedit: corrigit & euellit, quæ irrepſerunt. *Leo Imperator in proœmio Nouellarum Conſtitutionum.* Oculus Reipub. Ideoque vt res maxime neceſſaria animali oculus non titubans: ita & Reipub. legum æquus & rectus ſtatus. *Leo Imp. Conſtit. 19.* Regina omnium diuinarum & humanarum rerum : regula iuſtorum & iniuſtorum *lib. 1. Digeſtorum, tit. 3.* Lucerna, lux, & via vitæ. *Prouerb. 6.* Tum & Reipub. commune decretum eſt. *Plat. 11. de Legibus.* Mens ſapientis ad iubendum aut vetandum. *Cicero 2. de Legibus.* Recta & à numine Deorum tracta ratio: imperans honeſta: prohibens contraria. *Philipp. 11. idem.* Monſtrans, quo pacto vnicuique agendum ſit. *Ariſtot. in principio Rhet. ad Alexandrum.* Inuentum & munus DEI: decretum vero hominum prudentum : correctio eorum,

quæ

quę sponte vel ignorantia delinquuntur: ciuitatis communis sponsio, ad cuius præscriptum omnes, qui in ea sunt Repub. vitam instituere debent. *Demosth. contra Aristogitonem. Digest. 1. tit. 3.* Ars denique humanæ vitæ recte instituendæ ac conformandæ. *Thomas Aquinas in prima summæ secundæ, quæstione 104.*

Et sane vel inde legis præstantia ac dignitas apparet, quod ordinatio est & donum DEI, è diuino mētis sacrario in sapientum animos profecta. *Demosth. contra Aristogitonem. Martianus libro secundo Digest. de Legibus.* Quod etiam veteres Legumlatores sunt fassi. Minias Rex Ægypti, qui omnium primus illis leges tulit, harum authorem Mercurium constituit: Minos in Creta Iouem, Lycurgus Apollinem; Zamolxis Vestam, Numa Nympham Ægeriam. *Liuius libro primo Decad. 1. Plutarch. in Numa. Cic. de Legibus. Valerius lib. 1. cap. 3.* Athenienses Cererem legiferam. *Plato in Minoe, & 1. de Legib. Diodorus Siculus libr. 1. & 3. Dionysius Halicarnasseus libr. 2. Ælianus variarum historiarum libro 14. Patricius de Repub. libro primo, tit. 5;* Etiam finis legum egregius est, virtus scilicet. *Plato de Legibus 1. & 3.* ne quis improbe & inique viuat; & vt, punitis illis, qui ius violarunt, meliores alij euadant. *Demosth. aduersus Aristogitonem.* Quemadmodum enim Magistri in Scholis pueris iis, qui scribendi nondum facultate valent, lineas calamo subiiciunt, & exemplar exhibent, vt ex illarum linearum ductu suas pueri literas conforment: ita Respub. subiecta legum formula, vnumquemque viuere ciuium cogit. *Plato in Protagora.* Incolumes præterea legibus ciues seruantur. *Cic. in Vatinium.* Factæ sunt leges, vt maneat hominū vita beata & quieta. *Idem 2. de Legib.* Hæ dum conseruantur, pax & concordia viget. *Plato 1. Legib.* Dei cultu vitæque puritate optimus ac pulcherrimus vitæ exitus comparatur. *Plato in Appendice Legum.* Bona & facultates cuiusque defenduntur. Vt enim fundus ad

nos

nos perueniat, testamento fieri alicuius potest: vt retineamus, quod nostrum est factum, sine Iure ciuili non potest. *Cicero pro Cæcinna.* Leges denique omnis felicitatis publicæ causæ sunt. *Demosth. contra Timocratem.* Nec sine legibus si viuunt homines, à feris bestiis quicquam differunt. *Plato 9. de Legibus. Plutarch. contra Colotem. Demosth. contra Aristogitonem.* Aut domus vlla, vlla ciuitas, vlla gens, aut etiam hominum vniuersum genus stare, aut ipse mundus consistere potest. *Cicero 3. de Leg.* Multo minus libertas manet, sed oritur seruitus, ingruit bellum ac seditio. *Dionysius Halicarnassæus lib. 7.* Et propterea legum serui sumus, vt liberi esse possimus, *Cicero pro Cluentio.*

Itaque DEI OPT MAX. voluntate & iussu, legis diuinæ mandata scripta Iudæi ferebant in manibus & fronte: habebant in limine domus, vt harũ nunquam obliuiscerentur. *Deut. 6.* duodecim Tabularum leges pueris ad ediscendum proponebantur. *Cicero 2. de Legibus.* Cantilenæ olim leges appellabantur: quod priusquam literas homines scirent, leges nossent & cantarent, ne obliuioni illæ traderentur. *Aristotel. Problemat. Sect. 19. quæst. 28.* Et Thuisco, Germanorũ rex primus, leges carminibus est complexus, quæ publicè & priuatim cantarentur: ne obliuio illas obliteraret, aut excusaret ignorantia. *Auentinus lib. 1. Annalium.* Neq; vlla vsquam vel mediocris Respub. sine certis legibus fuit. Romani, armis & legibus se exercentes, orbem terrarũ suum fecerũt. & quidem armis constrinxerunt, legibus autem conseruarunt. *Loruandus de Regnorum successione.* Præter verò cæteras celebrantur Lacedæmoniorũ leges à Lycurgo latæ: Atheniensium à Solone. Commendantur & illæ, quas Locrensib. Saleucus, Thuriis Charondas, Getis Zamolxis dedit. Laudat Cretensium leges Plato, Carthaginensium Isocrates: Polybius Romanas omnibus anteponit. *Plato 1. de Legibus. Arist. 2. Polit. Manutius de legibus Romanis.*

Legum authores. Leges autem primus Moses apud Hebræos tulit, vir sapientia clarus: & hoc nomine non solum à sacris literis, sed etiam alijs est commendatus: *vt Strabone 16. Geographia, & Iosepho lib. 2. contra Appionem, & Eusebio lib. 10. de præparatione Euangelica.*

Refutatio eorum, quæ contra leges allata. Leges ergo scriptæ cordi nobis erunt: nec obstabunt illa, quæ contra has ante allata sunt. Etsi enim ex legis formula peccetur nonnunquam: tamen id præter eius mentem; & vel malitia vel imperitia quadam illud fit hominum. Et requiritur, vt ad vsum illa bona ratione & moderatione, hoc est, μετὰ νοῦ καὶ ἐπιεικείας, à Magistratu adhibeatur. *Plato in Politico.* Et, EST RERVM OMNIVM PRÆCLARARVM ABVSVS, SOLA VIRTVTE EXCEPTA. *Aristot. Rhet. lib. 7. cap. 1. Quintil. Instit. 2. cap. 17.* Nec lex bona, vt tyrannus, cogit; sed, vt prudens domina, cauet, ne quis male agat. *Plato in Protagora.* Deinde in Platonis Gorgia Callicles Sophista, cum hominum tantum instituto constare iustum probat, à Socrate prolixe refutatur: & ostenditur, natura potius iustum constare: nec qui potentiores sunt, idcirco meliores esse; sed hanc ad rem, prudentiam, iustitiam, fortitudinem requiri. *Plato in Gorgia.* Tertio, etsi humanis in actionibus natura habeat locum, non excludatur ratio: tamen comparatione facta, melius est legibus, quam vel naturæ vel rationi humanæ imperium demandare. Natura enim confusa & inæqualis est, & à peculiari cuiusq; ingenio dependet: Leges ordinatæ communes eædem vniuersis sunt. Et natura mala sæpe praua consilia molitur: Leges æqua, honesta, & vtilia spectant. Et natura homines æstuant cupiditatibus: leges easdem coercēt, & naturam ad vitia per se pronam regunt, & ad virtutem flectunt. *Demosth. contra Aristogitonem.* Nec tam perspicax vllius hominis ingenium est, vt sufficiēter ea cognoscat, quæ ad publicum vitæ humanæ bonum cōferunt: aut si cognoscat, quæ sunt optima; agere semper aut possit aut velit.

velit. *Plato 9. de Legibus.* Nec etiam vtile est, aliena ambitione, vt habeatur. *Tacitus lib. 3 Annalium.* Quę ipsa quoq; (quinto) de hominum arbitrio & voluntate dici possunt. Est enim hæc admodum periculosa norma actionum humanarū. *Aristot. Polit. 2. c. 8.* Est siquidem vaga, instabilis, imperita, facilis ad audiendum, infirma ad efficiendum, in honoribus tumida, in curis anxia, in cupiditatibus cæca, in suspicionibus inquieta. *Demosth. contra Aristogitonem.* Estq; suum cuiq; pulchrum: sic res habet, me delectant mea, te tua. *Cic. 5. Tusc.* Nec quisquam id eligit, quod simpliciter est bonum, sed quod sibi bonum. *Arist. 1. Rhet. 15.* Facilius quoq; est vnum aut paucos prudentes inuenire, qui leges ferre possint, quàm multos. Et leges longi temporis consideratione feruntur: iudicia breuissime conficiuntur: & legislatoris iudicium non de singulis nec de præsentibus ac determinatis iudicat. Vnde fit, vt, cum ament aut odio habeant, ipsorū quoq; annexa sit vtilitas, perspici satis veritas nequeat: iudicium voluptate & dolore obumbretur. *Arist. Rhet. 1. cap. 1.* In cæteris quoq; artibus non expedit, vt in medicina illudere medico: nec tantum error medici nocet, quantum cōsuetudo obest, imperanti medico non obtemperare. *Arist. 1. Rhet 16.* Ideoq; idem, Qui legē, inquit, imperare iubet & DEVM & leges, qui verum hominem belluæ adiungit. *Aristot. Polit. 1. c. 12. & lib. 4. c. 16.* Plato quoque interitui esse vicinam Rempub. illam scribit, in qua non magistratibus leges, sed legibus magistratus imperant, *in Critia.* Et hanc ipsam ob causam homini seu regi lex est anteponenda, quod inter amicum & inimicum discrimen nullum facit, nihil tribuit affectibus. *Aristoteles Politicorum 1. cap. 12. & 3. cap. 17. Rhet. lib. 1. cap. 1.* Quandoquidem vbi affectus sunt, verum peruideri non potest. *Salustius in Catilinaria coniuratione.* Res nequit institui consilio & cogitatione. *Seneca in Epistolis, 61.* Idem hic, quod amatoribus, accidit,

Legum authores.

Leges autem primus Moses apud Hebræos tulit, vir sapientia clarus: & hoc nomine non solum à sacris literis, sed etiam alijs est commendatus: *vt Strabone 16. Geographia, & Iosepho lib. 2. contra Appionem, & Eusebio lib. 10. de præparatione Euangelica.*

Refutatio eorum, quæ contra leges allata.

Leges ergo scriptæ cordi nobis erunt: nec obstabunt illa, quæ contra has ante allata sunt. Etsi enim ex legis formula peccetur nonnunquam: tamen id præter eius mentem; & vel malitia vel imperitia quadam illud fit hominum. Et requiritur, vt ad vsum illa bona ratione & moderatione, hoc est, μετὰ νοῦ καὶ ἐπιεικείας, à Magistratu adhibeatur. *Plato in Politico.* Et, EST RERVM OMNIVM PRÆCLARARVM ABVSVS, SOLA VIRTVTE EXCEPTA. *Aristot. Rhet. lib. 7. cap. 1. Quintil. Instit. 2. cap. 17.* Nec lex bona, vt tyrannus, cogit; sed, vt prudens domina, cauet, ne quis male agat. *Plato in Protagora.* Deinde in Platonis Gorgia Callicles Sophista, cum hominum tantum instituto constare iustum probat, à Socrate prolixe refutatur: & ostenditur, natura potius iustum constare: nec qui potentiores sunt, idcirco meliores esse; sed hanc ad rem, prudentiam, iustitiam, fortitudinem requiri. *Plato in Gorgia.* Tertio, etsi humanis in actionibus natura habeat locum, non excludatur ratio: tamen comparatione facta, melius est legibus, quam vel naturæ vel rationi humanæ imperium demandare. Natura enim confusa & inæqualis est, & à peculiari cuiusq; ingenio dependet: Leges ordinatæ communes eædem vniuersis sunt. Et natura mala sæpe praua consilia molitur: Leges æqua, honesta, & vtilia spectant. Et natura homines æstuant cupiditatibus: leges easdem coercet, & naturam ad vitia per se pronam regunt, & ad virtutem flectunt. *Demosth. contra Aristogitonem.* Nec tam perspicax vllius hominis ingenium est, vt sufficiẽter ea cognoscat, quæ ad publicum vitæ humanæ bonum cõferunt: aut si cognoscat, quæ sunt optima; agere semper aut possit aut

velit.

velit. *Plato 9. de Legibus.* Nec etiam vtile est, aliena ambitione, vt habeatur. *Tacitus lib. 3 Annalium.* Quę ipsa quoq; (quinto) de hominum arbitrio & voluntate dici possunt. Est enim hæc admodum periculosa norma actionum humanarũ. *Aristot. Polit. 2. c. 8.* Est siquidem vaga, instabilis, imperita, facilis ad audiendum, infirma ad efficiendum, in honoribus tumida, in curis anxia, in cupiditatibus cæca, in suspicionibus inquieta. *Demosth. contra Aristogitonem.* Estq; suum cuiq; pulchrum: sic res habet, me delectant mea, te tua. *Cic. 5. Tusc.* Nec quisquam id eligit, quod simpliciter est bonum, sed quod sibi bonum. *Arist. 1. Rhet. 15.* Facilius quoq; est vnum aut paucos prudentes inuenire, qui leges ferre possint, quam multos. Et leges longi temporis consideratione feruntur: iudicia breuissime conficiuntur: & legislatoris iudicium non de singulis nec de præsentibus ac determinatis iudicat. Vnde fit, vt, cum ament aut odio habeant, ipsorũ quoq; annexa sit vtilitas, perspici satis veritas nequeat: iudicium voluptate & dolore obumbretur. *Arist. Rhet. 1. cap. 1.* In cæteris quoq; artibus non expedit, vt in medicina illudere medico: nec tantum error medici nocet, quantum cõsuetudo obest, imperanti medico non obtemperare. *Arist. 1. Rhet 16.* Ideoq; idem, Qui legẽ, inquit, imperare iubet & DEVM & leges, qui verum hominem belluæ adiungit. *Aristot. Polit. 1. c. 12. & lib. 4. c. 16.* Plato quoque interitui esse vicinam Rempub. illam scribit, in qua non magistratibus leges, sed legibus magistratus imperant, *in Critia.* Et hanc ipsam ob causam homini seu regi lex est anteponenda, quod inter amicum & inimicum discrimen nullum facit, nihil tribuit affectibus. *Aristoteles Politicorum 1. cap. 12. & 3. cap. 17. Rhet. lib. 1. cap. 1.* Quandoquidem vbi affectus sunt, verum peruideri non potest. *Salustius in Catilinaria coniuratione.* Res nequit institui consilio & cogitatione. *Seneca in Epistolis, 61.* Idem hic, quod amatoribus, accidit,

qui propter amorem, oculorum sensum prementem, de forma iudicare recte non valent. *Quintilianus lib.6. cap.3.* Impia vero constitutio legis nomen non meretur: est lex non lex. *Plato in Minoë. Cic. 1. de Leg.* Nec metu magis, quam pudore, ad legum obseruantiam homines compellendi. *Plato de Legibus lib. 4. & 6.* Leges porro olim latas scripto non fuisse, negari vtiq; nō potest. Statuit hoc Iureconsultus Pomponius, quando manu regia Rempub. Romanā fuisse primo gubernatam affirmat. Nec Homerus νόμε vocabuli vnquā meminit. *Bodinus 3. de Repub. c.3.* Nihil vt natum, ita illico perfectum est. *Cic. de claris Orat.* Et fuerunt post scriptæ leges incisæ in æs, vel retentæ cerussatis & linteis mappis: vt partim inseruirent memoriæ, partim cognitioni commodarent eorum, qui post essent victuri. De consuetudine quoque & moribus quod est allatum: si boni hi sunt, in legem sane transferri possunt, vt firmius obseruentur. *Aristot. Polit. 7. cap. 2.* Si vero mali quid & iniusti contineant, lege sola emendandi sunt. *Idem eodem in loco.* Et tenenda illa regula: Si quid bonum & vtile fuerit, etsi non sit consuetudo, fiat. *Chrysost. in Genesin.* Aliâs inter causas hæc non minima est malorum nostrorum, quod ad exempla viuimus: nec ratione cōponimus, sed abducimur consuetudine. *Senec. epist. 124.* Et præclare Imperator ait: Mala adinuēta, & malæ consuetudines, neq; ex longo tēpore, neq; ex longa consuetudine confirmantur. *In Nouellis Constit. 134.* Et, Noli dicere, *inquit Demosthenes,* quod hoc sæpe sit factum: sed ostende, quod recte sit factum, & ita fieri oportuerit. *Contra Andronionem.* Ac licet leges à potentioribus & locupletioribus contemnantur: tamen cōuentiones & pacta homines seruant, quæ transgredi nemini contrahentium licet. Et leges ita ciuibus accommodantur, vt eas seruare, quam negligere, vtilius omnibus videatur. *Plutarch. in vita Solonis.* Nec leges tantum scribendæ, sed & transgressores pœnis subijci-

ſubijciendi ſunt. *Imperator in Nouellis conſtit. 161.* Et hoc ipſum quoque ad poſtremam rationem reſponderi poſſe videtur. Leges enim ſine moribus nihil valent: multum poteſt educatio bona: prudentis eſt legiſlatoris, cauere potius, ne quid fiat, quam vt factum puniatur: & propterea de puerorum educatione ſunt multa tradita à Platone. *6. de Repub. & 6. de Legib.* Exempla magiſtratuum requirunt bona. *Cic. de Legibus. Plutarchus in præceptis gerendæ Reipub.* Sed non interim leges contemnendæ: quæ vt alijs, ita quoque magiſtratibus oſtendunt, quomodo & diſciplinæ honeſtæ & legum debeant eſſe cuſtodes? Prudentia, ſententia vera, rectaque ratione.

QVÆSTIO LXXXVII.

QVÆNAM DE QVIBVS LATÆ ſint leges?

VT recte iſta ſeſe habent, ita res eſt ardua & difficilis leges ferre. Opus eſt diuina quadam vi ingenij, quæ humana cuncta præuideat. *Dionyſ. Halicarn. lib. 3.* Opus eſt non modo conſilio & prudentia, verum etiam diuino præſidio. *Vid. de Reipub. dignitate lib. 2.* Et quidem legibus circumſcribere velle omnia ineptum & ſtultum eſt, neq; vſquam id fit. *Plato de Legibus lib. 20. c. 4.* Et creſcerent in immenſum leges, ſi dicta quaſi aggeribus obiectis coërcere omnia hic vellemus. *Iſocr. in Areopagit.* Signum item hoc eſſet, non bene conſtitutam Rempub. eſſe. Quemadmodum enim vbi pharmaca multa, multi medici, ibi & multi morbi ſunt: ita vbi plurimæ ſunt leges, ibi plurima vitia dominantur. *Laërt. lib. 4. c. 6.* Imo ἀδύνατον eſt, fieriq; nequit, vt ſingula facta & crimina in legiſlationis ſcientiam cadant, aut etiam prohibeantur. *Plato lib. 9. de Legib. & in Polit. Thucydides lib. 3.*

Quamobrem generatim ſunt leges latæ: ſed ita, vt *Platonis* circum-

de religione leges. circumstantiarum ratione habita, recte applicentur. Et quidem apud Platonem *in libris de Legibus*, leges insignes plurimæ, de religione, DEI metu & obseruantia. Prima siquidem lex esse debet, vt de DEO colendo recte caueatur: fundamentum & propugnaculum Reipublicæ constituatur Religio. *Plato 6. de Legibus.* Qui in impietatis crimen vel loquendo vel scribendo incurrit: nisi ætatis imbecillitate, aut morbo, aut furore correptus fuerit, carcere coërceatur: inde liberatus denuo si peccet, morte afficiatur. *lib. 10. de Legibus.* Nihil temere moueatur aut mutetur in religione. *5. de Legib.* Aut etiam separatim & seiunctim habeat quisq; religionem: colat eam, quæ legibus constituta est. *10. de Legibus.* Tractentur Sacra pie & caste: opes remoueantur. *12. de Legibus.* Sacerdotum denique cura sit constituendorum: ita vt DEVS quoq; hanc ad rem consulatur. *6. de Legibus.*

De Magistratibus. Secundo, de Magistratibus. In maioribus officijs & muneribus, 50. annorum sit eligendus in Magistratum: in minoribus triginta habeat: familiam gentis, patris nomine & suo quoque descriptam in tabula deponat. *6. de Legibus.* Deligantur & accurate eligantur Magistratus, dicant plus intentis. *Ibid.* Spectetur ipsum munus, non autem persona in committendo Magistratu: mulctetur, qui Reipublicæ onus ferre recusat. *Ibid.* Sit Magistratus disciplinis & scientijs bene instructus. *5. & 7. de Repub.* Si bene gesserit officium, viuus & mortuus præmio afficiatur. Qui fuerit præuaricatus in eo, priuata authoritate publicum gesserit negocium, fecerit pacem aut bellum iniussu populi, male obierit legationes; in publico officio pecuniam acceperit: dignitatum titulis priuatus, consessu, sepultura, cæteris spolietur. *12. de Legibus.* Nemo liber & immunis sit à reddendis rationibus, nisi authoritate quadam ad regiam potestatem accesserit. *6. de Legibus.*

De Matrimonio. Tertio, de Matrimonio. In Matrimonio, quod societa-

cietatis humanæ fundamentum est, ætatis ratio habeatur, non spectentur diuitiæ: sed honestum, æquabile, moderatum coniugium quæratur. *6. de Legibus.* Alienus à communitate & quasi peregrinus in cœlibatu qui perdurauerit ad annum 35. vsque, quotannis mulcta plectatur: honoribus nullis decolatur. *6. de Leg.* Extra legitimas nuptias, consuetudo cum mulieribus supplicio puniatur: sint eadem in naui, qui adulteria, scortationes, incestus, huius generis alia committunt. *lib. 8. de Legib.* Nemo filiorum gratia pecunijs cumulandis, sed pudori parando incumbat *5. de Legib.*

De officio liberorum.

Quarto, de Liberorum officio. Parentes negligere turpissimum vitium. Simulachrum enim optimum, & preciosissimus thesaurus in ædib. est pater senio maxime confectus. *11. de Legib.* Est quoque primum, antiquissimum & augustissimũ debitorum genus, quo parentibus liberi sunt obligati. Punit quoque DEVS tales, qui acerbe in parentes inuehuntur; nec eorundem preces exaudit. *4. & 11. de Legibus.*

De educatione & institutione liberorum.

Quinto, de educatione & institutione. Artium & disciplinarum doctores, magistri, præceptores sint curæ & cordi magistratui: quia frustra Respublica instituitur, nisi eiusdem seminarium probe excultũ fuerit. *6. de Leg. & 8. de Repub.* Non etiam in arbitrio parentum relinquatur instituere & docere recte liberos: sed teneantur hoc facere. *7. de Legibus.* Præficiantur institutioni maxime idonei, doctrina, prudentia, dicendi libertate præditi, & qui reddant faciles labores. *7. de Leg.* Exercitia etiam corporis bellica, venationes maxime, instituantur. *Ibidem.* Scriptum aliquod in lucem non emittatur, sine magistratus & legislatorum iussu & inspectione. *Ibidem.*

De humanitate erga peregrinos ac suppli-

Sexto, de humanitate erga peregrinos & supplices. Peregrini & hospites humaniter tractētur: quia Deum maxime patronum hi habent, cum amicis & cognatis sint aliâs orbati, *5. de Leg.* Etiam cum his cõmercia,

ſed vtiliter ac prudenter inſtituantur. *12. de Leg.* Caueatur interim, ne ciuitas peregrina fiat. *8. de Leg.*

De ludis & recreationibus.

Septimo, de ludis & recreationibus. Cantilenarum, ſaltationum, ludorum ratio non libera, ſed certis legibus cõſtituta ſit. Has qui violauerit, aut etiam nouum introduxerit, puniatur: quod mutatio omnis in Repub. perniti[o]ſa, & ex hac contemptus oritur bonarum rerum, & corruptela animorum. Etiam modus hic teneatur, omnis abſit temeritas. *7. de Legib. & 3. de Repub.* Caueatur & illud, ne ex illa conuerſatione cũ alijs oriatur quædam cupiditas aut petulantia. *6. de Legib.*

Octauo, de cõtractibus. In commercijs & re facienda teneatur certus modus: nõ concedatur, vt quiſquam operam det illiberali quæſtui, aut ſordidam atque improbam artem factitet, cumulet immenſas opes: contra qui fecerit, eius opes in fiſcum redigantur. *5. de Legib.* Mutuum ad fœnus nihil detur. Secus qui fecerit, ei nec fœnus nec ſors reddatur. *ibid.* Plura ſimul nemo opificia exerceat. Quam quiſq; didicit aut nouit artem, eam diligenter exerceat. *8. de Leg.* In emendo & vendendo nemo fraudem vllam nectat, ne infame lucrum generoſos mores polluat. *5. de Leg.* Quæ ſunt lingua nuncupata, præſtentur: agatur bene inter bonos: fraus ac dolus omnis abſit. *11. de Legibus.* In opificijs ſi quis opifex ſtato tempore condictum opus non abſoluerit vel ignauia, vel mala fide: à DEO primum punietur, ſed & coërcebitur ita improbitas eius, vt eorum operum precium perſoluat; & rurſus velut ab initio eodẽ temporis ſpacio opus gratis efficiat. *11. de Legibus.* Eſt & iſtud neceſſarium, vt caueatur, ne pluris, quam æquum eſt, opus ſuum ipſe liceatur: ſed fiat licitatio æqua & iuſta. Neque enim debet in libera ciuitate opifex imperitis dolos ſtruere. *11. de Legibus.*

Nono, de memoria & præmijs benemeritorum. Ciues illi condecorandi laudibus, qui ex hominibus abierunt, ſi res pręclare geſſerint, libenter paruerint legibus.

gibus. *7. de Leg.* Quia ira ab obliuione mortui vindicantur: ſuperſtites ad virtutis ſtudium excitantur: habent parentes & cognati, quo ſeſe ſolentur. *in Menedem.* Manium iura ſint ſacra, ſed ita vt luctus & ſumptus minuatur ratione dignitatis & cenſus. Nefas enim eſt, exiſtimare hominem prorſus interire, dum moritur, & ab animo corpus ſeparatur. *lib.12. de Leg.*

Poſtremo, de pœnis flagitiorum & criminum. Nemo cuiquam conuitijs & maledictis moleſtus ſit. Qui cum aliquo de re quapiam diſceptat: diſcat ipſe & doceat eum, quo cum illi controuerſia eſt. A maledictis prorſus abſtineatur: quia nihil turpius eſt, quam muliebres voces in alios iactare. *11. de Leg.* Qui ad alterius incommodum abutitur veneficijs ad perniciem non quidem hominũ, ſed pecudum, aut etiam examinum calamitatem: ſiue illud lethale fuerit, ſiue non fuerit damnum, capitis pœnam ſubeat. *11. de Leg.* Et de furtis lex illa: Qui rem alienam in publico relictam, ſecũ detulerit, ſi ſeruus fuerit, verberibus; ſin liber, illiberalis, caſtigandus. ita vt decuplum eius, quod mouerit, domino reſtituat. *11. de Leg.* Et de vulneribus ac cæde: Qui ira prouocatus vulnerauerit, dupli damnum reſarciet vulnerato: ſi inſanabile vulnus, aut maculam & notam vulnerato adferat: eidemq; quadruplum, Reipub. duplum aut quadruplum repẽdet. Qui cædem dedit, homicidæ pœnam, ſed & exilio & mulcta temperatam ſuſtinebit. *9. de Leg.* Et de temere deniq; litigantibus: Litigantes temere quadruplatores, cuius generis rei Rempub. peſtes, capitali ſupplicio afficiendi. *11. de Leg.* Atque hæ leges Platonis ſunt.

Erunt & Ciceronis notandæ *in libris de Legibus*, & ſecundum materias diſtinguendę. Et quidẽ de Religione & cultu diuino lex eſt I. Sit hoc perſuaſum à principio ciuibus, Dominos eſſe omnium rerum ac moderatores Deos, eaque quæ geruntur, Deûm geri iudicio ac numine: optime eoſdem mereri de genere humano, *Leges Ciceronis ex libris de Legibus.*

 & qua-

& qualis quisque fiit, intueri: piorum & impiorum rationem habere. II. Ad Diuos adeunto caste, pietatem adhibendo, opes remouendo: secus qui faxit, DEVS ipse vindex erit: quandoquidem non minus gratum erit Deo, sine donis non venire: quam non omnibus patere, ad se placandum & colendum, viam. 2. *de Leg.* III. Separatim nemo habessit DEOS, neue nouos, neue aduenas, nisi publice ascitos, priuatim colunto: quia hoc confusionem habet religionum. IV. Templa in vrbibus sunto: quia adfert hæc opinio religionem vtilem ciuitatibus. ibidem. V. Nocturna mulierculárum sacrificia ne sunto: quia faciendum, vt mulierculárum famam multorum oculis clara lux custodiat. VI. Ferijs iurgia amouento, easque in famulis operibus patratis habento: quia feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet iurgiorum, in seruis operum & laborum. VII. Præter Ideæ matris famulos, eosque iustis diebus, ne quis stipem cogito: implet enim superstitione animos, & exhaurit domos. IIX. Impius non audeto placare donis iram Deorum: audiatur Plato, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus Deus, cũ nemo vir bon⁹ ab improbo se donari velit.

Secundo, de Magistratu in genere. I. lex: Magistratus hæc vis est, vt præsit ac præscribat recta & vtilia, & coniuncta cum legibus. Vt enim Magistratib. leges: ita populo Magistratus præsunt. 3. *de Leg.* II. Iusta imperia sunto: salus populi, Magistratibus suprema lex esto. III. Is ordo vitio careto, cæteris specimen esto: quod difficile factu est, nisi educatione quadam & disciplina, sed interim necessarium. Vt enim cupiditatibus principum & vitijs infici solet tota ciuitas: sic emẽdari & corrigi continentia. IV. Eundem magistratum, ni decem anni interfuerint, ne quis capito. V. Donum ne capiunto, neue danto, neue petenda, neue gerenda, neue gesta potestate. Qui quam earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto: ita quidem, vt in suo vitio

quis-

quiſque peccauit. Vis capite, auaritia multa, honoris cupiditas, ignominia ſanciatur. *3. de Leg.* VI. Senatoris iuſſa tria ſunto: vt adſit (nam grauitatem res habet) cum frequens ordo eſt: qui non aderit; aut cauſa, aut culpa abeſto: deinde vt loco dicat, id eſt, rogatus: tum vt modo: ne ſit infinitus. Nam breuitas non modo Senatoris, ſed & oratoris magna laus eſt in ſententia. VII. Senator cauſas populi teneat. Eſt enim neceſſarium noſſe Rempub. quid habeat militum? quid valeat ærario? quos ſocios habeat & amicos? qua quiſque ſit lege & conditione? Etiam conſuetudinem teneat decernendi: maiorum exempla cognoſcat. IIX. Cum populo quando agendum, vis abeſto. Nihil enim eſt exitioſius ciuitatibus, nihil tã contrarium iuri ac legibus, nihil minus ciuile ac humanum, quam compoſita & conſtituta Repub. quicquam per vim agi. IX. De imperijs, legationibus, &c. Imperia, poteſtates, legationes, cum Senatus creuerit, populusue iuſſerit, ex vrbe exeunto: duella iuſta iuſte gerunto: ſocijs parcunto: ſe & ſeruos continento: populi ſui gloriam augento: domũ cum laude redeunto. Nihil enim præter laudem bonis & innocentibus, neq; ex hoſtibus, neq; à ſocijs reportandum: nihil etiam turpius, quam quenquam legari, niſi Reipub. cauſa. X. Cenſores populi præter alia vectigalia tuentor: mores populi regunto: probrum in Senatu ne relinquunto. XI. Militiæ ab eo, qui imperabit, prouocatio ne eſto: quodq; is qui bellum gerit, imperaſſit, ius ratumq; eſto. XII. Contra vim auxilij ergo tribuni ſunto: ratũ & ſanctum eſto, quodcunq; ij prohibuiſſent, quodque plebem rogaſſint. Conceſſa enim plebi iſta poteſtate à patribus, arma ceciderunt, reſtricta ſeditio eſt: inuentum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarent: in quo vno fuit ciuitatis ſalus. *lib. 3. de Leg.*

Tertio de ſubditis. Non enim ſolũ magiſtratib. imperandi, ſed etiam ciuibus obtemperandi præſcribendus

dus modus. Nã & qui bene imperat, paruerit aliquando, necesse est: & qui modeste paret, videtur dignus esse, qui aliquando imperet. Sit ergo lex I. Obtemperabunt iustis imperijs ciues modeste ac sine recusatione: & sperabunt, se aliquo tempore imperaturos. II. Non solum obtẽperabunt Magistratibus: sed etiam eos colent: cõtra qui faciunt, similes Titanibus sunt. Quod vt hi cœlestibus, sic illi magistratibus aduersantur. III. Quæ cum populo, quæ cum patribus agentur, modica sunto. IV. Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto: quia ita studiose Reipub. succurritur. *3. de Leg.*

Quarto, de suffragijs. Suffragia optimatibus nota, populo libera sunto. An vero voce & palam, an vero clam & per tabellam sint illa gerenda, in controuersia est. Pro tabella ista: quod species ita datur libertatis, bonorum retinetur authoritas: contentionis causa tollitur. Contra pugnant ista, & faciunt pro voce: quod, aliter si fiat, latebra detur populo; ignoretur, quid quisque sentiat: tabella sæpenumero vitiosum suffragium occultet. *lib. 3. de Legibus.*

Quinto, de honoribus bene meritorum defunctorum. Honoratorum virorum laudes in concione memoranto: easque etiam ad cantus & tibicinem prosequuntor. *2. de Legibus.*

Sexto, de pœnis flagitiorũ. Violatæ Religionis pœna recusationem iustam non habeat: etsi sceleratos diuinitus puniri exempla tragœdiarum ostendant. Sacrum sacrove commendatum qui depsit aut rapsit, parricida est. Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus esto. Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto. *2. de Legibus.*

Septimo, de sepultura; vbi lex 1. de religione sepulchrorum. Forum & vestibulum sepulchri & busti vsucapi Lex vetat. Ius sepulchrorũ tuetur & illa Solonis, quæ non vult, vt sepulchra quis deligat: pœnam quoque constituit ei, qui monumentum aut columnam violârit,

violârit, deiecerit, fregerit. 2. De sepulturæ genere. Antiquissimum & optimum sepulturæ genus illud videtur, quo terræ corpora mandantur. Redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur. 3. De loco: Hominē mortuum, inquit lex 12. tabul. in vrbe ne sepelito: ne redurito, nisi clari viri fuerint, & istud fuerit tributum virtutis causa, solutis legibus. Nec etiam in agro culto fiat sepultura, aut eo qui coli possit: quia iniquum videtur, vt quis siue viuus siue mortuus, eam nobis terram minuat, quæ fruges ferre, &, vt mater, cibos suppeditare possit. 4. De sumptibus minuendis. Hoc plus, inquit lex 36. ne facito, pratum ascia ne polito: homini mortuo ossa ne legito, quo post funus faciat: excepta bellica & peregrina morte: vectura & circūportatio tollatur: vt & sumptuosa respersio, operosius sepulchrum non fiat, quam quod decem homines triduo effecerint. *2. de Leg.* 5. De lamentationibus. Mulieres genas ne radunto, neve lessum feceris ergo habento.

Sunt præterea in Iure Ciuili & Canonico notandæ, & secundum materias separandæ atque distinguendæ leges. Et quidem sunt istæ:

I.

DE REBVS SACRIS, ECCLESIASTICIS, priuilegijs & iure personarum Ecclesiasticarum.

CONstitutiones Principum & Imperatorum Ecclesiasticis constitutionibus, non præminere, sed obsequi, *cap. 1. distinct. 10.* De iure personarum Ecclesiasticarum & Ecclesiarum inter se prærogatiua, *distinctione 21. & 22.* De ordinatione personarum Ecclesiasticarum, *distinct. 23.* De examine personarū Ecclesiasticarū, *distinct. 24.* De officio personarū Ecclesiasticarum, ac nominatim de vita Episcopi inculpata, *distinct. 25.*

De Epi-

De Episcopi vxore & matrimonio, *distinct. 26.27.28. 29.30.31.* De Ecclesiasticarum personarum matrimonio & concubinatu, *distinct. 32. & 33.* De consanguineis Episcoporum, de sobrietate atque alea eorum, *distinct. 34.35.* De Episcoporum peritia & ignorantia, & quarum literarum eos oportet esse peritos, *distinct. 36.37. 38.* De Episcoporum ornatu & hospitalitate, *distinct. 40.* An Episcopus secularium negociorum debeat habere peritiam, *distinct. 39.* De Episcoporum pudicitia & prædicandi verbi onere, *distinct. 43.* De Episcoporum continentia in victu, *distinct. 44.* De Episcoporum continentia ab ira, asperitate, sæuitia, *distinct. 45.* De Episcoporum continentia à litibus, iurgijs, seditionib. *distinct. 46.* De Episcoporum continentia ab vsuris, *distinct. 47.* De Episcoporum & sacerdotum lapsu & de eorum pœnitentia & impœnitentia, *distinct. 50.* Ne sacerdotes corpore vitiati ad sacra officia admittantur, *distinct. 55.* Ne filij presbyterorum ad sacra officia admittantur, *distinct. 56.* Ne laici in Episcopos eligantur, *distinct. 61.* A quibus Episcopi sint eligendi, *distinct. 62.* Episcopos à laicis non esse eligendos, *distinct. 63.* Quomodo Papa eligi debeat, *distinct. 79.* De criminibus Episcopalibus & clericalib. & de eorum pœnis, *distinct. 81.* De vigilantia Episcoporum, *distinct. 84.* De hospitalitate Episcoporum, *distinct. 85.* De doctrina Episcoporum, *distinct. 86.* De secularibus negocijs Episcopo interdictis, *distinct. 88.* De secularis potestatis iure in reb. Ecclesiasticis, *distinct. 96.* Quod nec Imperatori, nec vlli laico liceat decernere de reb. Ecclesiasticis, *distinct. 97.* An emere spiritualia peccatum sit, *causa 1. quæst. 1.* An pro ingressu Monasterij pecunia sit exigenda, vel exacta persoluenda, *causa 1. quæstione 2.* An Simonia paterna noceat liberis, *causa 1 quæst. 4.* An renuncians hæresi ad Episcopalem dignitatem sit assumendus, *causa 1. q. 7.* Qua pœna clerici feci feriendi sint, qui in accusationibus deficiunt, *causa 2. quæst. 3.* An duorum testimonio Episco-

Episcopus sit condemnandus, *causa 2. quæst. 4.* De appellationibus Clericorum, *causa 2. quæst. 6.* An laici in accusatione Episcopi sint audiendi, *causa 2. quæst. 7.* An liceat Episcopo sibi successorem instituere, *causa 8. quæst. 1.* An res Ecclesiarum Episcopis vsurpare liceat, *causa 10. quæst. 2.* An clericus ante ciuilem iudicem sit producendus, *causa 11. quæstione 1.* Vtrum liceat clericis proprium quid habere, *causa 12. quæst. 1.* Vtrum res Ecclesiasticæ à clericis laicis datæ, firmiter apud laicum permanere possint, *causa 12. quæst. 2.* An clerici ea quæ post ordinationem inueniunt, possint relinquere quib. volunt, *causa 12. quæst. 3.* Si clerici de suis & Ecclesiæ rebus aliqua acquisisse noscuntur, an vtriq; communiter an singulariter Ecclesiæ vel sacerdoti proueniunt, *causa 12. quæst. 4.* An liceat Clericis testamenta conficere, *causa 12. quæst. 5.* An præscriptione temporis ius percipiendi decimas & funerandi tollatur, *causa 13. q. 2.* An liceat clericis vel laicis à quolibet vsuras expetere, *causa 14. quæst. 4.* An Eleemosyna de vsuris fieri possit, *causa 14. quæst. 5.* An pro impensis patrocinijs liceat clericis munera exigere, *causa 15. q. 2.* An iura Ecclesiarũ præscriptione tollantur *causa 16. q. 3.* Si Ecclesia aduersus Ecclesiam præscribit, an etiam monasteriũ aduersus Ecclesiã præscribere possit, *causa 16. q. 4.* An in pueritiæ annis religioni traditi, cogantur postea ad annos pubertatis venientes, propositum religionis seruare, *causa 20. q. 1.* Si præter voluntatem parentum Monasterium vel religionem ingressus fuit filius vel filia, an parentes votum irritum facere possint, *causa 20. quæst 3.* Qui inuitus monasterium ingressus fuit, an cogatur ad inuiti propositi obseruationem, *causa 20. quæst. 3.* An ex vno monasterio in aliud districtius transire permissum sit, *causa 20. q. 4.* An clericus, sacerdos vel alius duab. in Ecclesijs possit cõscribi, & in numerũ canonicorũ cõscribi, *causa 21. q. 1.* An liceat clericis negocia aliorũ secularia tractare, *causa 21. quæst. 3.*

An cle-

An clericis permissum sit vti claris & fulgidis vestibus, *causa 21. quæst.4.* An clerici correpti à suo Episcopo, officium suū relinquere, & ad secularem iudicem confugere possint, *causa 21. quæst.5.* An liceat clericis propria authoritate, an pontificis vel Imperatoris præcepto, arma mouere, *causa 23.quæst.8.* De translatione Episcopi, *tit.7. libri 1.* De authoritate & vsu pallij, *lib. 1. Decretalium tit.8.* De ætate & qualitate & ordine præficiendorum, *lib.1.Decretalium tit.14.* De electionibus Episcoporum & horum clericorum, *tit.6. lib.1. Decretalium. De electione & electi potestate.* De filijs presbyterorum ordinandis vel non, *lib.1.Decretalium, tit.17.* An corpore vitiati ordinandi sint vel nō, *lib.1.Decretal. tit.20.* An bigami sint ordinandi, *cod.lib.tit.21.* An clerici peregrini sint ordinandi, *eodem lib.tit.22.* Laicos Ecclesiastica negocia tractare non debere. *Constitutio Eugenij tertij in Synodo Remensi, de qua in c.2. de iudicijs.* Clericum de omni crimine coram iudice Ecclesiastico conueniri debere, nec valere consuetudinem contrariam. *constitutio Lucij tertij in cap.8.de iudicijs.* Quando clericus iudici seculari tradendus sit. *constitutio Cælestini tertij in c.10.de iudicijs.* Solum Pontificem cognoscere de dubijs priuilegiorum Ecclesiæ Romanæ. *constitutio Innocentij tertij, in c.12. de iudicijs.* Clericum coram Episcopo suo esse conueniendum, *cap.1.de foro compet.* Iudicem secularem, si per se clericum condemnat, esse excommunicandum, *cap.2.ibidem.* Causas clericorum secundum ius canonicum, non secundum consuetudines, esse terminandas. *constitutio Cælestini tertij in c. 9. de foro compet.* Clericum non posse constituere sibi iudicem laicum, etiam interueniente iuramento, & aduersarij consensu. *constitutio Innocentij tertij in cap.12. de foro competent.* Clericos super excessibus coram suo Episcopo conueniri debere, non coram his, quibus seruiunt; nisi consuetudo vel priuilegium aliud inducat. *constitutio eiusdem in capite 13. de foro competent.*

Laicos

Laicos vsurpantes iura Ecclesiastica, veluti sacrilegos, per iudicem Ecclesiasticum, posse compelli. *Constitutio Gregorij noni, in c. 16. de foro comp.* Iudicem secularem, qui vult clericum compellere ad debita etiam liquida soluenda, per iudicem Ecclesiasticum, vt desistat, compelli posse. *Constitutio Bonifacij 8. in c. 2. de foro compet. in 6.* Clericos non esse reijciendos à testimonio in causa Ecclesiæ suæ. *constitutio Alexandr. in c. 12. de testibus & attestationibus.* Laicum non testificari contra clericum in causis criminalibus. *constitutio eiusdem in c. 14. de testibus & attestat.* Papam Imperatorem deponere posse ex causis legitimis. *constitutio Innocentij 4. in c. 2. de sententia & re iudicata.* De vita & honestate Clericorum, *tit. 1. lib. 3. Decretalium. Et tit. 1. lib. 3. Sexti Decretalium.* De cohabitatione Clericorum & mulierum *tit. 2. libri 3. Decretal.* Clericum non debere retinere in domo mulierem suspectam de crimine incontinentiæ, etiamsi sit mater vel alia consanguinea *c. 1. de cohabitatione Clericorum & mulierum.* Excommunicandum Clericum, qui à suspectarum mulierum colloquio, vel earum consortio monitus non desistit. *constitutio Eugenij in c. 2. de cohabitatione clericorum & mulierum.* Clericos concubinas habentes ab officijs deponendos esse. *Alexander 3. in c. 4. de cohabitatione Clericorum & mulier.* Cum clericis non permittendum mulierculas habitare, nisi sanguine iunctas. *constitutio Innocentij 3. in c. 9. de cohabitatione Clericorum & mulierum.* Clericum concubinarium in officio vitandum non esse, nisi sit notorius concubinarius. *constitutio Gregorij 9. in c. 10. de cohabitatione Clericorum & mulierum.* De clericis coniugatis, *tit. 3. lib. 3. Decretalium. Et tit. 2. lib. 3. Sexti Decretalium*, puta. Matrimonium contractum per Clericum existentem in sacris non tenere, secus in minoribus, qui postea cogitur dimittere beneficium. *Constitutio Alexandri 3. in c. 1. de Clericis coniugatis.* Coniugatum ad ordines Ecclesiasticos non

esse promouendum. *Constitutio eiusdem in cap. 2. de clericis coniugatis.* Vxoratos non admitti ad Ecclesiasticas dignitates, sed cogi dimittere, quas habent. *constitutio Innocentij tertij in cap. 8. de clericis coniugatis.* De Clericis non residentibus in Ecclesia vel præbenda, *tit. 4. lib. 3. Decretalium, & tit. 3. lib. 3. Sexti Decretalium.* De præbendis & dignitatibus, *lib. 3. Decretal. tit. 5. & tit. 4. lib. 3. Sexti Decretalium,* puta. In bonis Ecclesiæ non succedi iure consanguinitatis, *cap. 1. de præbendis & dignitatibus.* Bona Ecclesiarum communia esse, nec quenquam, tanquam propria, ea vindicare posse. *constitutio Gregorij in cap. 3. de præbendis & dignitatibus.* Non debere Episcopos permittere, quem plures Ecclesias obtinere. *constitutio Alexandri tertij c. 5. de præbendis & dignitatibus.* Habentem plures Ecclesias, compellendum alteram eligere, & alteram dimittere. *constitutio eiusdem in c. 7. de præbendis & dignitatibus.* Præbendas & dignitates non debere diuidi nec permutari. *constitutio eiusdem in c. 8. de præbendis & dignitatibus.* Receptum in Canonicum ex promissione Episcopi debere, quando facultas se obtulerit, habere præbendam. *constitutio eiusdem in cap. 9. de præbendis & dignitat.* Plures dignitates in vna vel diuersis Ecclesijs quem habere non posse. *constitutio eiusdem in cap. 13. de præbendis & dignitatibus.* Non tenere electionem, cum ad vnam præbendam duo simpliciter eliguntur. *constitutio Innocentij tertij in cap. 20. de præbendis & dignitatibus.* Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittunt in iudices; posse iudicem alterum confirmare, & alteri de prouentibus prouisionem facere. *constitutio eiusdem in cap. 21. de præbendis & dignitatibus.* Clericos ignobiles & non eminentis scientiæ, non debere à præbendis repelli, etiam in Ecclesia, quæ tales admittere non consueuit. *constitutio Gregorij 9. in c. 37. de præbendis & dignitatibus.* De clerico ægrotante vel debilitato, *tit. 6. lib. 3. Decretal. Et Tit. 5. lib. 3. Sexti Decreta-*

Decretal. puta. Quod clericus infirmus integre percipiat fructus sui beneficij. *constitutio Gregorij Pontificis in cap. 1. de clerico ægrotante vel debilitato.* Rectori Ecclesiæ leproso, dandum esse coadiutorem. *constitutio Eugenij Pontificis in cap. 3. de clerico ægrotante vel debilitato.* Rectorem Ecclesiæ lapsum ab administrationis officio remouendum, modo de bonis Ecclesiæ sustentetur. *constitutio Clementis tertij in cap. 4. de Clerico ægrotante & debilitato.* Episcopo, qui propter morbum incurabilem, pastorale officium exercere non potest, dandum esse coadiutorem. *constitutio Innocentij 3. in c. 5. de clerico ægrotante vel debilitato.* De institutionibus clericorum, *tit. 7. libri 3. Decretalium.* De concessione præbendæ & Ecclesiæ non vacātis, *tit. 8. lib. 3. Decretalium, & tit. 7. lib. Sexti Decretalium,* puta. Institutum scienter in beneficium viuentis deponendum esse. *constitutio Gelasii in cap. 1. de concessione præbendæ.* Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debere, & cum vacauerint, concedi debere intra sex menses, quibus elapsis de Episcopo ad capitulum, & econtra: demum ad proximum superiorem deuolui collationem. *constitutio ex concilio Lateranensi in cap. 2. de concessione præbendæ.* Semestre ad eligendum seu conferendum à iure præfixum non currere legitime impedito; nec incipere currere, nisi à die notitiæ vacationis. *constitutio Innocentij tertij in cap. 5. de concessione præbendæ.* Recepto in Canonicum debere capitulum prouidere, quam cito facultas se obtulerit. *constitutio eiusdem in capit. 8. de concessione præbendæ.* Habentem potestatem conferendi posse de iure alteri tradere potestatem conferendi primum beneficium quod vacabat. *constitutio eiusdem in cap. 11. de concessione præbendæ.* Non valere promissionem beneficij vacaturi. *Constitutio eiusdem in cap. 3. de concessione præbendæ.* Obligari prælatum, qui promittit prouidere cum poterit. *constitutio eiusdem, in cap. decimoquarto de concessione præbendæ.*

Sicut patronum non posse promittere se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum: ita nec dare potestatem præsentandi, antequam beneficium vacet. *Constitutio Honorij 3. in c. ultimo, de concessione præbendæ.* Omnem promissionem, per quam datur via ad beneficia vacatura, esse reprobatam *Constitutio Bonifacij Octaui in c. 2. de concessione præbendæ, in 6.* Ne sede vacāte aliquid innouetur, *tit. 9. lib. 3. Decretalium, & tit. 8. lib. 3. Sexti Decretalium.* De his, quæ fiunt à prælato sine consensu Capituli, *tit. 10. lib. 2. Decretalium* puta. Nō valere alienationē rei Ecclesiasticæ absq; approbatione Capituli. *cōstitutio in c. 1. de his quæ fiūt à prælatis.* In temporali alienatione, quam facit prælatus, taciturnitatem capituli haberi pro consensu. *Constitutio Alexandri 3. in c. 2. de his quæ fiunt à prælatis.* Ecclesiam habentem præsentationem præsentare debere de consensu capituli vel maioris partis. *constitutio Cælestini Pontificis in c. 6. de his quæ fiunt à prælatis.* Non posse Episcopum sine consensu capituli concedere Ecclesias alijs Ecclesijs, etiamsi habeat ius patronatus in Ecclesijs concessis. Constitutio *Innocentij 3. in. c. 8. de his, quæ fiunt à prælatis.* De his quæ fiunt à maiore parte capituli, *tit. 11. lib 3 Decretalium.* Vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, *tit. 12 lib. 3. Decretalium.* De rebus Ecclesiæ alienandis vel non, *tit. 13. libro 3. Decretalium. Et tit. 9. lib 3. Sexti Decretalium* puta. Non posse prælatum res vnius Ecclesiæ alteri dare, nec inuicem res illas communicare sine ambarum consensu. *constitutio in consilio Lugdunensi quarto, in c. 1. de rebus Ecclesiæ alienandis vel non.* Principes seculares res Ecclesiæ donare non posse, & qui ab eis recipiunt, excommunicari & perdere omnia, quæ ab Ecclesia alias legitime obtinent. *Constitutio in c. 2. de rebus Ecclesiæ alienandis vel non.* Alienationem de rebus Ecclesiæ factam non tenere: & alienatores, nisi rem restituant, excommunicari, & quemlibet clericum posse contradicere, & rem

rem cum fructibus repetere. *Constitutio Symmachi Papæ in c. 6. de rebus Ecclesiæ alienandis vel non.* Canonicum prædium Ecclesiæ perpetuo locare non posse. *Constitutio Cælestini tertij in c. 8. de rebus Ecclesiæ alienandis vel non.* Restitui Ecclesiam contra alienationem, per quam enormiter fuit læsa. *Constitutio Innocentij tertij in c. 11. de rebus Ecclesiæ alienandis vel non.* Alienationem perpetuam de rebus Ecclesiæ vacantis factam, non præcedente tractatu, & sine iusta causa non valere. *Constitutio Innocentij 4. in c. 1. de reb. Ecclesiæ alienandis, vel non, in 6.* De regularib. & transeuntibus ad religionem, *tit. 31. libro 3. Decretalium. & tit. 14. lib. 3. Sexti Decretalium.* De conuersioue coniugatorum *tit. 23. lib. 3. Decretalium,* puta. Coniugatum non esse ordinandum ad sacros ordines nisi vxor continentiam promittat. *Constitutio Alexandri tertij in c. 5. de conuersione coniugatorum.* De voto & voti redemptione, *tit. 34. lib. 3. Decretalium, & tit. 15. lib. 3. Decretalium, in 6.* De statu Monachorum & Canonicorum regularium, *tit. 35. lib. 3 Decretalium. & tit. 16. lib. 3. Sexti Decretalium.* De iure Patronatus. *tit. 38. lib. 3. Decretalium. Et tit. 19. lib. 3. Sexti Decretalium,* puta. Si patroni in præsentando discordant, præferri præsentatum à maiori parte, si est idoneus, etsi hoc sine scandalo fieri non possit, vel patroni intra tempus legitimum non præsentent: Episcopum idoneum ordinare debere. *Constitutio Concilij Lateranensis, in c. 3. de iure patronatus.* Si patronus laicus successiue præsentat duos, & secundus instituatur ab Episcopo, valere institutionem. *Constitutio Alexandri 3. in c. 5. de iure patronatus.* Ementem ius patronatus eo spoliari debere, si propterea emit, vt possit præsentare filium vel nepotem. *Constitutio eiusdem in c. 6. de iure patronatus.* Institutos in Ecclesijs patronatus per nouos patronos mutari non posse. *constitutio eiusdē in c. 9. de iure patronat⁹.* Religiosum vindicare vel retinere non posse Ecclesias sibi concessas à laicis sine

diœcesani consensu, nisi legitime præscripserint, vel postea diœcesanus consenserit. *Constitutio eiusdem in cap. 11. de iure patronatus.* Si ius patronatus Ecclesiæ venit ad exemptos, per hoc non debere lædi ius Episcopale. *constitutio eiusdem in cap 13. de iure patronatus.* Sine consensu patroni neminem posse Ecclesiam occupare. *constitutio eiusdem in cap. 14. de iure patronatus.* Non posse patronum Ecclesiam sibi retinere, vel alteri concedere propria authoritate. *constitutio eiusdem in cap. 15. de iure patronatus.* Ius patronatus per se vendi non posse. *constitutio eiusdem in cap. decimosexto, dicto titulo.* Valere secundam concessionem ab Ecclesia factam alteri Ecclesiæ per Episcopum & patronum, non obstanti priori facta per patronum solum. *constitutio eiusdem in cap. 20. de iure patronatus* Si quæstio iuris patronatus intra sex menses non terminetur à tempore vacationis, libere posse Episcopum sine præsentatione ibidem instituere Rectorem. *constitutio eiusdem in cap. 22. de iure patronatus.* Patronum in patronatu propria authoritate aliquid alienare non posse, nec ab Ecclesia aliquid temporale exigere, nisi tempore fundationis à diœcesano illud sibi fuerit reseruatum. *constitutio Lucij tertij in cap. 23. de iure patronatus.* In pluribus successiue præsentatis à patrono laico, Episcopo dari gratificationem, sed in præsentatis à persona Ecclesiastica, potiorem esse primo præsentatum. *constitutio eiusdem in cap. 24. de iure patronatus.* Ex constructione Ecclesiæ facta de consensu Episcopi adquiri ius patronatus, & patronum esse alimentandum ab Ecclesia, si vergat ad inopiam. *constitutio Clementis tertij in cap. 25. de iure patronatus.* Patronum Ecclesiæ vacantis, quanquam sit clericus, ad eam tamen se repræsentare non posse. *constitutio Innocentij tertij in cap. 26. de iure patronatus.* Laicum quadrimestre habere tempus ad præsentandum: Ecclesiam vero semestre, licet à laico acquisiuerit ius patronatus. *constitutio Bonifacij*

nifacij octaui in cap. vnico de iure patronatus in 6. De immunitate Ecclesiarum cœmiterij & rerũ ad eas pertinentium, *tit. 49. libri 3. Decretalium, & tit. 24. lib. 3. Sexti Decretalium*, puta. In domibus Ecclesiarum iudicem laicum nõ debere iudicare. *constitutio Ioannis Papæ in c. 1. de immunitate Ecclesiarum.* Tempore magnæ necessitatis, non debere Clericum se excusare à murorum seu ciuitatis custodia. *constitutio Gregorij in c. 2. de immunitate Ecclesiarum.* Laicos collectas imponentes Clericis vel Ecclesijs seu iurisdictiones eorum vsurpantes, excommunicandos esse: posse tamen Episcopum cum Clericis in necessitate præbere subsidia. *constitutio ex cõcilio Lateranensi in c. 4. de immunitate Ecclesiarum.* Causam sanguinis in Ecclesia vel cœmiterijs agitari non debere. *constitutio Lucij tertij in c. 5. de immunitate Ecclesiarum.* Reum criminis ad Ecclesiam fugientem nõ esse violenter ab ea extrahendum, nec damnandum ad mortem: sed alio modo legitime esse puniendum, nisi publicus latro sit, vel depopulator agrorum. *constitutio Innocentij tertij in cap. 6. de immunitate Ecclesiarum.* Qui sub spe immunitatis in Ecclesijs vel cœmiterijs delinquunt, immunitate non gaudent. *constitutio Gregorij noni in cap. 16. de immunitate Ecclesiarum.* Seculares potestates ab Ecclesijs vel Ecclesiasticis personis exactiones pro rebus vel possessionibus acquisitis vel acquirendis, exigere non debere. *constitutio Alexandri quarti in c. 7. de immunitate Ecclesiarum, in 6. & Constitutio Bonifacij octaui in c. 3. eiusdem tituli.* Ne clerici vel Monachi secularibus negocijs se immisceant, *tit. 30. lib. 3. Decretal. & tit. 24. lib. 3. Sexti Decretalium*, puta. Clericos non debere esse ministros vel procuratores laicorum. *constitutio Eugenij Pontificis in c. 3. ne Clerici vel monachi secularibus negocijs se immisceant.* Religiosos exeuntes ad audiendas leges & physicam, nisi intra duos menses ad monasterium redeant, excommunicandos esse. *constitutio Alexandri 3. in*

c. 3. dicto tit. Clericum iudicium sanguinis exercentem, ab officio & beneficio esse deponendum. *Constitutio eiusdem tituli.* Non licere clericis vel monachis, lucri causa negociari. *Constitutio eiusdem in c. 6. dicti tituli.* Clericos tabellionatus officio fungi non posse. *constitutio Innocentij 3. in c. 8. dicto tit.* De summa trinitate & fide Catholica. *constitutio Clementis 5. libro 1. Clementinarum c. vnico.* De vita & honestate Clericorũ puta. Puniendos esse clericos coniugatos, & publice carnificum & tabernariorum officium exercentes. *Constitutio Clementis 5. in c. 1. de vita & honestate Clericorum lib. 3. Clementinarum.* Ne de fide Christiana publice[;] disputetur. *constitutio Marciani Imperatoris, de qua in lib. 4. C. de summa Trinitat. & fide Cathol.* Constitutio Iustiniani Imperatoris de vera fide & erroribus Nestorij, Eutychetis & Apollinaris *in lib. 5. Cod. d. t. de summa Trinitat. & fide Cathol. Et lib. 6. d. t.* De Sacrosanctis Ecclesijs, & de rebus & priuilegijs earum, *tit. 2. Cod. lib. 1.* puta. Quod vnicuique liberum sit, quod voluerit, decedens Ecclesiæ, locoque venerabili relinquere. *constitutio Constantini Imperatoris, de qua in libro 1. c. de Sacrosanctis Ecclesiis, & c.* Ne quis martyres distrahat aut mercetur *cõstitutio Impp. Honorij & Theodosii, in lib. 3. C. dicto titulo.* Vt omnia statuta & consuetudines contra libertatem Ecclesiarum, earumque personarum inductæ, irritæ esse debeant. *constitutio Friderici in tit. de Sacrosanctis Ecclesiis.* De bonis eorum, qui monasterium ingrediuntur, vt scilicet bona eorum acquirantur monasterio, si nullos habeant liberos: aut si habent, permissum sit illis bona inter liberos diuidere, parte tamen apud monasterium manente, si non diuidant liberi, legitimam accipiant, reliqua portione apud monasterium relicta. *Constitutio Imperatoris Iustiniani in Authentica, Si qua mulier. C. de Sacrosanctis Ecclesiis.* Ne res bonaque Ecclesiastica alienentur aut pignorentur. *Constitutio Imperatoris Iustiniani in*

Authen-

Authentica, Hoc ius C. de Sacrosanctis Ecclesiis. Alienare & acquirere damnosa Ecclesiæ prohibitum esse. *Constitutio Iustiniani Imperatoris in Authent. sicut alienatio. C. de Sacrosanctis Ecclesiis.* Monasteria alienari nō posse. *Constitutio Iustiniani in Authen. Multo magis. Cod. de S. S. Ecclesiis.* Alienationem rei Ecclesiasticæ si aliquo modo permissa est, non tamen fieri posse in œconomum vel eius cognatos. *Constitutio Iustiniani Imperatoris in Authent. Quibuscunque. Cod. de S.S. Ecclesiis.* Permutare posse vnam Ecclesiam cum alia, modo permutatio fiat cum vtilitate vtriusque Ecclesiæ. *Constitutio Iustiniani Imperatoris in Authent. Item sibi inuicem. Cod. de S.S. Ecclesiis.* Inutile prædium propter onus fiscalium posse Ecclesiam alienare. *Constitutio eiusdem in Auth. Item prædium. Cod. de S. S. Ecclesiis.* Emphyteutam rem Ecclesiasticam in Emphyteusin acceptam deteriorem reddentem, vel Canonem per biennium non soluentem, posse expelli: & sic perdere vtile dominium: & nihilominus cogendum soluere q soluere debebat tēpore præterito: præterea damnū & interesse refundere & melioramēta non repetere. *Constitutio Iustiniani Imperatoris in Authent. Qui rem. Cod. de S.S. Ecclesiis.* Donationem ad quingentos solidos sine insinuatione priuatis factam non valere: Ecclesiæ vero vel pijs locis factam valere: si vero donatio excedat quingentos solidos, etiam pijs locis datam non valere, nisi facta sit à Principe. *Constitutio Imperatoris Iustiniani in l. Illud quoque 19. de S.S. Ecclesiis.* Vasa sacra & vestes sacras non posse pignorari vel alienari, præterquam in redemptionem captiuorum, vel famis necessitatem: alias à recipiente vindicari omni exceptione remota, aut æstimationem consumptorum condici. *constitutio Imperatoris Iustiniani in l. Sancimus. 21. Cod. de S S. Ecclesiis:* vel si superflua sint vasa, nec aliunde debitum Ecclesia soluere possit; quo casu alienari possint. *Constitutio eiusdem in Auth. præterea. Cod. dicto titulo.*

Res Ecclesiæ & ciuitati relictæ, vel iure hæreditario vel legatis, vel donationibus & venditionib. non posse præscribi, nisi centum annis, & Ecclesiam acquirere dominium etiam sine traditione possessionis, & habere personalem hypothecariam & in rem actionem. *constitutio Iustiniani in l. vt inter. cod. de SS. Ecclesiis*: quod tamen postea correctum; & statutum, vt sola Ecclesia Romana centum annorum priuilegio gaudeat. *constitutio eiusdem Imperatoris in Authent Quas actiones. cod. d. titulo.* Si quis Dominum Iesum Christum instituit hæredem, quis hæreditatem capere debeat. *constitutio Iustiniani in l. Quoniam in plerisque. cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.* De Episcopis & Clericis, Orphanotrophijs & Xenodochijs & Brephotrophijs, Ptochotrophijs & Asceterijs & monachis & de priuilegijs eorum & castrensi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptijs clericorum vetitis seu permissis, *titulo 3. libri. Codicis*, puta. Clericos extraordinaria munera non debere subire, nec hospites recipere. *constitutio Constantini Imperatoris in l. 1. Cod. de Episcopis & Clericis.* Clericos, eorum liberos, seruitores, vxores ad munera sordida non vocandos. *constitutio eiusdem Imperatoris in l. 2. C. de Episcopis & clericis.* Laicos, cuiuscunque sint status & dignitatis, non posse imponere collectam vel onera clericis, Ecclesijs vel pijs locis, nec inuadere bona Ecclesiastica, sub pœna banni Imperialis. *Constitutio Friderici Imperatoris in Authent. Item nulla. cod. de Episcopis & clericis.* Clericos pro prædijs proprijs teneri ad fiscalia. *constitutio Constantini in l. 3. Cod. de Episcopis & clericis.* Clericos officiales publicos esse posse, nec vxorem aut concubinam habere. *constitutio Imperatoris Iustiniani in Auth. Sed neq. cod. de Episcopis & Clericis.* Eum, qui saltem attentat iungere causa matrimonij virginem sacram, capitali pœna afficiendum. *constitutio Ioviani Imperatoris in l. 5. cod. de Episcopis & cle-*

& clericis. Clericos, constitutos in minoribus ordinibus, esse immunes à tutelis & muneribus personalibus. *constitutio Valentiniani, Valentis & Gratiani in lib. o. cod. de Episcopis & clericis.* Episcopum cogendum non esse, vt testimonium ferat. *constitutio Theodosii Imperatoris in l. 7. Cod. de Episcopis & clericis.* Ex constitutione tamen Iustiniani citari non debet, sed mittet iudex ad eum quosdam de suis ministris, vt propositis Sacrosanctis Euangelijs testimonium ipsius Episcopi audiant, nullo tamen delato illi iuramento, *in Authent. Sed iudex. Cod. de Episcopis & Clericis.* Presbyteros pro falso testimonio in causa ciuili lato, per triennium suspendi ab officio: in criminali vero puniri pœna falsi. *constitutio Iustiniani Imperatoris in Authent. presbyteri. Cod. de Episcopis & Clericis.* Iniuriam sacerdotibus vel ministris illatam, intra Ecclesiā tēpore, quo sacra celebrantur, vel postea capitali pœna esse vindicandam. *constitutio Honorij & Arcadij Imperatorum in l. 10. cod. de Episcopis & clericis.* Ex constitutione Iustiniani, verberatus in exilium mittitur: si vero sacra vel litanias turbauerit, capitis pœna afficitur *in Authent. Sed nouo. cod. de Episcopis & clericis.* Ad Ecclesiam esse promouendos illos, qui sunt de ciuitate & oppido, in quo Ecclesia sita est. *constitutio Honorij & Arcadij Imperatorum in l. 11. dicto titulo.* Violantem priuilegia Ecclesiæ, puniendum esse solutione quinque librarum auri. *constitutio Arcadij & Honorij Impp. in l. 13. Cod. d. l.* Ex constitutione vero Friderici Imperatoris in bannum declaratur. *Auth. Quacunque. cod. d. t.* Conuenticula illicita esse prohibita, & domum, in qua celebrantur, esse publicandam. *constitutio Honorij & Arcadij Impp. in l. 15. cod. de Episcopis & clericis.* Clericos nō posse esse Aduocatos, vel procuratores causarum secularium, nisi in causis proprijs vel collegij sui. *constitutio Honorij & Theodosii in l. 17. cod. dicto titulo.* Episcopos & Clericos, ciuiuscunque ordinis illi sint, ad tabulas

bulas ludere, aut alijs ludentibus participes esse, aut inspectores fieri, vel ad spectacula spectandi causa venire non debere. *Constitutio Imperatoris Iustiniani in Authent. Interdicimus. Cod. de Episc. & clericis.* Clericis interdicenda consortia mulierum, facultate tamen eis concessa, vt matres, filias, atque germanas intra domorum suarum septa contineant. *Constitutio Honorij & Theodosii Impp. in l. 19. Cod. d. t.* Coniugia clericis interdicenda, exceptis cantoribus & lectoribus; modo ad secundas non veniant nuptias. *constitutio Iustiniani Imperatoris in Auth. Multo magis. Cod. d. t.* Episcopum habentem vxorem, ab episcopatu esse deijciendum. *constitutio Iustiniani Imperatoris in Auth. Episcopo. Cod. de Episcopis & Clericis.* Bona Clericorum & religiosorum ab intestato morientium, ad parentes & ad liberos; ijs non extantibus, ad vxorem; & postea ad Ecclesiam deuolui. *constitutio Theodosii & Valentiniani Impp. in l. 20. Cod. d. tit.* Ex constitutione autem Iustiniani Imperatoris, *in Auth. Nunc autem. Cod. d. tit.* Monachus si liberos habeat, portionem illis legitimam vt & vxori iura sua intacta, relinquere debet. Trahentem in criminali causa Episcopum ad iudicem secularem per calumniam, puniendum triginta pondo auri. *constitutio Theodosii & Valentiniani Impp. in l. 22. Cod. d. t.* Episcopum inuitum ad ciuilem iudicem non producendum, nisi princeps hoc iubeat; iudicem vero duci vel exhiberi iubentem in viginti libras auri puniendum. *constitutio Iustiniani Imperat. in Auth. Nullus episcopus. Cod. d. t.* Ea, quæ relicta sunt pauperibus, in genere robur habent, etiamsi nulla persona sit specificata. *constitutio Valentiniani & Marciani Impp. in l. 24. Cod. d. t.* Legatum relictum in redemptionem captiuorum valere, non obstante incertitudine personæ: & quomodo illud soluendum. *constitutio Leonis Imperatoris in l. 28. Cod. de Episcopis & Clericis.* Episcopum eligendum esse ex proprijs meritis & virtutibus, non

pecunia

pecunia, ſub pœna infamiæ. *conſtitutio Leonis Imperat. in l.29. Cod. de Epiſcopis & Clericis.* Extra prouinciam ſuam clericos non eſſe in ius vocandos. *conſtitutio eiuſdem in l.31. Cod. d. t.* Monachos non eſſe trahendos ad iudicium ſeculare. *conſtitutio Iuſtiniani Imper. in Auth. Cauſa quæ. Cod. de Epiſcopis & clericis. Et in Auth. Statuimus d. t.* Clericum etiam in patria poteſtate conſtitutum, quicquid in Clericatu acquiſiuit, ſibi acquirere, & de eo libere tam inter viuos quam in vltima voluntate diſponere poſſe. *conſtitutio Leonis & Antonij Impp. in l. 32. Cod. de Epiſcopis & clericis.* Epiſcopalem dignitatem liberare à patria poteſtate. *conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris in Authen. Sed Epiſcopatus. Cod. d. t.* Epiſcopum de ijs, quæ ante Epiſcopatũ vel etiam poſt iure cognationis, neque ad quartum gradum acquiſiuit, libere de ijs diſponere poſſe, non vero de acquiſitis intuitu Eccleſiæ: ſi vero inteſtatus moriatur, Eccleſia ſuccedit, niſi ſint ſucceſſores legitimi. *conſtitutio Iuſtiniani Imper. in Authent. licentiam. Cod. d. t.* Aſcriptitios & cenſitos non poſſe ſine expreſſa voluntate Dominorum clericari vel ſolitariam eligere vitam. *conſtitutio eiuſdem Iuſtiniani in Auth. Adſcriptitios, Cod. d. t.* Negligentem redimere teſtatorem vel cognatum à carcere licere exhæredari & bona applicari Eccleſiæ, ſaluis alijs capitulis teſtamenti. *conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris in Authent. Si captiui. Cod. de Epiſcopis & clericis.* Clericum fori præſcriptioni renunciare poſſe. *conſtitutio Imperatoris Iuſtiniani in l. ſi quis. 51. Cod. d. t.* Clericos omnes immunes eſſe à tutelis. *conſtitutio eiuſdem in l. 52. Cod. d. t.* Raptores virginum Deo dedicatarum capitis ſupplicio plectendos eſſe, inuentosque in flagranti crimine à parentibus, conſanguineis, & tutoribus mulierum impune poſſe occidi, bona confiſcari; & proprietatem monaſterio, vſumfructum vero raptæ mulieri applicandum eſſe. *conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris in l. 54. C. de Epiſcopis & Clericis.* Sponſum,

inuita

inuita sponsa, religionem ingredi: & similiter alterum ex coniugibus altero inuito monasterium ingredi posse, nec dissolui matrimonium. *constitutio eiusdem Imperatoris in l. 56. cod. de Episcopis & Clericis.* Bona monasterio acquisita per ingressum non reuocari, licet ingressi ad secularem remeauerint vitam. *Constitutio eiusdem in l. 56. §. 2. cod. d. t.* De Episcopali audientia, *titulo 4. libri 2. Codicis*, puta. In diebus Paschalibus non debere captiuos in carcere esse, nisi detineantur enormissimo delicto. *constitutio Gratiani, Valentiniani, Theodosii & Arcadij, in l. 3. cod. de Episcopali audientia.* Addictos supplicio, clericos eximere non posse vel vindicare. *constitutio Arcadij & Honorij, in l. 7. C. de Episcopali audientia.* A sententia lata per Episcopum ex prorogatione iurisdictionis, non appellari, sed sententia executioni esse mandandā per iudicem secularem. *constitutio Arcadij & Honorij in l. 9. cod. de Episcopali audientia.* Quod tamen per constitutionem Iustiniani Imperatoris *in Authent. Si quis litigantium, cod. de Episcopali audientia.* immutatum est. Libros improbatio fidei videndo Episcopo esse comburēdos, & artem Mathematicam exercentes, imperio eijciendos. *constitutio Honorij & Theodosii in l. 10. C. de Episcopali audientia.* Ne sanctum Baptisma iteretur, *tit. 6. libri 1. Codicis*, puta. Scienter rebaptizantem & rebaptizatum capite puniendū. *cōstitutio Honorij & Theodosii in l. 2. cod. dicto titulo.* Nemini licere signum Saluatoris Christi humi vel in silice vel in marmore aut insculpere aut pingere. *cōstitutio Theodosii & Valentiniani Impp. in tit. 8. cod. lib. 1.* De ijs qui ad Ecclesiam confugiunt, vel ibi exclamant, & ne quis ab Ecclesia extrahatur, *tit. 12. lib. 1. cod.* puta. Iudæos ad Ecclesias confugientes, non prius suscipiendos esse quam vniuersa debita soluerint: vel suspecti de crimine se purgauerint. *constitutio Arcadij & Honorij in l. 1. cod. h. t.* Confugientes ab Ecclesias, sub pœna criminis læsæ maie-

maiestatis non esse extrahendos. *constitutio Honorij & Theodosii in l. 2. cod. d. t.* Seditiones, tumultus & conspirationes in Ecclesijs etiam contra priuatam personam sub pœna vltimi supplicij non debere fieri. *constitutio Marciani in l. 4. Cod. d. tit.* De Ecclesia neminem esse extrahendum, sed saltem verbaliter citandum. *constitutio Leonis Imperatoris in l. 1. cod. d. t.* Res Emphyteuticas Cæsaris, Reipublicæ vel templorum nullo titulo vel oneroso vel lucratiuo alienari posse, vt præscribantur; sed à comparantibus auocari sine restitutione precij. *constitutio Valentiniani, Theodosii & Arcadij Impp. in l. 2. Cod.* ne in dominicæ vel templorum vendicatione temporis præscriptio submoueatur, *tit. 38. lib. 7. Codicis.* Res sacras vel religiosas non posse obligari. *constitutio Antonini Imp. in l. 3. cod. quæ res pignori obligari possint.* De non alienandis aut permutandis rebus Ecclesiasticis immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis. *constitutio Iustiniani Imp. in Nouell. 7.* De Ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione & solutione. *constitutio Iustiniani Imperatoris in Nouel. 46.*

II.

DE CONIVGIO ET MAtrimonio.

AN coniugium possit esse inter vouentes, *causa 27. quæst. 1.* An liceat sponsæ à sponso recedere, & alij nubere, *causa 27. quæst. 2.* An coniugium sit inter infideles, *causa 28. quæst. 1.* An fideli liceat aliam vxorem ducere, viuente infideli vxore, *ibidem.* An error qualitatis vitiet matrimonium, puta si quis ducit liberam, quæ est ancilla, *causa 29. quæst. 1.* An sponsalia contrahantur inter infantes, *causa 30. quæst. 2.* An spirituales vel adoptiui filij naturalibus copulari valeant, *causa 30. q. 3.* An vxorē cōpatris vxoris suæ quis ducere possit, *causa 30. q. 4.* An clandestina desponsatio manifestæ

nifestæ præiudicet, *causa 30. quæst. 5.* An possit duci in coniugium, quæ prius est polluta per adulterium, *causa 31. quæstione 1.* An filia inuita sit tradenda alicui, *causa 32. quæst. 2.* An filia post sponsionem patris possit nubere alij, *causa 32 quæst. 3.* An meretrix licite ducatur in vxorem, *causa 32. quæst. 1.* An ea, quæ causa incontinentiæ ducitur, sit coniunx appellanda, *causa 32. quæst. 3.* An filia magis aui, an vero patris voluntatem in matrimonio sequi debeat, *causa 32. quæst. 3.* An viuente vxore, liceat alicui filios ex ancilla quærere, *causa 32. quæst. 4.* An ea, quæ vim patitur, pudicitiam amittat, *causa 33. quæst. 51.* An adulter, si adulteram ducit, illam rursus possit dimittere, *causa 32. quæst. 6.* An adulter, dimissa adultera, possit aliam ducere, *causa 32. quæst. 7.* An separata à viro propter imbecillitatem coëundi, ei nubere valeat, cum quo prius fornicata est, *causa 32. q. 2.* An vir sine consensu vxoris continentiam vouere possit, *causa 32. quæst. 5.* An sit adultera, quæ audiens virum priorem esse mortuum, alij nupsit, *causa 34. quæst 1.* An talis, redeunte primo marito, cogenda sit recedere à secundo, & redire ad primum, *causa 34. quæst. 2.* An liceat aliquam ex propria cognatione ducere in vxorem, *causa 35. quæst. 1.* An ex consanguinitate vxoris, aliqua possit in coniugem duci, *quæst. 2.* Vsque ad quem gradum debeat quisque abstinere, siue à proprijs siue ab vxoris suæ consanguineis, *causa 35. quæst. 3.* Quare neque ad sextum gradum consanguinitas computetur, ita quod nec vltra protendatur, nec infra subsistit, *causa 35. quæst. 4.* Quomodo gradus consanguinitatis computandi sint, *ibid. quæst. 5.* An illi, qui de incestuosis nati sint, filij reputentur, *ibid. quæst. 7.* Si ignoranter de consanguinitate vel affinitate aliqua in vxorem ducta est, an ex dispensatione Pontificis possit viro suo adhærere, *ibid. quæst. 8.* Si contigerit Ecclesiam decipi, & causa consanguinitatis aliquam à viro suo separare, quæ post qua-

quadriennium nuptijs hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris: an secunda coniugia sint rescindenda, & priora redintegranda, *causa 35. quæst 9.* Si relicta alicuius de propria cognatione ad secundas nuptias transierit, an proles ex his suscepta possit pertingere ad consortiũ alicuius de cognatione prioris viri, *causa 35. quæst. 10.* An raptum admiserit, qui virginem vi oppressit, & postea cum consensu parentum illam in vxorem duxit, *causa 36. quæst. 12.* An rapta raptori nubere possit, patre assensum præstante, *causa 36. quæst. 2* Non posse quem illam habere in vxorem, cuius maritum occidit machinatione ipsius mulieris. *constitutio Cælestini 3. in c. 1. de conuersione infidelium.* De Spõsalibus & matrimonijs, *tit. 1. libri 4. Decretalium, & tit. 1. lib. 4. Sexti Decretalium*, puta. Sponsalia de futuro dissolui, si sponsi se dissoluunt, etiamsi fuerint iurata. *constitutio Innocentij 3. in c. 2. de Sponsalibus.* Si maior septennio duxit in vxorem minorẽ septennio & eam traduxit ad domũ: oriri ex tali cõtractu publicę honestatis iustitiã, vt talis postea consobrinã minoris ducere nequeat. *cõstit. Eugenij in c. 3. de Sponsalib.* Ex Sponsalibus contractis cum consanguinea oriri publicæ honestatis iustitiam. *constitutio Alexandri 3. in c. 4. de Sponsalibus.* Si Sponsus de futuro ante copulam carnalem, ad alia loca se transfert, posse sponsam libere cum alio cõtrahere. *constitutio eiusdem in c. 5. de Sponsalibus.* Inter sponsam & consanguineos sponsi oriri impedimentum publicæ honestatis, impediens & dirimens inter eos matrimonium contrahendum & contractum. *constitutio eiusdem in c. 8. de Sponsalibus.* Eum qui iurauit cum aliqua contrahere, si non subsit impedimentum, compellendum contrahere. *constitutio eiusdem in c. 10. de Sponsalibus.* Parentem cogendum esse restituere filio vxorem, quam iniuste detinuit. *constitutio eiusdem in c. 11. de Sponsalibus.* Si mulier cum aliquo inuita contrahat, nec in eum postea consentiat: valere matrimo-

nium, si alteri postea nubit. *Constitutio eiusdem in cap. 13. de Sponsalibus.* Qui iurauit cum aliqua contrahere, si postea vult monasterium vel religionem ingredi, debere primo contrahere, vt iuramentum seruetur, & ante copulam monasterium ingredi. *Constitutio eiusdem in cap. 16. de Sponsalibus.* Eum qui iurauit cum aliqua contrahere, monendum potius, quam compellendum, vt contrahat. *constitutio Lucij tertij, in cap. 17. de Sponsalibus.* Litis pendentiam super matrimonio non impedire secundum matrimonium contrahi, si primum erat nullum. *constitutio Vrbani tertij in cap. 18. de Sponsalibus.* Vxorem incertam de morte viri non posse matrimonium contrahere, quamuis ignoret statum mariti per longum tempus absentis *constitutio Clementis tertij in cap. 19. de Sponsalibus.* Contractum matrimonium cum meretrice, proficere ad remissionem peccatorum *constitutio eiusdem in cap. 20. de Sponsalibus.* Matrimonium per vim contractum, cohabitatione spontanea conualescere. *constitutio eiusdem in cap. 21. de Sponsalibus.* Sponsalia de futuro etiam iurata, solui per secunda sponsalia de præsenti, non etiam per secũda de futuro. *constitutio Innocentij 3. in c. 22. de Sponsalibus.* Mutum & surdum quoque matrimonium contrahere posse. *constitutio eiusdem in cap. 24. de Sponsalibus.* Solo consensu legitimo contrahi matrimonium. *constitutio eiusdem in cap. 25. de Sponsalibus.* Mulieri, quæ negat se consensisse, non credi, marito probante contrarium: secus si probat se consensisse, per metum, qui potest cadere in constantem virum. *constitutio Honorij tertij in cap. 28. de Sponsalibus.* In matrimonijs & sponsalibus debere esse libertatem, vnde in eis promissionem pœnæ non obligare. *constitutio Gregorij noni in cap. 29. de Sponsalibus.* De desponsatione impuberum, *titulo 2. libri 4. Decretalium. & tit. 2. libri 4. Sexti Decretalium,* puta. Patrem pro filio impubere sponsalia contrahere: pro pubere vero non, nisi consentiat. *con-*

stitutio

stitutio Honorij Pontificis, in cap. 1. de desponsatione impuberum Impuberes ambo vel alter contrahentium coniungi non debere. *Constitutio Nicolai Papæ in cap. 2. de desponsatione impuberum* Sponsalia nulla ex defectu consensus non creare publicæ honestatis iustitiam, sic nec in sponsalibus licitis, legitimo tamen modo solutis. *Constitutio Alexandri tertij in cap. 4. de desponsatione impuberum* Si maiores septennio contrahunt sponsalia ante pubertatem, à matrimonio resilire non possunt: & ille qui primo fit pubes, expectare alterum impuberem scilicet, debet. *constitutio eiusdem in cap. 7. de desponsatione impuberum.* Impuberes sponsalia contrahentes, ante pubertatem separari non debere, sed post pubertatem si cōtradicunt sponsalibus, nisi copula carnalis interuenerit. *constitutio eiusdem in cap. 8. de desponsatione impuberum.* Minores aptos ad matrimonium ex contractu matrimonij obligari, nisi violentia intercedat. *constitutio eiusdem in cap. 9. de desponsatione impuberum.* Contractum ante pubertatem etiam cum nisu carnalis copulæ, non facere matrimonium. *constitutio Vrbani tertij in cap. 10. de desponsatione impuberum.* Maiorem inuitum cōtrahentem sponsalia cum minore, non teneri ipsum expectare, donec veniat ad ætatem adultam. *constitutio eiusdem in cap. 11. de desponsatione impub.* Sponsalia cōtracta cum minore septennio per cohabitationē mutuam, post septennium conualescere & inducere publicæ honestatis iustitiam, solui tamen per matrimonium de præsenti. *constitutio Clementis 3. in c. 12. de desponsatione impuberum.* Sponsalia pro absentibus filijs non tenere, nisi ipsis præsentibus, vel nisi approbauerint tacite vel expresse ex post facto. *constitutio Bonifacij 8. in cap. vnico de desponsatione impub. in 6.* De clandestina desponsatione *tit. 3. lib. 4. Decretalium*, puta. Eos qui matrimonium clandestine contraxerunt altero negante, vel vtroque, nec apparente legitima probatione simul cohabitare non esse

cōpellendos. *constitutio Alexandri tertij in c. 2. de clandestina desponsatione.* Si in gradu prohibito matrimonium clandestine vel contra interdictum contractum fuerit, etiam per ignorantiam de impedimento, natos ex illo matrimonio esse illegitimos. *constitutio Innocentij tertij in c. 3. de clandestina desponsatione.* De sponsa duorum, *tit. 4. lib. 4. Decretalium,* puta. Contrahentem successiue per verba de præsenti cum duabus teneri adhærere primæ: si autem primo contraxit per verba de futuro, secundo per verba de præsenti; adhærere secundæ debere. *constitutio Augustini in c. 1. de Sponsa duorum.* Sponsalia de præsenti, non solui per sequens matrimonium, etiam carnali copula consummatum. *constitutio Alexandri 3. in c. de Sponsa duorum.* Illum, qui appellat in causa matrimoniali, matrimonium contrahere, lite pendente, prohibendum; & si contraxerit, separandum esse. *constitutio eiusdem in c. 4. de Sponsa duorum.* Qui duas per verba de præsenti desponsat, desponsatam primam in vxorem habere debere, etiamsi prius secundam cognouerit; nec valere contrariam consuetudinem. *constitutio Innocentij in c. 5. de Sponsa duorum.* De conditionibus appositis in desponsatione, *tit. 5. libri 4. Decretalium,* puta. Defectum turpis conditionis, in contractu matrimonij appositæ, non viciare matrimonium, sed viciari. *constitutio in c. 1. de conditionibus appositis.* Eum, qui iurauit aliquam in vxorem accipere, si centum sibi donauerit, centum non datis, recipere illam non teneri, nisi postea pure consenserit, vel eam cognouerit. *constitutio Alexandri 3. in c. 3. de conditionibus appositis.* Contrahentem matrimonium sub conditione in iure non improbatam, non compelli matrimonium consummare ante conditionis euentum. *constitutio Vrbani 3. in c. 5. de conditionibus appositis.* Eum qui sub honesta conditione sponsalia contrahit, & ante conditionis euentum desponsatam cognoscit, non obstante conditio-

ditione, eam ducere teneri. *constitutio Innocentij tertij in c. 6. de conditionibus appositis.* Si in contractu matrimonij adponitur conditio turpis vel impossibilis, haberi illam pro non adiecta, nisi sit contra substantiam matrimonij, quia tunc vitiat contractum. *constitutio Gregorij noni de conditionibus appositis.* Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere possint, *tit. 6. libri 4. Decretalium*, puta. Votum castitatis impedire matrimonium contrahendum, Ecclesiam tamen ex causa matrimonium contrahi, quandoque permittere. *constitutio Alexandri tertij in c. 5. qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt.* De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, *tit. 7. lib. 4. Decretalium*, puta. Si quis viuente vxore contrahit cum secunda, hoc ignorante, prima mortua non separari à secunda. *constitutio Alexandri tertij in c. 1. de eo, qui duxit in vxorem, quam polluit per adulterium.* Si viuente prima vxore & non cognita quis contraxit cum secunda scienter, & eam cognouit, etiam mortua prima, secundam habere non posse, nisi prima non fuisset legitima vxor. *constitutio eiusdem in c. 2. dicto titulo.* Eum qui viuente vxore etiam ab ea separata, quoad thorum, secundam consciam duxit vxorē, prima mortua, separandum à secunda: sed cum alia contrahere posse. *constitutio Clementis 3. in c. 4. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.* Si quis mortua vxore contrahit cum ea, quam viuente vxore sine promissione matrimonij cognouerat: valere matrimonium, dummodo in mortem defunctæ neuter fuerit machinatus. *constitutio Innocentij tertij in c. 6. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.* Contrahentem cum secunda viuente prima, quam tamen non cognouit nec ante contractum, nec post, mortua prima, posse legitime matrimonium contrahere. *Constitutio Gregorij 9. in C. 8. d. tit.* De cōiugio leprosorum *tit. 8. libri 4. Decretalium*, puta. Lepram super-

superuenientem non dissoluere matrimonium, nec matrimonij effectum: ideo sanum ægrotanti & morbo laboranti, cohabitare & maritali affectione tractare, aut perpetuam continentiam vouere debere. *Constitutio Alexandri tertij in cap.1. de coniugio leprosorum.* Sponsalibus celebratis de futuro, lepra superueniente, neminem compellendum matrimonium contrahere. *Constitutio Vrbani tertij in cap. vltimo de coniugio leprosorum.* De cognatione spirituali, *tit.11. libri 4. Decretalium. & tit.3. libri 4. Sexti Decretalium*, puta Compaternitatem scienter vel ignoranter superueniens inter coniuges coniugium non dissoluere. *Constitutio Alexandri tertij in cap. 2. de cognatione spirituali.* Inter patrem baptizati & vxorem leuantis prius ab eo cognitam, contrahi compaternitatem efficacem ad matrimonium dirimendum. *Constitutio Clementis tertij in c. 4. de cognatione spirituali.* Inter patrem baptizati & leuantem seu tenentem baptizatum, contrahi cognationem Spiritualem validam ad impediẽdum & dirimendum matrimonium post contractum. *Constitutio Innocentij tertij in cap.6. de cognatione Spirituali.* Si filij duorum compatrum, per quorum alterũ deuentum est ad compaternitatem, matrimonium contrahant, separandos esse. *Constitutio eiusdem in cap.7. de cognatione Spirituali.* Inter baptizatum & filium baptizantis oriri cognationem Spiritualem impedientem & dirimentem matrimonium inter eos contrahendum. *Constitutio Gregorij noni in cap.8. de cognatione Spirituali.* Inter baptizatum & leuantẽ filios & vxorem leuantis ante carnaliter cognitam & suscipientem & patrem & matrem suscepti, spiritualem contrahi cognationem. *Constitutio Bonifacij octaui in c.1. de cognatione Spirituali in 6.* De cognatione legali, *tit.12. lib.4. Decretalium*, puta. Inter adoptatum & filium adoptantis, non posse, durante adoptione, consistere matrimonium. *Constitutio Nicolai Pontificis in c.1. de cognatione legali.* De eo, qui

cogno-

cognouit consanguineam vxoris suæ vel sponsæ, *tit.13. lib.4. Decretalium*, puta. Si quis sponsæ matrē cognouit, cum sponsa nunquam, sed cū alia posse matrimonium contrahere: si vero sponsam cognouit, & postea matrem; nūquam posse vel sponsam vel aliam cognoscere. *Constitutio Alexandri tertij in cap. 2. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ vel sponsæ.* Non separari matrimonium ad confessionem coniugum, dicentium, affinitatem præcessisse, etiamsi rumor viciniæ consentiat. *Cælestinus tertius in cap.5. dicto titulo.* Affinitatem superuenientem non dissoluere sponsalia de præsenti. *Constitutio Innocentij tertij in cap.6. dicto titulo.* Consanguineos mariti cum consanguineis vxoris licite contrahere posse. *Constitutio Innocentij tertij, de consang. & affinit.* Distantem à stipite quarto gradu vel citeriori cum distante quinto vlteriori matrimonium contrahere posse. *Constitutio Gregorij noni in cap.9. de consang. & affinit.* De frigidis & maleficiatis & impotentia, *tit.15. lib.4. Decretalium*, puta. Impotentem ad copulam esse impotentem ad matrimonium. *Constitutio Alexandri tertij in c.2. de frigidis & maleficiatis.* De secundis nuptijs, *tit.21. lib.4. Decretalium*, puta. Secundas nuptias non benedici, & benedicētem puniendum esse. *Constitutio Alexandri tertij in c.1. de secūdis nuptijs.* Dubitantem de morte coniugis, nisi prius certificetur, contrahere non debere: & si postmodum sciat primam viuere, dimittere debere secundam. *Constitutio Lucij 3. in cap. 2. de secundis nuptijs.* Mulierem nubentem intra annum lugubrem infamiam non incurrere. *Constitutio Vrbani 3. in c.4. de secundis nuptijs. Et Innocentij 3. in c.5. d. tit.* De consanguinitate & affinitate contrahentem in gradu prohibito, vel cum moniali matrimonium, excommunicatum esse ipso iure. *Constitutio Clementis in cap. vnico de consang. & affinit. lib.4. Clementinarum.* Senatusconsultum Claudianū, vt qui maior sexagenario minorem quinquagenaria vxorem duxerit, perinde

habeatur, ac si minor sexaginta annorum vxorem duxisset. *de quo Senatusconsulto Vlpianus in Institutionibus suis, tit.16.* Senatusconsultum Calnitranum de nuptijs quinquagenariæ, vt si maior quinquagenaria minori sexagenario nupsisset, ea res non proficeret ad hæreditates, & legatas dotes. *Vlpianus d. loco.* Senatusconsultum Claudianum, quo statutum, vt ea mulier quæ se alieno seruo iunxerat, Domino serui cum bonis omnibus addiceretur: *de quo habetur in l. vnica Cod. de Senatusconsulto Claudiano tollendo, lib. 7. tit. 24.* Sponsum, inuita sponsa religionem ingredi posse: & similiter alterum ex coniugibus posse, altero inuito, monasterium ingredi; nec dissolui matrimonium. *constitutio Iustiniani Imperatoris in l. 56. cod. de Episcopis & clericis.* Liberos dementis vel furiosi, licet sint in potestate patris, posse contrahere nuptias dote & donatione constituenda de bonis parentum. *constitutio Iustiniani in l. 28. de Episcopali audientia.* De nuptijs, *tit. 4. libri 5. cod. & tit. 2. lib. 23. Digestorum*, puta. Si super matrimonio contrahendo tutor & consanguinei puellæ discordant, arbitrium iudicis necessarium esse. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 1. Cod. de nuptijs.* Concubinam patris non posse vxorem esse filij. *constitutio Alexandri Imp. in l. 4. cod. d. titulo.* Taciturnitatem patris haberi pro consensu in filij nuptijs. *constitutio eiusdem in l. 5. Cod. dicto tit.* Matrimonium inualidũ conualescere ex nouo consensu. *constitutio Gordiani Imp. in l. 6. Cod. d. t.* Sicut consensus patris necessarius est in contrahendo matrimonio: ita necessarium esse in dissoluto reparando. *constitutio eiusdem in l. 7. Cod. d. tit.* Non curatorum vel consangineorum, sed solius puellæ consensum requiri in nuptijs. *constitutio eiusdem in l. 8. Cod. d. t.* Natos ex ea, quæ est vel præsumitur vxor, si nati sunt in domo patris, præsumendos esse legitimos. *constitutio Imperatoris Probi in l. 9. cod. d. t.* Mulierem nobilitatem, quam acquisiuit propter

virum, statim perdere, cum inferiori nubit. *constitutio eiusdem in l. 1. d. t.* Maritum repetere posse vxorem etiam à matre, maxime cum pater eam retinet reluctantem. *constitutio Diocletiani & Maximiniani impp. in l. 11. Cod. d. tit.* Filium inuitum non esse cogendum ducere aliquam vxorem, sed quam vult: dum tamen patris consensus accedat. *constitutio eorundem in l. 12. cod. d. tit.* Matrimonia debere esse libera. *constitutio eorundem in l. 14. cod. d. t.* Cum quibus personis nuptiæ non contrahendæ sint. *constitutio eorundem in l. 16. cod. d. t.* Inter consobrinos consistere matrimonium. *constitutio Arcadij & Honorij in l. 29. cod. dict. tit.* Qui consensus in nuptijs puellæ requiratur. *constitutio Honorij & Theodosii in l. 20. cod. d. tit.* Etiam sine pompa matrimonium consistere. *constitutio Theodosii & Valentiniani, in l. 22. cod. dict. tit.* Etiam sine dotalibus instrumentis consistere matrimonium. *constitutio l 23. cod. d. tit.* Filias vel filios furiosi vel mente capti sine consensu parentum matrimonium cõtrahere posse, & dotem & donationem ante nuptias cũ authoritate curatoris constituere. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 25. cod. d. tit.* Posse quem alumnam suam ducere in vxorem, sed non eam, quam de sacro fonte leuauit. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 26. cod. d. t.* Posse quem vxorem accipere sexagenariam, & decrepitæ ætatis. *constitutio eiusdem in l. 27. cod. d. t.* De incestis & inutilibus nuptijs, *tit. 5. lib. 5. codicis*, puta. Binas habentem vxores fieri infamem. *constitutio Dioclet. & Maxim. Impp. in l. 2. cod. d. tit.* E matrimonio illicito, lucra matrimonialia non subsistere, sed esse confiscanda. *constitutio Valentiniani, Theodosii & Arcadij Impp. in l. 4. C. d. t.* Fratris præmortui vxorem vel vxoris præmortuæ sororem, non licere ducere in vxorẽ, licet præmortui fratris vxor virgo permanserit. *constitutio eorundem in l. 5. cod. d. t.* Incestas contrahentes nuptias nõ posse testari, nec habere successores, nisi personas, *in l. 6. cod. d. tit.* declaratas.

constitutio Arcadij & Honorij in l. 6. Cod. dict. tit. Liberos incestuosos, spurios & nefarios non esse alendos à parentibus. *constitutio Iustiniani Imper. in Authent. ex complexu. Cod. dict. tit.* De interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem seu curatorem, filiosque eorum, *titulo 6.* puta. Inter pupillam & tutoris filium prohibitum esse matrimonium, nec prætextu ignorantiæ quem excusari. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 1. Cod. dict. tit.* Inter matrem pupillæ & eius tutorem, non esse prohibitum matrimonium. *constitutio Alexandri Imp. in l. 2. Cod. dict. tit.* Curatorem adulto suo filiam suam in vxorem dare posse. *constitutio Philippi Imperatoris in l. 5. Cod. d. tit.* Non reddita ratione, vel etiam reddita, non posse filium tutoris matrimonium contrahere cum pupilla, donec ipsa 25. annos excesserit. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l. 6. Cod. d. t.* Tutorem vel curatorẽ, qui pupillam vel adultam suam sibi vel filio suo collocat matrimonio, fieri infamem. *constitutio Diocletiani & Maximiniani Impp. in l. 7. C. d. tit.* Præditum aliqua potestate, vel ad eum pertinentes, cum suppositis iurisdictionis suæ non posse matrimonium contrahere. *constitutio Gratiani, Valentiniani & Theodosii in l. vnica. Cod. si quacunque praditus potestate, vel ad eum pertinentes ad suppositarum iurisdictioni sua aspirare tentauerint nuptias.* De secundis nuptijs, *tit. 9. libri 5. Codicis* puta. Mulierem nubentem secundo viro intra tempus luctus puniendam. *constitutio Gratiani, Valentiniani & Theodosii, in l. 1. Cod. dict. tit.* Viduam intra annum luctus parientem, ijsdem pœnis puniendam, quibus intra annum luctus nubens punitur. Idem de matre dicendum, quæ contra sacramentum denuo nubit, non petito tutore liberis. *constitutio Iustiniani Imper. in Authent. Eisdem. Cod. dict. tit.* Mulierem, secunda vota celebrantem, teneri reseruare filijs primi matrimonij lucra omnia à primo viro peruenta. *constitutio eorundem Impp. in l. 3. Cod. dict. tit.* Ex

quocun-

quocunque coniugio susceptos filios à suis parentibus collatas spōsalitias largitates sibi vindicare præcipuas. *constitutio Honorij & Theodosii in l.20.Cod.dict.titulo.* Sicut mater, transiens ad secunda vota, lucra prioris matrimonij tenetur reseruare filijs eiusdem matrimonij lucra, dotis alienandi facultate prorsus interdicta. *constitutio Theodosii & Valentiniani Imper. in l.5. Cod. dict. tit.* Ita etiam pater, etiamsi liberi non sunt hæredes patris vel matris. *constitutio Iustiniani Imper.in Auth. hæres.Cod.d.t.* Lucrum dotis & donationis propter nuptias esse reseruandum filijs illius matrimonij, siue matrimonium sit dissolutum morte, siue diuortio. *constitutio Iustiniani in Auth.Vxore mortua.Cod.d.tit.* Coniugem, transeuntem ad secunda vota, non posse vllo titulo in secundum coniugem transferre plus, quam reliquerit vni ex filijs primi matrimonij, cui minus reliquit, nec, quod vltra reliquit, valere. *constitutio Leonis Imper.in l.6. Cod. d. tit.* Bona matris, ad secunda vota transeuntis, esse obligata filijs pro rebus ab eorum patre ad matrem peruentis à die, qua res illæ ad matrem peruenerunt; & ideo si illas alienet, filios vendicare posse. *constitutio eiusdem in l.6.§.omnibus. Cod.dict.tit.* Filium transmittere ad descendentes ius vendicandi lucrum sibi proueniens propter transitum, quem parens fecit ad secunda vota; ascendentibus & collateralibus exclusis. *constitutio Leonis Imp.in l.7.Cod.dict.tit.* De muliere secundo nubente, cui maritus vsumfructum reliquit, *tit.10.libri 5. Cod.puta.* Mulierem, transeuntem ad secunda vota, vsumfructum sibi relictum à primo marito perdere, & liberis prioris matrimonij restituendum esse. *constitutio Valentiniani, Theodosii & Arcadij Impp.in l.vnica. Cod.dict.tit.* modo ita relictus fuerit, vt ex secundis nuptijs interiret. *constitutio Iustiniani in Authent.* Hoc locum habet. *Cod.d.tit.* De pœnis incestarum & nefariarum nuptiarum. *Constitutio Iustiniani in Nouel.12.* De nuptijs, puta: quæ res consti-

tuant

tuant nuptias, de diuortijs bona gratia factis, & alijs modis, de causis repudiorum, de ingratis liberis, de secundis nuptijs, de lucro dotis & antenuptialis donationis, de pœna nubentis intra annum luctus, de lucro dotis & ante nuptias donationis ex pacto non existentium liberorum, soluto matrimonio vt lucra seruentur liberis primi matrimonij, quando liceat augere dotem vel donationem propter nuptias primi vel secundi matrimonij, vt mulier secūdo marito copulata, prioris viri dignitatibus vel priuilegijs non vtatur, de matre filiorum tutelam administrante, & ad secundas migrante nuptias, de legato à primo marito relicto, si mulier ad secundas non venerit, de successione malorum in bonis filiorum, de æqualitate à parentibus obseruanda inter liberos primi & secundi matrimonij. *Constitutio Iustiniani Imper. in Nouella 22.*

III.
DE DIVORTIO ET repudijs.

AN propter impossibilitatem coëundi, vxor à viro suo sit separanda, *causa 32. quæst. 1.* Virum, cum licentia vxoris religionem profitentem & monasterium ingredientem, vxori restituendum esse, si illa religionem ingredi, vel perpetuam castitatem promittere nolit. *Constitutio Alexandri tertij in cap. 1. de conuersione coniugatorum.* Ante matrimonium consummatū posse vnum ex coniugibus, etiam altero inuito, religionem ingredi: remanentem autem in seculo, posse ad secunda vota transire. *Constitutio eiusdem in cap. 2. de conuersione coniugatorum.* Eum, qui, inuita vxore, professionem fecit, & ei postea restituitur, non compelli, mortua vxore ad monasterium redire: matrimonium tamen contrahere non debere. *Constitutio eiusdem in cap. 3. de conuersione coniugatorum.* Maritum, factum Monachum, à coniuge adulterata reuocari non posse. *Constitutio*

tutio Innocentij tertij in cap.15. de conuersione coniugatorum. Diuortium fieri posse, si quis copula carnali habita cum puella septem annorum, postea sororem eius duxit. *constitutio eiusdem in c.7. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ vel sponsæ.* De consanguinitate & affinitate, *tit.14. lib.4. Decretalium*, puta. Separari matrimonium contractum inter affines primi generis & quarti gradus. *constitutio Alexandri tertij in cap.1.de consanguinitate & affinitate.* Affinitate superueniente, de qua saltem constat per famam, solui sponsalia de futuro. *constitutio Vrbani tertij in cap.2. de consang.& affinitate.* Si dispensatur cum aliquo, vt possit contrahere in certo gradu aliâs prohibito: requiri, vt vterque contrahentium distet toto gradu à stipite. *constitutio Celestini tertij in c.3.de consanguinitate & affinitate.* Infideles coniunctos in gradu prohibito, à lege post Baptismum non separari. *constitutio Innocentij in cap.4.de consanguinitate & affinitate.* Contrâhentem scienter cum impotenti, ab ea non posse separari. *constitutio Lucij in cap.4.de frigid.& malef.* Si de impotentia constet, statim matrimonium esse separandum: alias cohabitare debent per triennium & operam liberis dare, quo effluxo tempore separantur. *constitutio Celestini in cap. 5. de frigidis & malef.* De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ, *tit.16.lib.4.Decretalium*, puta. Matrimonium contra interdictum Ecclesiæ vel iudicis factum seu contractum, non dirimi, sed contrahentes saltem separari, donec de causa interdicti cognoscatur. *constitutio Alexandri tertij in cap. 1. de matrimonio contracto contra interd.* Eccl. Sponsalia de futuro cum vno etiam contra interdictum Ecclesiæ contracta, non posse dirimere matrimonium postea contractum cum alia. *constitutio eiusdem in cap.2.d.t.* De diuortijs, *tit.19.lib. 4.Decretalium*, puta. Homicidium necessarium non priuare spe coniugij, sed machinationem in mortem coniugis. *constitutio in cap.1. de diuortijs.*

uortijs. Coniuges propter alterius crimen non separari, nisi spiritualiter fornicentur. *constitutio Alexandri 3. in cap. 2. de diuortijs*. Repelli vxorem petentem restitutionē mariti, si notorie fornicata est, & maritus conticuit, *idem in c. 4. de diuortijs*. Matrimonium separari propter adulterium mulieris, &, si vir postea fornicetur, redintegrari. *constitutio eiusdem in cap. 5. de diuortijs*. Si vxor à viro lapso in hæresin propria authoritate diuertit, ad eum reuersum redire compellitur. *constitutio Vrbani 3. in cap. 6. de diuortijs*. Vinculum coniugale non dissolui, altero coniugum fidelium in hæresin lapso: sed si vnus infidelium coniugum cōuertatur ad fidem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia possit; solui coniugium. *constitutio Innocentij tertij in cap. 7. de diuortijs*. Paganum, prius plures vxores habentem, post fidem susceptam adhærere debere primæ. *constitutio eiusdem in cap. 8. d. t.* Non licere relictam fratris in vxorem accipere, & de facto ductam separandam esse. *constitutio eiusdem in cap. vltimo de diuortijs*. De repudijs, *tit. 17. libri 5. Cod. & tit. 2. lib. 24. Digestorum*, puta. Ob deportationem mariti, vxorem nō perdere dotem, nec soluendum matrimonium. *constitutio Alexandri Imperatoris in l. 1. Cod. dict. tit.* Mulierem non teneri sponsum vltra triennium expectare. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l. 2. Cod. dict. tit.* Filiumfamilias non posse dissoluere matrimonium patre consentiente. *constitutio Iustiniani Imp. in Auth. Econtra. Cod. de repudijs.* Mulierem, quæ de marito per quadriennium noua non habuit, palam nubentem adulterij & cæteras pœnas euitare. *constitutio Constantini Imperatoris in l. 7. Cod. dicto titulo.* Mulierem habentem virum in expeditione non posse licite nubere, nisi certo sciat illum mortuum esse. *constitutio Iustiniani Imperatoris in Authent. Hodie. dicto titulo.* Matrimonium non posse ab altero coniugum dissolui sine legitima causa, vxorem contrafacientem, dotem & donationē propter nuptias perdere.

constitu-

constitutio Theodosij & Valeriani Impp. in l. 8. Cod. dict. tit. Communi consensu non dissolui matrimonium, nisi religionis & castitatis causa. *constitutio Iustiniani Imper. in Authent. quod hodie. d. tit.* Propter impotentiam posse impune diuortium fieri, transacto tamen prius triennio. *constitutio Iustiniani Imper. in l. 10. Cod. d. tit.* Solo consensu etiam absque dote contrahi matrimonium: & repudiantem vxorem indotatam sine causa, puniri in quarta bonorum mulieri applicanda. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 11. Cod. d. tit.*

IV.

DE DOTIBVS ET DONATIONIBVS *propter nuptias, & donationibus inter virum & vxorem.*

MVlierem agere posse pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti. *constitutio Innocentij 3. in cap. 5. de Pignoribus.* De donationibus inter virum & vxorem, & de dote post diuortium restituenda, *tit. 20. lib. 4. Decretalium,* puta. Separato licite matrimonio, dotem restituendam esse. *constitutio Concilij Wormaciensis in cap. 1. de donationibus inter virum & vxorem.* Soluto matrimonio, cogi virum dotem restituere, & bona diuidere, quæ communiter eis obuenerunt. *constitutio Vrbani tertij de donationibus inter virum & vxorem.* Mulierē, propter adulterium à viro separatam, perdere dotem. *constitutio Clementis tertij in c. 4. de donationibus inter vir. & vxor.* Vsufructuarium donantem sine consensu domini & proprietarij, rem ipsam vxori propter nuptias, non transferre plus iuris in eam, quam ipse habebat. *constitutio Innocentij tertij in cap. 6. de donationibus inter vir. & vxor.* Virum, agentem pro dote, non omnino excludi ex eo, quod vergat ad inopiam; nec præcise cogi satisdare vltra facultates ꝓprias, sed dotem sibi assignari sub cautione, quam præstare potest:

potest: & si per illam cautionem non esset sufficienter prouisum consumptioni dotis; deponendam dotem apud mercatorem, vt de honesto lucro vir sustineat onera matrimonij. *constitutio eiusdem pontificis in c.7. de donationib. inter virum & vxor.* Non confiscari dotes vxorum innocentium propter hæresin maiorum. *constitutio Bonifacij octaui in c.14. de hæreticis.* Mulierem hæreticam priuilegium dotis & tacitæ hypothecæ, quo omnibus creditoribus præfertur, amittere. *constitutio Iustiniani Imp. in Auth. Item priuilegium. cod. de hæreticis.* Res dotales esse in patrimonio mariti non mulieris, Ideoque etiam à marito vindicari posse. *constitutio Cari & Numeriani Impp. in l.9. cod. de rei vindicatione.* De donationibus ante vel propter nuptias, *tit.3. libri 5. cod.* puta. Donationem factam ob causam nuptiarum, causa non secuta, repetendam. *constitutio Alexandri in l.2. cod. dicto tit.* Donationem factam sponsæ in tempus matrimonij collatam non valere. *constitutio Gordiani Imper. in l.4. cod. dict. tit.* Donationem factam ob modum impossibilem non valere, nec quem posse duas vxores simul habere. *constitutio Valeriani & Galieni in l.5. cod. dicto titulo.* Donationem simplicem, factam sponsæ, non reuocari, licet matrimonium non sequatur. *constitutio Impp. Diocletiani & Maximiniani in l.10 cod. dicto titulo.* Mortem sponsi donationem irritam non facere. *constitutio eorundem in l.11. cod. dicto titulo.* Sponsum rem donatam sponsæ sequentibus creditoribus obligare non posse. *constitutio eorundem in l.12. cod. dict. tit.* Constante matrimonio, dotem & donationem propter nuptias posse de nouo augeri & de nouo constitui, pactaq; de nouo apponi, & etiam minui, nisi illa diminutio fieret in fraudem filiorum primi matrimonij. *constitutio Iustiniani Imp. in l.19. cod. d. t.* De iure dotium, *tit.12. lib.5. cod. & tit.3. lib.22. ff.* puta. Mulierem posse marito suo dare in dotem omnia bona sua, tam præsentia quam futura. *constitutio Alexandri Imper. in l.4.*

l.4. Cod.d.tit. Si res æstimata in dotem data fuit: soluto matrimonio, rem retineri, si per virum æstimatio offeratur. *constitutio eiusdem in l.5. Cod. dicto titulo.* Mulierem in dote præferri fisco posterius cum marito contrahenti. *constitutio Decij Imperatoris in l 9. Cod. d.tit.* Si res æstimata in dotem datur, teneri mulierem viro actione ex empto: & commoda & incommoda rei pertinere ad maritum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.10. Cod. d.tit.* Si res dotalis vi aufertur, marito & non mulieri dari actionem. *constitutio eorundem in l. 11. Cod. d. tit.* Fundum emptum ex pecunia dotali non effici vxoris, sed solam pecuniam repetendam esse. *constitutio eorundem in l.12. Cod. dicto titulo.* Matrem nõ posse in præiudicium filiorum tradere pro sua dote res eorum. *constitutio eorundem in l. 13. Cod. dicto titulo.* Matrem non cogi dotare filium, nisi ex causa. *constitutio eorundem in l.14. Cod. dicto titulo.* Sororem, habentem bona indiuisa cum fratre, posse partem suam in dotem dare, etiam fratre ignorante. *constitutio eorundem in l.16. Cod. dicto titulo.* Fructus dotis cedere lucro mariti, nec posse vxori donari. *constitutio eorundem in l. 20. Cod. dicto titulo.* Vxorem non posse vendere prædium dotale, nec vendenti consentire, marito non consentiente. *constitutio eorundem in l. 23. C. dict.tit.* Onera hæreditaria spectare ad hæredes, non maritum dotem lucrantem. *constitutio eorundem in l. 27. Cod. dict.tit.* Cum authoritate generalis vel specialis curatoris posse dotem constitui. *constitutio Zenonis Imperatoris in l.28. Cod. dict.tit.* Viro vergente ad inopiam, etiam constante matrimonio, mulierem posse dotem exigere. *constitutio Iustiniani Imper. in l.29. Cod. dicto titulo.* Marito vergente ad inopiam, mulierem donationem propter nuptias vendicare, vt dominum. *constitutio Iustiniani Imp. in Authent. donationem quoque. Cod. d.tit.* Mulieri, etiam soluto matrimonio, pro rebus dotalibus, etiam æstimatis, competere rei

vendicationem & hypothecariam, in quibus præfertur creditoribus ex tempore anterioribus, nec ei currere præscriptionem. *Constitutio eiusdem in l.30. Cod. d.tit.* De rei vxoriæ actione in ex stipulatu actionem transfusa, & de natura dotibus præstita. *Constitutio Iustiniani Imperatoris in l.vnic. Cod.d.tit.13.* De donationibus inter virum & vxorem, & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione, *tit.16.lib.5.Cod.& tit.1.lib.24.Digestorum*, puta. Donationem factam in vxorem vires non perdere, licet fiscus bona vacantia occupet. *Constitutio Antonini Imperatoris in l.1. Cod. d.tit.* Militem non posse donare concubinæ. *Constitutio eiusdem in l.1.Cod.d.tit.* Donationem, factam ab vxore, confirmari morte. *Constitutio eiusdem in l.3. Cod.d.tit.* Donationem inter coniuges diuortio infirmari. *constitutio eiusdem in l.5. Cod. d. tit.* Donationem factam vxori, si ea præmoriatur, reuocari. *constitutiõ Nepotiani Imp. in l.6.Cod.d.tit.* Vxorem illicitam viro donare posse. *constitutio eiusdem in l.7. Cod.d.tit.* Confirmationem donationis inter virum & vxorem factam, in testamento nõ intelligi esse nouam dispositionem, sed veteris corroborationem. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.14. Cod.d.tit.* Vxorem præsumi donare viro res, quas patitur eum consumere; secus esse in paraphernalibus. *constitutio eorundem Impp. in l.17.Cod.d.t.* Sicut maritus non potest donare vxori: ita nec eadem donanti accedere consentiendo circa donationem rei propriæ posse. *constitutio eorundem in l.23.cod.d.tit.* Donationem inter viuos, quæ sola morte confirmatur, trahi retro, sed illam, quæ confirmatur in vltima voluntate, non habere tractum retro. *Constitutio Iustiniani Imperatoris in l. 25. cod. d.tit.* Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur, *tit.18.lib.5.cod.& tit.3.lib.24.Digestorum*, puta. Hæredes viri, & hæredes hæredum, & fiscum occupantem bona viri, teneri ad restitutionem dotis. *cõstitutio Seueri & Antonini Impp. in l.2.*

in l.2.cod.dicto titulo. Per obitum filiæ dotem datam à patre reuerti ad patrem. *constitutio Antonini Imp. in l. 4.codicis, dicto titulo.* Patrem non posse adimere filiæ dotem. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l. 7.codicis, dicto titulo.* Maritum post diuortium condemnatum nomine dotis, in quantum facere potest, iterum conueniendum, si ad pinguiorem fortunam venerit. *constitutio eorundem in l.8.codicis,dicto titulo.* Soluto matrimonio, dominium rei dotalis reuerti ipso iure ad mulierem, non tamen possessionem, ideoque non posse ingredi eam sine iudicis authoritate. *constitutio eorundem in l. 9. codicis, d. tit.* Mortuo viro, rem integram mulieri esse restituendam. *constitutio Honorij & Theodosii in l.11.cod.d.tit.* De fundo dotali, *tit.23.lib.5. cod. & tit.5. lib.23. Digest.* De priuilegio dotis, *tit.74.* puta. Soluto matrimonio, mulierē in causa dotis anteferri omnibus. *constitutio Diocletiani & Maxim.Impp. in l.10.cod.* Qui potiores in pignore habentur. Mulierem in dote omnibus priuilegiatis actionibus personalibus atque realibus præferri, & hoc priuilegium transmittere ad liberos: &, si inter duas dotes est quæstio, priorem tempore potiorem esse. *constitutio Iustiniani Imper.in l.12. cod.d.tit.* Mulierem constante matrimonio dotem suam donare non posse. *constitutio eorundem Diocletiani & Maximiani,in l.21. cod. dict.tit.* De priuilegijs dotis hæreticis mulieribus non præstandis. *constitutio Iustiniani in Nouell.109.* De muliere, quæ sine dotalibus instrumētis nupsit, de nuptijs illustrium, vt cum dotalibus instrumentis fiant, vt cum matrimonium est sine dote, & coniux superstes inops, mortui quartam partem accipiat: soluto matrimonio quomodo & apud quem alendi liberi. *constitutio Iustiniani Imperatoris in Nouell.117.*

V.

DE LIBERIS LEGITIMIS, NAturalibus, incestuosis, & eorum legitimatione.

DE filijs legitimis, *tit.17. lib. 4. Decretalium*, puta. Naturalem, ex soluto genitum, & soluta, legitimari per subsequens parentum coniugium, etiam quo ad hæreditates. *constitutio Alexandri tertij in cap. 1. qui filij sint legitimi.* Separato matrimonio in facie Ecclesiæ contracto, filios genitos vel conceptos ante sententiam esse legitimos. *constitutio eiusdem in cap. 2. Qui filij sint legitimi.* Stari verbo viri & mulieris, qui negant aliquem filium, nisi ind cijs & testibus probetur contrarium. *constitutio eiusdem in cap. 3. d. tit.* Quæstionem natiuitatis oppositam, petenti hæreditatem coram iudice seculari, esse ad Ecclesiasticum iudicem transmittendam. *constitutio eiusdem in cap. 5. d. tit.* Naturales legitimari per subsequens matrimonium; ex adulterio vero, vel viuente vxore, ex alia susceptos minime. *constitutio eiusdem in cap. 6. Qui filij sint legitimi.* Si mulier per iudicium Ecclesiæ separata à primo viro, viuente illo, contrahit cum secundo: legitimam esse prolem, quam ex secundo suscepit. *constitutio eiusdem in cap. 8. Qui sint filij legitimi.* Natos ex matrimonio contracto contra publicæ honestatis iustitiam illegitimos esse, & ab hæreditate parentum excludi. *constitutio Celestini tertij in cap. 10. Qui filij sint legitimi.* Stari dictis testium qui probant aliquem legitimum, licet fama viciniæ, & tractatus parentum habeat contrarium. *constitutio Innocentij tertij in d. tit.* In terris Ecclesiæ Papam posse libere illegitimos liberare, in terris vero alienis, non nisi ex causis multum arduis & in spiritualibus. *constitutio eiusdem in cap. 13. Qui filij sint legitimi.* Proles infidelium, qui postea conuertuntur, legitimas

esse,

esse, etiamsi parentes sint in gradu prohibito lege canonica. *constitutio eiusdem Pontificis in cap. vltimo. Qui filij sint sint legitimi.* Diuortio facto, apud quem liberi morari vel educari debeant, *tit. 24. lib. 5. Codic.* puta. In arbitrio iudicis esse, apud quem alantur liberi facto diuortio. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. vnica. Cod. tit. 24.* Matrem posse petere, quod pater alimentet filium. *constitutio Iustiniani imper. in Auth. si pater. Cod. eodem.* De alendis liberis ac parentibus, *tit. 25. lib. 5. Cod.* puta. Filios diuites teneri alere parentes. *constitutio Pij Imper. in l. 1. Cod. d. tit.* Patrem iudicis officio teneri, alere filium non ingratum. *constitutio Seueri & Antonini in l. 4. Cod. d. tit.* De naturalibus liberis & matribus eorum, & ex quibus causis iusti efficiantur, *tit. 27. lib. 5. Cod* puta. Matrimonium inter vilem personam & illustrem consistere, nec liberos illegitimos esse. *constitutio Iustiniani Imperatoris in Auth. sed nouo. Cod. d. tit.* Per subsequens matrimonium, liberos antea procreatos legitimari posse. *constitutio Imper. Zenonis in l. 5. Cod. d. tit.* Per adoptionem liberos non legitimos fieri vel legitimari. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 7. C. d. tit.* Patri permitti, matre nec liberis legitimis & naturalibus extantibus inter viuos, vel in vltima voluntate filijs naturalibus dare vsque ad sex vncias tantum, liberos vero naturales ab intestato nihil posse capere *constitutio Iustiniani Imper. in l. 8. Cod d. tit.* Legitimatum per oblationem curiæ, consequi iura legitimorum solum respectu leg timantis, non respectu cæteræ cognationis: legitimatum autem per matrimonium effici legitimum, quo ad omnes. *constitutio eiusdem in l. 9. Codicis, dicto titulo.* Per matrimonium legitimari liberos naturales primogenitos, & succedere æqualiter cum liberis postea nascituris. *constitutio Iustiniani Imper. in l. 10. Cod. d. tit.* Per subsequens matrimonium filios natos ex concubina legitimari, etiamsi ex eo matrimonio nullus postea nascatur, vel natus viuens non

reperiatur tempore mortis patris: & si ante nati legitimantur, multo magis legitimari eos, qui in vtero sunt tempore matrimonij, tempusq; conceptionis vel natiuitatis, prout liberis vtilius est, inspiciendum esse. *Constitutio Iustiniani Imperatoris in l.11. cod.d.t.* Filios legitimos non posse impedire, quo minus naturales legitimentur. *Constitutio Iustiniani Imp. in Authent. quod ius.cod.d.tit.* Spurios non posse legitimari à coniuge, extantibus legitimis. *Constitutio Iustiniani in Authent. præterea.cod.d.tit.* De modis, quibus naturales efficiuntur legitimi. *Constitutio Iustiniani Imp. in Nouel.74.* De modis, quibus naturales fiunt sui, & de eorum ex testamento siue ab intestato successione. *constitutio Iustiniani Imp. in Nouell. 89.* Vt exactione instante dotis primæ & secundæ, viro ad secunda vota migranti, præponatur vxor prima, vel ex priori matrimonio filij. Et si voluerit vxor, aut is, qui pro ea dotem scripserit, dare viro, quæ scripta sunt: distulerit autem vir suscipere soluto matrimonio, exigi eum ab ea; etiam conscriptam ante nuptialem donationem. *constitutio Iustiniani Imp. in Nouell.91.* De eo, qui in aliquo instrumento nominatus est filius. *constitutio Iustiniani in Nouell.117.c.2.*

VI.

DE CONTRACTIBVS TAM EX *iure ciuili, quam canonico puta.*

De commodato, *tit.15. lib.3. Decretalium.* De deposito, *tit.16. lib.3. Decretalium*, puta. Ex deposito facto apud clericum Ecclesiæ, non teneri Ecclesiam, nisi in vtilitatem Ecclesiæ sit versum. *constitutio Alexandri tertij in cap.1. de deposito.* Ad quid teneatur depositarius, & quomodo depositum repetatur. *constitutio Gregorij noni in cap.2. de deposito.* De emptione & venditione, *tit.17. lib.3. Decretalium*, puta. Tenere venditionem, licet venditor sit deceptus vltra dimidium iusti precij,

precij, posse tamen venditorē agere vt restituatur res, vel iustum precium suppleatur. *Constitutio Alexandri tertij in cap. 3. de emptione & venditione. Et constitutio Innocentij 3. in c. 6. eiusdem tituli.* De locato & cōducto, *tit. 18. lib. 3. Decretalium*, puta. Personas Ecclesiasticas locare posse prouentus decimarum his, cum quib. conditio Ecclesiæ sit melior. *Constitutio Innocentij 3. in c. 2. de locato & conducto.* Propter sterilitatem grauem conductori sine culpa sua contingentem, remittendam esse pensionem pro rata, nisi possit cū vbertate præcedentis vel sequentis temporis compensari, *Constitutio Greg. 9. in c. 3. de locato & conducto.* De rerū permutatione, *t. 19. lib. 3. Decretal. Et tit. 10. lib. 3. Sexti Decretal.* puta. Principem posse rē Ecclesiæ immobilem per permutationem acquirere, data re meliori vel æquali. *Constitutio in c. 1. de rer. permut.* Permutationem rerum Ecclesiasticarum factam in casu non concesso, seu nō seruata solennitate iuris, esse reuocandam. *Constitutio in c. 1. de rerum permutatione.* Ecclesias iure proprietatis posse ad inuicem permutari, & possessiones earum, & pro minus valentibus precium suppleri. *constitutio Clementis tertij in cap. 6. de rerum permutatione.* Beneficia sua perdere, qui ea propria permutant authoritate. *constitutio Innocentij tertij in c. 7. de rerum permutatione.* De emptione & venditione. An contractus emptionis & venditionis annui reditus cum conditione reuenditionis sit vsurarius. *constitutio Martij quinti in cap. 1. de emptione & venditione, lib. 3. extrauag. communium.* De mutuo, & si certum petitur, *tit. 2. lib. 4. Codicis*, puta. Eum, qui pecuniam alienam suo nomine mutuat, sibi stipulando ius quærere, quod cedere tenetur. *Constitutio Antonini Imp. in l. 2. C. si certum petatur.* Qui officium in prouincia administrat, fœnus exercere non posse, *constitutio Gordiani Imp. in l. 3. C. d. t.* Numerationem in persona vnius non obligare alios, nisi cōstituerint se reos debendi in solidū. *constitutio Diocletiani & Maxi-*

miani Impp. in l. 5. Cod. d. t. Non vnde originem pecunia quæ mutuo data est sumpserit, sed contractus substantiam inspiciendam esse in mutuo. *Constitutio eorundem in l. 7. C. t.* Casum aduersæ fortunæ non liberare generis debitorem. *constit. eorundem in l. 11. cod. d. t.* Obligatum soluere cum alio siue pro parte, siue insolidum sit obligatus soluendo, solidum pro parte repetere à correo. *constitutio eorundem in l. 12. cod. d. t.* Mutuum obligare contrahentes non dominos, in quorum rerum vsum est versum. *constitutio eorundem in l. 13. cod. d. t.* Pecuniam iudici mutuantem, præsumi iudicem corrumpere, & propter honorem publicum consequẽdum dantem pecuniam, exilij pœna esse plectendum. *constitutio Honorij & Theodosii in l. 16. Cod. d. t.* Personam, quæ vere cõtraxit, attendendam, nõ quæ simulato fingitur. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l. 4. cod. d. tit.* De commodato, *tit. 23. lib. 4. cod. & t. 6. lib. 13. Digestorum*, puta. Commodatarium de casu fortuito non teneri, nisi casum fortuitum in se recipiat. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 1. Cod. d. tit.* Prætextu debiti restitutionem commodati non recte recusari, *constitutio eorundem in l. 1. cod. d. tit.* De deposito, vel contra, *tit. 34. Cod. & tit. 3. lib. 16. Digestorum*, puta. In actione depositi vsuras venire ex mora. *constitutio Gordiani Imper. in l. 2. Cod. d. t.* Depositarium vtendo re deposita furtum committere. *constitutio eiusdem in l. 3. cod. d. t.* Condemnatum in actione depositi directa, quia non restituit rem, fieri infamem. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 10. cod. d. t.* Depositarium sine dilatione compellendum esse ad restitutionem, nec posse obijcere compensationem. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 11. Cod. d. t.* Tertiam personam, extrinsecus venientem, non posse extra iudicium prohibere, ne reddatur depositum, vel ne inquilinus reddat pensionem domus. *constitutio Iustiniani in Authent. Sed iam cautum. Cod. dicto titulo.* De mandato,

dato, *tit. 35. lib. 4. Codicis, & tit. 1. lib. 17. Digestorum*, puta. Procuratorem repetere sumptus litis, etiamsi in causa succubuerit *constitutio Alexandri in l. 4. cod. d. t.* Procuratorem, qui neglecto mandato bonorum possessionem non petijt, teneri Domino. *constitutio eiusdem in l. 5. cod d. t.* Eum, qui patitur pro se alium fideiubere, videri mandare. *constitutio Gordiani Imper. in l. 6. cod. d. tit.* Ex mandato patris competere actionem contra hæredem. *constitutio Valentiniani & Galieni in l. 8. C. d. t.* Procuratorem lædentem Dominum, etiam in causa minima, teneri Domino actione mandati. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 9. cod. d. tit.* Procuratorem actione mandati teneri & de gestis & de non gestis. *constitutio eorundem in l. 1. Cod. d. t.* Contra tenorem mandati non valere, quod à procuratore geritur. *constitutio eorundem in l. 12. cod. d. t.* Procuratorem teneri de dolo & omni culpa: non tamen de casu. *constitutio eorundem in l. 13. cod. d. t.* De societate, *tit. 36 lib. 4. Codicis, & tit. 2. libri 17. Digestorum*, puta. Valere societatem, in qua vnus pecuniam confert, alter operam. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 1. Cod. pro socio.* Societatis commoda transire ad hæredem. *constitutio eorundem in l 3 Cod. d. t.* Durare societatem ad beneplacitum sociorum. *constitutio eorundem in l. 5. Cod. d. t.* Societatem posse contrahi sub qualibet conditione. *constitutio Iustiniani Imper. in l. 6. Cod. d. t.* Curatorem furiosi posse renunciare societati furiosi. *constitutio eiusdem in l. vlt. Cod. d. t.* De contrahenda emptione & venditione, *tit. 37. lib. 4. Codic. Et tit. 1. lib. 18. Digestorum*, puta. Valere venditionem rei, etiam existentis in alio loco, quam vbi contractus celebratur. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l. 1. C. d. t.* Emptionem & venditionem cõsensu cõstare. *constit. Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 2. cod. d. t.* Si fiat donatio reuera, & simuletur fieri venditio; valere donationem, nec posse rescindi propter

ſimulationem venditionis. *conſtitutio eorundem in l. 3. Codicis dicto titulo.* Neminem poſſe emere rem ſuam niſi quatenus ab eo poſſet aliquo remedio euinci. *conſtitutio eiuſdem in l. 4. C. dicto titulo.* Tam tutorem, quam vxorem eius, poſſe rem pupilli emere palam & bona fide. *conſtitutio eorundem in l. 5. Codicis, dicto titulo.* Fideiuſſorem non eſſe de ſubſtantia emptoris, nec inſtrumentum. *conſtitutio eorundem in l. 12. Codicis, dicto titulo.* Contractum emptionis & venditionis, in alterius voluntatem collatum, non intelligi efficaciter celebratum. *conſtit. eorundem in l. 13. C. dicto titulo.* Si precium tertij arbitrio committitur, illo non arbitrante, contractum reddi nullum. *conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris in l. 15. cod. d. t.* De hæreditate vel actione vendita, *tit. 39. lib. 4. cod. & tit. 4. lib. 18. Digeſtorum*, puta. Fiſcum, hæreditate vendita, non teneri creditoribus hæreditarijs. *conſtitutio Seueri & Antonini, in l. 1. cod. d. t.* Hęredem, & non emptorem hæreditatis à creditoribus conueniendum hæreditarijs. *conſtitutio Antonini Imperatoris in l. 2. cod. d. t.* Actionem ſuam quem cedere poſſe, etiam contra inuitum & ignorantem debitorem. *conſtitutio Alexandri in l. 3. cod. d. t.* Deceptum in contractu dolo aduerſarij, non eſſe cogendum adimplere contractum. *conſtitutio eiuſdem in l. 4. Codicis,* Ementem nomen, non propterea effici dominum rei debitæ, ſed agere debere ad illam actione perſonali. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 8. cod. d. t.* Quæ res vendi non poſſunt, & qui vendere vel mercari vetantur, *tit. 4. libri 4. cod.* puta. Purpuram non eſſe vendendam. *conſtitutio Valentiniani & Theodoſii in l. Codicis d. t.* Frumentum exercitui miſſum non poſſe quem emere. *conſtitutio Honorij & Theodoſii in l. 4. cod. d. t.* Quæ res exportari non debeant, *tit. 41. libri 4. cod.* puta. Non licere vendere arma hoſtibus populi Romani ſub pœna capitis & confiſcationis bonorum. *conſtitutio Marci Imperato-*

peratoris in l. 2. cod. d. t. De Eunuchis, & pœnis Eunuchos facientium, *tit. 42. lib. 4. cod.* De patribus, qui filios suos distrahunt, *tit. 43. lib. 4. Codic.* puta. Propter nimiam paupertatem & famis necessitatem posse patrem vendere filium & filiam. *constitutio Constantini Imper. in l. 2. cod. d. t.* De rescindenda venditione, *tit. 44. libri 4. cod. & tit. 5. lib. 18.* Digestorum, puta. Rescindendam venditionem per metum factam. *constitutio Alexandri in l. 1. cod. d. t.* Venditorem deceptum vltra dimidium iusti precij, posse precium restituere, & rem venditam recuperare, nisi emptor malit iustum precium supplere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 2. cod. de rescind. vendit.* Ratione doli, emptionem & venditionem esse rescindendam. *constitutio eorundem in l. 5. cod. d. t.* Contractum non rescindendum, nisi deceptio sit vltra dimidium iusti pretij. *constitutio eorundem in l. 8. cod. d. t.* Scienti non inferri dolum, & licet precium non sit vsquequaque conueniens, contractum tamen tenere. *constitutio eorundem in l. 11. cod. d. t.* Venditionē factā viliori precio, propter munus publicum vel vrgens debitum, non rescindendam. *constitutio eorundem in l. 12. cod d. t.* Non rescindendam venditionem, etiamsi quis vendidit rem, cuius precium ignorauit. *constitutio Gratiani, Valentiniani & Theodosii in l. 15. cod. d. t.* Quando liceat ab emptione discedere, *t. 45. lib. 4. Codic.* puta. Licere ab emptione & venditione discedere, re adhuc integra, post traditionem autem non. *constit. Gordiani Imper. in l. 1. cod. d. tit.* De periculo & commodo rei venditæ, *tit. 48. lib. 4. cod. & tit. 6. lib. 18. Digestorum*, puta. Perfecto contractu emptionis & venditionis, omne commodum & incommodum esse emptoris. *constitutio Alexandri in l. 1. Codicis, dicto titulo.* Vendito vino ad mensuram, antequam mensuretur, periculum mutati vini pertinere ad venditorem: cum autem non venditur ad mensuram; sed certum corpus; tunc periculum

esse

esse emptoris. *Constitutio eiusdem in l. 2. Cod. dict. titulo.* Emptione perfecta, periculum esse venditoris, si est in mora. *Constitutio eiusdem in l 3. Cod. dict. tit.* Casum incendij esse emptoris, emptione perfecta. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 5. C. d. tit.* Venditorem speciei liberari ab actione ex empto, & nihilominus emptorem teneri ad precium. *Constitutio eorundem in l. 6. Cod. d. tit.* De actionibus empti & venditi, *lib. 49. & tit. 1. lib. 19. Digestorum*, puta. Licet emptor non soluat precium, rem tamen venditam ab eo non esse vendicandam, sed ad precium agendum. *Constitutio Antonini Imper. in l. 1. C. d. tit.* Venditorem ex mora traditionis teneri ad interesse emptori, secundum arbitrium iudicis, *Constitutio Diocletiani & Maximiani in l. 3. Cod. d. tit.* Emptorem, percipientem fructus rei emptæ, teneri ad vsuras precij non soluti. *Constitutio eorundem in l. 5. Cod. d. tit.* Emptorem, soluentem venditori ignoranti nummos proprios ipsius venditoris, non liberari. *constitutio eorundem in l. 7. Cod. d. tit.* Emptorem re non tradita, non fieri dominum, etiam si gerat se pro domino, soluendo tributa, vel etiam collectas pro ipso. *constitutio eorundem in l. 8. Cod. dict. tit.* Eum, qui carnem venditam non tradidit in termino, teneri ad interesse. *constitutio eorundem in l. 10. Codicis, dicto titulo.* Perfecto contractu, fructus pertinere ad emptorem, ad quem pertinent etiam onera functionum, *constitutio eorundem in l. 13. Cod. d. tit.* Venditorem non teneri defendere emptorem à violentia, quæ sibi de facto competit. *constitutio eorundem in l. 17. Cod. dict. tit.* De rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca, *tit. 51.* puta. Emptorem rei alienæ teneri restituere domino, nisi probet, quo iure emit. *constitutio Alexandri in l. 1. Cod. dicto titulo.* Venditionem mariti sigillantis sigillo vxoris, non officere vxori, quæ non nouit, quid sigillaretur. *constitutio Gordiani Imper. in l. 2. Cod. d. tit.* Matrem pro

debito

debito filij non posse res filij dare in solutum, nisi filius ratificet. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.4. Codic. dicto titulo.* Vendentem rem alienam non præiudicare domino. *constitutio eorundem in l.6. Cod. dicto titulo.* De communium rerum alienatione, *titulo 52. Codicis*, puta. Vendentem rem communem non præiudicare consorti, nisi secuta vsucapione vel præscriptione. *constitutio Imperatoris Antonini in l. 1. Cod. dict. tit.* Quando quædam sunt communia pluribus, vnumquemque per se habere partis suæ alienandæ liberam facultatem. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 3. Cod. dicto titulo.* De pactis inter emptorem & venditorem, *tit. 54. libri 4. Codic.* puta. Valere pactum de re retrouendenda *constitutio Alexandri in l 2. Codic. dict. tit.* Valere pactum, vt res ad venditorem reuertatur, si residuum non soluatur. *constitutio eiusdem in l. 3. Cod. d. tit.* Si non seruatur pactum, rescindi omne id, quod est actum, & ipsum etiam contractum. *constitutio Cari & Carini Impp. in l. 6. Codic. dict. titulo.* Valere pactum in venditione appositum, quod in loco vendito emptor non possit monumentum vel capellam ædificare. *constitutio eorundem in l. vlt. Cod. dict. tit.* De Monopolijs & conuentu negotiatorum illicito vel artificio ergo laborum, nec non balneatorum prohibitis & pactionibus illicitis, *tit. 59.* De nundinis & mercatoribus, *tit. 60. lib. 4. Codic & tit. 11. libri 50. Digestorum.* De rerum permutatione & præscriptis verbis, *tit. 64 lib. 4. Codicis. & tit. 4. & 5. lib. 19. Digestorum.* De locato & conducto, *tit. 65. lib. 4. Codicis, & tit. 2. libri 19. Digestorum*, puta. Locatorem horrei non teneri de casu fortuito vel violento, sed de culpa. *constitutio Imperatoris Antonini in l. 1. Cod. de locato & conducto.* Inquilinum, qui soluit pensionem, non posse per dominum durante locatione expelli, nisi propter necessitatem domini, vel necessariam refectionẽ ædium, vel culpam inquilini abutẽtis. *constitutio eiusdem in l. 3. Cod.*

Cod. d. t. Inuecta & illata coloni, obligari pro mercede domino. *constitutio Alexandri in l. 5. Codicis dicto titulo.* Conductorem posse rem conductam alteri locare, nisi aliud actum sit. *constitutio eiusdem in l. 6. cod. d. t.* Propter sterilitatem fieri remissionem, nisi cum vbertate compensetur. *constitutio eiusdem in l. 8. cod. d. tit.* Hęredem obligari ex locatione & conductione defuncti. *constitutio Gordiani Imper. in l. 10. Codicis dicto titulo.* Damnum in rebus coloni pertinere ad colonum, non ad dominum. *constitutio Philippi Imper. in l. 11. cod. d. t.* Eum qui remanet vltra suum tempus in re conducta, videri de nouo conduxisse. *constitutio Valentis, Valeriani & Galieni in l. 16. cod. d. t.* Ex conductione mariti non teneri vxorem. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 24. cod. d. t.* Milites alienarum rerùm conductores esse non debere. *constitutio Leonis Imperatoris in l. 31. cod. d. t. & Constitutio Iustiniani in l. 34. Codicis dicto titulo.* De iure Emphyteutico, *tit. 66. lib. 4. Codicis.* De contrahenda & committenda stipulatione, *tit. 38. lib. 8. codic.* puta. Patrem stipulando filio, videri stipulari sibi ipsi. *constitutio Seueri & Antonini in l. 2. cod. d. t.* Neminem alteri stipulari posse. *constitutio Antonini Imper. in l. 3. cod. d. t.* Promissum solenniter ex causa transactionis, si est certum petendum, per certi condictionem; si incertum, per actionem ex stipulatu. *constitutio Diocletiani & Maximiani Imper. in l. 6. cod. d. t.* Impossibile secundum naturam non posse promitti. *constitutio eorundem in l. 7. cod. d. t.* Metum mortis vel cruciatus corporis stipulationem vitiare. *constitutio eorundem in l. 9. cod. d. t.* Stipulationem per quæcunque verba valere. *constitutio Leonis Imperatoris in l. 10. cod. d. t.* Stipulationes faciendi, transire de hæredibus ad hæredes. *constitutio Iustiniani Imper. in l. 13. cod. d. t.* De inutilibus stipulationibus, *tit. 39. libri 8. cod.* puta. Pupillum sine tutoris authoritate promittentem non obligari. *constitutio Antonij Impe-*

Imperatoris in l. 1. Codicis dicto titulo. Stipulationem pœnalem non valere in matrimonio. *constitutio Alexandri Imper. in l. 2. C. d. t.* Inter absentes, stipulationem non contrahi. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 3. Codic. d. t.* De duobus reis stipulandi & promittendi, *tit. 40. lib. 8. Codic.* puta. Duobus in solidum constituentibus obligationem, creditorem posse alterum in solidum conuenire, & soluenti dari regressum contra correum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Imp. in l. 1. cod. d. t.* Licet pecunia vni numeretur, tamen alios in solidum posse obligari. *constitutio eorundem in l. 3. cod. d. t.* De venditionibus rerum fiscalium cum priuatis communium. *constitutio Alexandri in l. vnica Codicis lib. 10. tit. 4.*

VII.

DE TESTAMENTIS ET VLTImis voluntatibus, fideicommissis & legatis.

DE testamentis & vltimis voluntatibus, *tit. 26. lib. 3. Decretalium, & tit. 11. lib. 3. Sexti Decretalium*, puta. Episcopum de rebus patrimonialibus testari posse: de rebus vero Ecclesiæ seu intuitu Ecclesiæ quæsitis, nullo modo. *constitutio Gregorij 9. in c. 1. de testamentis.* Deberi legatum, quamuis nudis verbis à testatore sit relictum. *constitutio eiusdem, in c. 4. de testamentis & vltimis voluntatibus.* De bonis per Ecclesiam acquisitis clericos testari non posse *constitutio concilij Lateranensis, de qua in c. 7. de testamentis.* Valere vltimas voluntates ad pias causas coram duobus testibus. *constitutio Alexandri tertij in capite vndecimo de testamentis.* Tenere testamentum, si quis extremam voluntatem suam alterius dispositioni committit. Et dicitur testatus ad pias causas. *cõstitutio Innocentij 3. in c. 13. de testamentis.* Filium rogatum restituere hæreditatem, detrahere tertiam iure naturæ, & quartam Trebellianicã, in qui-

in quibus potest legata relinquere & hæredes instituere. *constitutio Gregorij noni in cap.18. de testamentis.* Senatusconsultum Pegasianum factum Pegaso & Pusione consulibus, vt ei, qui rogatus esset hæreditatem restituere, perinde liceret partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur, quam si retinuisset, tum omnes actiones, quæ in hæredes hæredibusque dari solent in eum, eique darentur, de quo Imperator in titulo de fideicommissarijs hæreditatibus. *lib. 2. Institutionum, titulo 23.* De testamento militis, *lib. 21. tit. 6. Cod. & titulo 1. lib. 29. Digestorum*, puta. Institutionem hæredum à milite factam, potius secundum ius commune, quam militare interpretandam. *constitutio Antonini Imperatoris in l. 3. C. d. tit.* Ex testamento militis, quando valet, iure militari quemlibet capere posse, nisi specialiter prohibeatur. *constitutio Alexandri Imperatoris in l. 5. Cod. d. t.* Militem posse pro parte testatum, pro parte intestatum decedere. *constitutio Gordiani Imperatoris in l. 8. Cod. d. tit.* Præteritionem militis factam de filio, quam scit se habere pro exhæredatione, haberi fauore militis. *constitutio Constantini Imp. in l. 9. Cod. d. tit. & constitutio Philippi, & Philippi Impp. in l. 10. Cod. d. tit.* In testamento militis Falcidiam cessare, & hæredem facto inuentario vltra vires hæreditarias nō teneri. *constitutio Philippi, & Philippi Impp. in l. 12. Codic. d. tit.* In testamento militis non requiri solennitates iuris ciuilis. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 14. Cod. d. tit.* Milites in militia degentes priuilegiū habere, vt testari valeant, modo quo volunt, & quomodo possunt: & ideo quod in vagina vel clypeo vel puluere cum gladio scribunt, haberi pro testamento solenni. *constitutio Constantini Imper. in l. 15. Cod. dict. tit.* Militem, in militia non existentem, non gaudere priuilegio militum. *constitutio Imper. Iustiniani in l. 17. Cod. dict. tit.* Qui testamenta facere possunt, *tit. 22. lib. 6. C. & tit. 7. lib. 28. Digestorum*, puta. Testatoris,

toris, seipsum interficientis, testamentum nihilominus valere, si modo tempore, quo testatus est, sanæ mentis fuit: secus est, si seipsum interficit metu alicuius pœnæ. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 2. Cod. d. tit.* Senectutem & corporis infirmitatem factionem testamenti non impedire in homine sanæ mentis. *constitutio eorundem in l. 3. Cod. d. tit.* Pupillum non posse testari, post 14. autem annum posse. *constitutio eorundem in l. 4. Cod. d. tit.* Eunuchum, licet generare non possit, posse tamen testamentum facere. *constitutio Constantini Imp. in l. 5. Cod. d. tit.* Testatorem habere potestatem reuocandi voluntatem suam, etiamsi Imperatorem hæredem instituerit. *constitutio eiusdem in l. 6. Cod. d. tit.* Imperatorem & Augustum hæredes instituti iure vti communi. *constitutio Valentiniani, Valentis & Gratiani, in l. 7. Cod. d. tit.* Quomodo cæcus testamentum facere possit. *constitutio Iustiniani Imper. in l. 8. Cod. d. tit.* Quomodo furiosus testamentum facere possit. *constitutio eiusdem in l. 9. Cod. d. tit.* Quomodo surdus & mutus testari possit. *constitutio eiusdem in l. 10. Cod. d. tit.* An filiusfamilias, & quomodo, testari possit. *constitutio eiusdem in l. 11. Cod. d. tit.* De testamentis; & quomodo testamẽta ordinentur, *tit. 23. lib. 6.* puta. Imperatorem ex testamento imperfecto nihil capere posse. *constitutio Alexandri Imp. in l. 3. Cod. d. tit.* Si in nomine vel prænomine, seu cognomine testator errauit; non vitiari testamentum, si persona certa sit. *constitutio Gordiani Imper. in l. 4. Cod. d. tit.* Testes ad testamentum adhibitos, debere esse in præsentia testatoris. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 9. C. d. tit.* Testamentum post mortem testatoris furto subtractum, non vitiari. *constitutio eorundem in l. 11. Cod. d. tit.* Defectum solennitatis vitiare totũ testamentum. *constitutio eorundem in l. 12. Cod. d. tit.* Neminem posse facere, quo minus leges in suo testamento locũ habeant. *constitutio eorundem in l. 13. Cod. d. t.* Dignitatem insti-

tuti hæredis vel legatarij nō vitiare institutionem vel le gatum. *constit. Gratiani, Valētiniani & Theodosii in l.* 1 *C.d.t.* Testamentū primū validum, non rumpi per aliu sequens non solenne, licet in ipso sequenti fuerit scri ptus princeps. *constitutio eorundem in l. 20. cod. d. t.* Quomodo testamenta fieri debeant. *constitutio Theo dosii & Valentiniani in l.21.C.d.t.* Testamentū imperfe ctum ratione solemnitatis valere inter liberos. *constit Iustiniani Imp. in Authent.* Quod sine subscriptione. *C d.t.* Quomodo testamentum nuncupatiuum valer possit. *constit. in d.l. 21. in §. per nuncupationē quoq; C. d t.* In testamēto posse relinqui legata tā dictatorib. testa menti, quam testibus eiusdem testamenti. *constituti Zenonis Imp. in l. 22. cod. d. t.* Testatorem non tener nuncupare nomen hæredis, quando testatur in scriptis *constitutio Iustiniani Imper. in Auth. Et non. cod. d. t.* S testator testamentum iure factum inciderit, vel signa remouerit consulto, non valere testamentum. *consti tutio Iustiniani Imper. in l. 30. cod. d. t.* Quomodo rusti ci testamentum facere possint. *constitutio eiusdem in l. 31. cod. d. t.* De hæredibus instituendis, & quæ persona hæredes institui non possint, *tit. 24. lib. 6. cod. & tit. s lib. 28. Digestorum*, puta. Deportatum hæredem insti tui non posse. *constitutio Titi Aurelij Antonini in l.* 1 *cod. d. t.* Institutionem factam de aliquo tanquam de filio vel de fratre, cum non sit, habendam pro non fa cta. *constitutio Gordiani Imper. in l. 4. cod. d. t.* Non vi tiari institutionem, si Vxor appellatur affinis. *constitu tio eiusdem in l. 5. cod. d. t.* Collegium non approbatum non posse institui. *constitutio Diocletiani & Maximia ni Impp. in l. Codicis dicto titulo.* Etiam extraneum quem hæredem instituere posse. *constitutio eorundem in l. cod. d. t.* Ciuitates posse capere relicta tam vniuer salia quam particularia. *constitutio Leonis Imper. in l. 12. Codicis dicto titulo.* De institutionibus & substitu tionibus & restitutionibus sub conditionibus factis,

titul

titulo 25. libri 6. Codicis, puta Vbi conditio non est turpis, debere hæredem institutum parere; alias substitutum admittendum, & institutum à sucessione repellendum. *constitutio Antonini Imperatoris in l. 2. Codicis dicto titulo.* Conditionem, qua dirimitur matrimonium, tanquam turpem, reijciendam esse de institutione, & manere institutionem puram: & si de facto fuerit impleta, non cogi quem in ea persistere. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l. 5. Codicis dicto titulo.* De liberis præteritis vel exhæredatis, *titulo. 28. libri 6. Codicis, & titulo 2. libri 28.* puta. Non licere parenti aliquem ex liberis exhæredare vel præterire, nisi probetur ingratus. *constitutio Iustiniani Imper. in Authent. Non licet, Codicis dicto titulo.* De posthumis hæredibus instituendis vel exhæredandis, *tit. 29.* puta. Per natiuitatem posthumi præteriti, testamentum rumpi, & legata non deberi. *constitutio Imper. Antonini in l. 1. cod. d. t.* Posthumum natum viuum, licet illico decedat, rumpere testamentum. *constitutio Imperatoris Iustiniani in l. 3. cod. d. t.* Quemadmodum testamenta aperiantur, inspiciantur & describantur, *tit. 32. lib. 6. cod. & tit. 3. lib. 29. Digestorum*, puta. Testamentum vt aperiatur, petendum esse per officium iudicis. *constitutio Antonini in l. 1. cod. d. tit.* Quomodo testamentum aperiendum sit, absentibus testibus. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l. 2. Codic. d. t.* Eum, qui petit testamentum aperiri, iurare debere de calumnia, quod scilicet putet sua interesse. & non omnes partes testamenti aperiendas esse. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 3. cod. d. t.* De pœna compellentis aliquem testari. *constitutio Alexandri Imper. in l. 1. cod. Si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit. & constitutio Diocletiani & Maximiani in l. 2. cod. d. t.* Iudicium vxoris postremum in se prouocare maritali sermone, non esse odiosum. *constit. eorundem in l. 3. cod. d. t.* De codicillis, *tit. 26. lib. 6.*

Cod. & tit. 7. lib. 29. Digestorum, puta. An natiuitate posthumi præteriti rumpantur codicilli. *constitutio Alexandri Imper. in l. 1. Cod. d. tit.* An in codicillis possit dari vel adimi hæreditas. *constitutio Philippi Imperatoris in l. 2. Cod. d. tit.* Codicillos confirmatos in testamento valere, siue præcedat testamentum, siue sequatur. *constitutio Alexandri Imper. in l. 6. Cod. d. tit.* An ex eadem scriptura quis possit petere hæreditatem ex testamentis & ex codicillis. *constitutio Theodosii Imperatoris in l. 8. Cod. d. tit.* De legatis, *tit. 37. libri 6. Cod. & libro 31. Digestorum*, puta. Venditionem hæreditatis non liberare hæredem à præstatione legatorum. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 2. Cod. d. tit.* Obligationem rei legatæ non extinguere legatum. *constitutio eorundem in l. 3. Cod. d. tit.* Legatarium, subtrahentem rem legatam, perdere illam & eius actionem. *constitutio Antonini Imper. in l. 5. Cod. d. tit.* Hæredem teneri soluere legata, licet quæstio de hæreditate moueatur, deberi tamen eidem præstari cautionē de restituendo, si ei hæreditas euincatur. *constitutio Alexandri Imperatoris in l. 9. Codicis, dicto titulo.* Legatum rei alienæ an valeat. *constitutio eiusdem in l. 10. Cod. d. tit.* Hæredem, partem hæreditatis, in qua fuit institutus, repudiantem, nihilominus prælegatum capere posse. *constitutio eiusdem in l. 12. Cod. d. tit.* Res propria legatarij, an legari possit. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 13. Cod. d. tit.* An monumentum possit legari. *constitutio eorundem in l. 14. Cod. d. tit.* An debitor possit legare creditori suo rem pigneratam. *constitutio eorundem in l. 16. Cod. d. tit.* An nomen debitoris possit legari. *constitutio eorundem in l. 18. Cod. d. tit.* An quis legare possit rem, in qua vsumfructum habet. *constitutio eorundem in l. 20. Cod. d. tit.* An vni totum, alteri vero pars totius legari possit. *constitutio Iustiniani Imperatoris in l. 23. Codicis, dicto titulo.* Legatarium, celantem testamentum, priuari legato, & remanere hæredi scripto. *consti-*

constitutio eiusdem in l.25.Cod.d.tit. An legatum ita relinqui possit, vt finito certo tempore restituatur. *constitutio eiusdem in l.26.Cod.d.tit.* An conditio legato adiecta, si mulier post mortem mariti nuptui se non collocauerit, vitiet legatum. *constitutio Gordiani Imperatoris in l.1.Cod.de indicta viduitate & lege Iulia Miscella tollenda, tit.40. Et constitutio Iustiniani Imperatoris in l.2.cum Authentica sequenti.Cod.dict.tit.* Relictum pœnæ nomine valere, nisi ob turpem causam vel impossibilem conditionem relinquatur. *constitutio Iustiniani Imperatoris in l.vnica. Cod.de ijs, quæ pœnæ nomine in testamento vel codicillis relinquuntur, lib.6.tit.41.* De falsa causa adiecta legato vel fideicommisso, *titulo 44.lib.6. Codicis*, puta. Falsam demonstrationem non vitiare legatum, vbi certa quantitas est expressa, de se vel per relationem ad aliud. *constitutio Alexandri Imperatoris in l.2.Cod.d.tit.* An dos legari possit. *constitutio Gordiani Imperatoris in l.4.Cod.d.tit.* An sub certo modo aliquid legari possit. *constitutio Antonini & Gordiani Impp.in l.1.& 2.Cod.* De ijs, quæ sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur. *tit.45. lib.6. Cod.& tit.1.lib.35.Digestorum*, puta. Conditionem, si quis sine liberis decesserit, deficere, si nepotem ex filia habet. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l.1. Cod. dict.tit.* Si conditio deficit per casum fortuitum contingentem in persona eius, in cuius persona debet impleri, deficere legatum. *constitutio Alexandri Imperatoris in l.4.C. d.tit.* Si plures personæ conditionem implere fuerunt iussæ, conditionem non prodesse nisi implenti. *constitutio Iustiniani Imper.in l.6. Cod.d.tit.* De vsuris & fructibus legatorum seu fideicommissorum, *tit.47.lib.6. Cod.* puta. Vsuras legatorum deberi à tempore litis contestatæ, si antea hæres non fuit in mora, & etiam fructus. *constitutio Seueri & Antonini Impp.in l.1.Cod.d.t.* Hæredem, moram in soluendo legato committentem, etiam teneri de casu fortuito. *Constitutio Alexandri*

Imper. in l. 3. cod. d. tit. Heredem, soluentem creditoribus post hæreditatem restitutam, à fideicommissario repetere pro rata. *constitutio Seueri & Antonini Imper. in l. 1. cod. ad senatusconf. Trebell.* Fideicommissarium, cui portio hæreditatis restituitur, pro rata teneri ad onera & legata. *constitutio Philippi & Philippi Impp. in l. 2. cod. d. tit.* Si rogatus de restituendo si nuptias non contraxerit, vel liberos non habuerit, ingrediatur monasterium, deficere fideicommissum. *constitutio Iustiniani Imperat. in Authent. Nisi rogati. cod. d. tit.* Tutori soli restituendam esse hæreditatem, si pupillus nescit fari. Idem in curatore furiosi dicendum est. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 7. cod. d. t.* De ijs qui ante apertas tabulas hæreditatem transmittunt, *tit. 51. lib. 6. Codicis*, puta. Quando dies legati vel fideicommissi cedit, *tit. 52. lib. 6. Codicis, & tit. 6. lib. 36. Digestorum*, puta. Legata annua ab initio cuiuslibet anni esse soluenda. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 1. cod. d. t.* Legatum relictum, si quis ad certam ætatem peruenerit, impletisque diebus decesserit, ad hæredes transmitti. *constitutio eorundem in l. 3. cod. d. t.* Fideicommissum etiam ab intestato relictum post diem eius cedentem transmitti ad hæredem etiam per ignorantiam salua quarta Trebellianica. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 6. Codic. d. tit.*

VIII.

DE SVCCESSIONIBVS *ab intestato.*

DE successionibus ab intestato, *tit. 27. lib. 3. Decretalium*, puta. Clericum bona propria dare posse, cui vult: sed si decedat intestatus, & non habet consanguineos; succedere Ecclesiam. *constitutio in c. 1. de successionibus ab intestato.* Senatusconsultum Orphitianum de maternis hæreditatibus factum, Orphitio & Rufo

Rufo consulibus, vt filius & filia, quamuis patris in potestate sint, ad bona matris intestatę ante consanguineos vocentur, siue liberi legitimi sint siue vulgo quæsiti, *tot. t. Digest. Ad Senatusc. Tertullianum & Orphitianum. lib. 38. tit. 17.* Senatusc. Tertullianum de liberorum hæreditatibus matri deferendis, vt scilicet mater ingenua ad trium liberorum intestatorum hæreditatem admittatur, siue sui iuris, siue in patris potestate sit, *l. 1. & 2. D. ad Senatusc. Tertullianum, lib. 39. tit. 17. & lib. 6. Cod. tit. 55. & 56.* De bonorum possessione eius, qui intestatus discessit, *tit. 6. lib. 38. Digest. Si tabulæ testamenti nullæ extabunt, vnde liberi. & lib. 6. cod. tit. 14.* De successione agnatorum, *tit. 7. eiusdē libri vnde legitimi, & lib. 6. C. tit. 15.* De successione cognatorum. *lib. 38. Digest. t. 1. vnde cognati. & lib. 6. C. tit. 15.* De tēpore succedendi. *tit. 9. eiusdem libri, de successorio edicto, & Cod. lib. 6. tit. 16.* De gradibus & affinibus, *tit. 9. eiusdem libri.* De successione viri & vxoris. *tit. 11. eiusdem libri, vnde vir & vxor, & lib. 6. cod. tit. 18.* De veteranorum & militum successione, *tit. 12. eiusdem lib.* Liberos orthodoxos dūtaxat vindicare sibi ius succedēdi in bonis parentū, & alimētari debere à parētib. etiam nō orthodoxis, & dotes & donationes ꝑpter nuptias petere posse. *constitutio Iustiniani Imper. in l. cognouimus. 19. Cod. de hæreticis.* De successionibus, vnde liberi, *tit. 14. lib. 6. Codicis,* puta. Bonorum possessionem, vnde liberi filios agnoscentes, pro rata facere hæredes, & quam diu locus est testati, cessare causam intestati. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 1. cod. d. t.* Nepotem hæreditatem paternam repudiantem, auitam hæreditatem, quæ patri delata est, consequi non posse de iure ciuili, at bene de iure prætorio per bonorum possessionem, vnde liberi. *constitutio Constantini Imper. in lege 3. Codicis, dicto tit.* Vnde legitimi & vnde cognati, *tit. decimoquinto lib. 6. C. & tit. & 8. libri 38. Digestor.* puta. Nepotes p ex eadē filia

natos succedere auo pro virili portione, etiam per bonorum possessionem, vnde cognati. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.3. Cod. d. tit.* De successorio edicto, *tit. 16. lib. 6. Cod.* puta. Excluso primo gradu, admittendum sequentem in gradu. *constitutio Alexandri Imperatoris in l.1. Cod. d. tit. & constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.2. C. d. tit.* Vnde vir & vxor, *tit. 18. lib. 6. Cod. & tit. 11. lib. 38. Digestorum*, puta. Deficientibus coniunctis, virum & vxorem inuicem sibi succedere. *constitutio Theodosii & Valentiniani Impp. in l. vnica. Cod. d. tit.* Nepotes ex diuersis filijs quomodo auo succedant. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.2. Cod. d. tit.* Filium filij mortui succedere æqualiter auo, cum superstite eius filio. *constitutio eorundem in l.3. Cod. d. tit.* Adoptiuum admitti ad successionem cum filijs legitimis & naturalibus, tam natis ante adoptionem quam post. *constitutio eorundem in l. 5. C. d. tit.* Quomodo auo vel auiæ ab intestato morienti succedant nepotes ex filia cum auunculis & materteris. *constitutio Valentiniani, Arcadij & Theodosii in l. 9. C. d. t.* Patri & matri filium & filiam ipso iure succedere. *constitutio Theodosii & Valentiniani in l. 11. Cod. d. tit.* Descendentes etiam, quibus non competit bonorum possessio, vnde liberi potiores esse collateralibus. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 12. Cod. d. tit.* Ad Senatusconsultum Tertullianum, *tit. 55. lib. 6. Codicis, & tit. 17. lib. 38. Digestorum*, puta. Matrem succedere filio infanti ab intestato morienti. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.1. Cod. d. tit.* Exceptionem tutoris non petiti non excludere matrem à successione filij postea facti adulti. *constitutio Constantini Imperatoris in l.3. Cod. d. tit.* Matrem, quæ succedit filio, si alteri non nubat, hæreditatem retinere pleno iure: si vero nupserit, in bonis à marito prouenientibus solum habere vsumfructũ. *constitutio Theodosii & Valentiniani Impp. in l.3. Cod. d. tit.* Matrem tutricem filij priuari eius hæredita-

reditate, si transiuit ad secunda vota, antequam tutorem alium petierit. *constitutio eorundem in l.6. Cod.d.t.* Quomodo fratres defuncti cũ matre & sororibus succedunt. *constitutio Iustiniani Imperatoris in l.7.Cod.d.t. & in Authent.defuncto. Cod.d.tit.* Ad Senatusconsultum Orphitianum. *tit.56. lib.6. Codicis.* Ad successionem matris primo vocari liberos, quam defunctæ matrem vel fratrem. *constitutio Alexandri Imperatoris in l. 1. Cod. dict.tit.* Descendentes præferri ascendentibus. *constitutio Gratiani, Valentiniani & Theodosii Impp.in l.4.Cod.d.tit.* Mulieri illustri spurium non succedere, extantibus legitimis. *constitutio Iustiniani Imperatoris in l.5.Cod.dict.tit.* De legitimis hæredibus, *tit.57.lib.6. Cod* puta. Quomodo, ascendentibus & descendentibus non extantibus, collaterales succedant. *constitutio Iustiniani Imperatoris in Authent.cessante.Cod.dict.tit.* Quomodo agnati vltra fratres & sorores succedant. *constitutio in Authent.post fratres. Cod.d.tit.* Filijs abstinentibus & repudiantibus hæreditatem, fratrem defuncti succedere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l.6.cod. d.tit.* Eos qui ad successionem vocantur, pupilli si intra annum à morte testatoris connumerandum tutorem nõ petierint, priuari successione eius, si moriatur in pupillari ætate. *constitutio Theodosii & Valeriani in l.10.cod.dicto titulo.* Partum natum ex muliere etiam quinquagenaria, esse legitimum, & ad successionem admittendum. *constitutio Imperatoris Iustiniani in l.12.cod.d.tit.* Fœminas iure agnationis pariter vt masculos, ad successionem admitti, & successionem inter filios fratrum, nullis extantibus auunculis vel patruis, in capita diuidi. *constitutio eiusdem in l.14.codicis, dicto titulo.* De hæreditatibus ab intestato venientibus. *constitutio Iustiniani Imperatoris in Nouell.118.* Quomodo fratrum filij succedant ab intestato, patruo mortuo. *constitutio Iustiniani in Nouell.127.*

IX.

DE CRIMINIBVS ET DELIctis, eorumq́ speciebus, accusationibus & pœnis.

QVomodo accusationes fieri debeant, *causa 2. quæst.8.* Qui ab accusationibus remouendi sunt, *causa 3. quæst. 4.* An testes de domo accusatorum producendi sint: & an vox inimici audienda, *causa 3. quæstione 4.* An extra prouinciam reus sit producendus, *causa 3. quæst.6.* An iudex esse possit, quem cum reo par aut maior macula inficit, *causa 3. quæst.7.* An in excommunicatione constitutus, alium accusare possit, *causa 4. quæst.1.* An infra decimum quartum annum constitutus in criminali causa testari possit, *causa 4. q. 2.* An accusare prohibitus, personam testis possit assumere, *causa 4. quæst.3.* An quis simul possit esse accusator & testis, *causa 4. quæst.4.* Qua pœna afficiendus, qui famosum libellum clanculo scribens probare negligit quæ scripsit, *causa 5. quæst.1.* Quoties quis sit citandus ad causam, antequam sententiam accipiat, *causa 5. q. 2.* An per procuratorem causam agere possit, qui per seipsum facere nequit, *causa 5. q. 3.* An ideo quis sit habẽdus pro inimico, quod crimen alterius indicat, *causa 5. q. 5.* Qua pœna sit plectendus, qui quod in iudicium adduxit, probare non potest, *causa 5. q. 6.* An crimine vel infamia notati ad accusationem sint admittendi, *causa 6. q. 1.* Si in accusatione defuit accusator, an reus sit cogendus ad probationem suæ innocentiæ, *causa 6. q. 5.* An post mortem aliquis possit excommunicari, *causa 24. q. 2.* An pro peccato vnius tota familia sit excommunicanda, *ibidem, causa 24. quæst. 3.* An sit peccatum, esse sacrilegum, *causa 26. quæst. 2.* An sortilegi sint excommunicandi, *causa 26. q. 5.* Adulteram, quam maritus reconciliare non vult, ad agendam pœniten-

tiam

tiam in monasterium detrudendam. *Constitutio Gregorij 9. in c. 19. de conuersione coniugatorum.* De accusationibus, inquisitionibus & denunciationibus, *tit. 3. lib. 5. Decretalium, & tit. 1. lib. 5. Sexti Decretalium,* puta. De persona accusatoris ante omnia in iudicio quęrendum esse, *Constitutio Felicis in c. 1. de accusationib.* Crimen prælati, debere tractari coram illis, quorum interest. *Constitutio Greg. in c. 3. de Accusationibus.* Eum, qui de crimine aliquo accusatur, interim promoueri non posse. *Constitutio eiusdem in c. 4. de accusationibus.* Absolutum de certo crimine, de eodem iterum accusari non posse. *Constitutio ex concilio Moguntinensi in c. 6. de accus.* Cohabitantes inimicis accusati, ab accusatione repellendos esse. *Constitutio Stephani Pontificis in c. 7. de accus.* Super notorio procedere iudicem, nemine etiam accusante, *c. 9. de accus.* Laicos vel inimicos clericos accusare non posse. *Constitutio Alexandri 3. in c. 10. de accus.* Monachum accusare posse Abbatem, & de bonis monasterij expensas litis habere. *Constitutio eiusdem in c. 11. d. t* De veritate criminum non inquiritur, nisi prius de infamia, & tunc non inimicos vel periuros, sed idoneos viros ad prosequendam inquisitionem & ad testimonium admittendos, & non probato crimine iudici infamatis purgationem. *Constitutio Innocentij 3. in c. 19. de accus.* De calumniatoribus, *tit. 2. lib. 5. Decretalium.* De Simonia: & ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur, *tit. 3. lib. 5. Decretalium,* puta. Quemlibet Catholicū admitti ad accusandum crimen Simoniæ. *Constitutio Deodati Papæ in cap. 3. de Simonia.* Electionem Simoniacam esse cassandam, si propter illam Electoribus promissa fuit pecunia. *Constitutio Celestini 3. in c. 27. de Simonia.* Pro benedictionibus nubentium & exequijs mortuorum, nihil exigendum esse. *constitutio Innocentij tertij in c. 29. de Simonia.* Ne prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu cōcedant, *tit. 4. lib. 5. Decretalium.* De his, qui filios suos occiderunt, *tit 10. lib. 5.*

lib. 5. Decretalium, puta. Mulierem occidentem filium propter hoc à viro separari debere. *constitutio Lucij 3. in c. 2. de his qui filios occiderunt.* De infantibus & languidis expositis, *tit. 11. lib. 5. Decretalium*, puta. Infantem expositum à patre vel alio, eo consentiente, velratum habente, hoc ipso à patria potestate liberari. *constitutio Gregorij 9. in c. vnico d. t.* De homicidio, *t. 13. lib. 5. Decretalium & tit. 4. lib. 5. Sexti Decretalium*, puta. Non esse occidendum furem diurnum sine culpa, sed nocturnum: *constitutio in c. 3. de homicidio.* Sub generali promissione etiam iurata non venire illicitum. *constitutio in cap. 4. de homicidio.* Homicidam esse, qui facit vel dat sortilegia, vel venena sterilitatis. *constitutio in c. 5. de homicidio.* Sociantem homicidam animo occidendi, licet non apponat manum, tamen si mors ex sua causa secuta sit, fere eadem pœna puniri. *constitutio Alexandri 3. in c. 6. vers. illi autem de homicidio.* Incitantem alium ad homicidium, mitius puniri quam homicidā. *constitutio eiusdem in c. 6. vers. Qui vero.* Custodientes sarcinas latronum & occidentium, non esse innocentes à pœna homicidij. *constitutio eiusdem in d. loco vers. hi quoque.* Occupantes bona occisi non teneri de homicidio, non tamen sufficere occupanti quod eroget illa pauperibus, *d. loco, vers. eos insuper.* Homicidium casuale imputari ei, qui dedit operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit. *constitutio eiusdem in c. 7. de homicidio, & constitutio Clementis 3. in c. 12. eiusdem tituli.* Homicidium casuale, non imputari ei qui non fuit in culpa. *constitutio eiusdem in c. 9. de homicidio.* Homicidium casuale non imputari ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa. *constitutio Innocentij 3. in c. 13. de homicidio.* Religiosum Chirurgiam exercentem, si ex ea mors sequatur, irregularem esse, etiamsi sit peritus & diligens, & hoc fecerit causa pietatis. *constitutio eiusdem in c. 19. de homicidio.* Dantem causam abortioni homicidam esse, si partus erat viuens

uens vel viuificatus. *constitutio eiusdem in cap. 20. de homicidio.* Homicidium casuale non imputari ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, etiamsi ad cautelam veniam postulauerit. *constitutio Honorij 3. in c. 22. de homicidio.* Mandanti aliquem verberari, secuta morte, imputari. *constitutio Bonifacij 8. in c. 3. de homicidio.* De adulterijs & stupro, *tit. 16. lib. 5. Decretalium*, puta. Stuprantem virginem, teneri eam dotare & in vxorem ducere, & si non vult cum ea contrahere vltra dotem, corporali pœna afficiendum. *constitutio in c. 1. & Constitutio Gregorij in c. 2. de adulterijs & stupro.* Maritum propter suspicionem posse accusare vxorem de adulterio, & in accusando præferri cæteris. *constitutio concilij Parisiensis, de qua in c. 4. de adulterijs.* Ad solam mulieris confessionem, adserentis se commisisse adulterium cum sacerdote, non debere sacerdotem puniri: sed iudici purgatio, quam si præstiterit absolui; sin minus, ab officio suspendi. *constitutio Alexandri 3. in c. 5. de adulterijs.* Coniunx coniugem de adulterio non potest accusare, si & ipse adulterium commisisse conuincatur. *constitutio Innocentij 3. c. 6. de adulterijs & stupro.* Non debere separari matrimonium, quo ad thorũ, propter adulterium, quando ambo coniuges fuerunt fornicati. *constitutio eiusdem in c. vltimo de adulterijs.* De raptoribus, incendiarijs & violatoribus Ecclesiarum, *tit. 17. lib. 5. Decretalium*, puta. Manifestum raptorem vel violatorem Ecclesiarum non esse sepeliendum, nisi restituat id, quod abstulit, vel de restituendo caueat. *cõstitutio Eugenij 3. in cap. 2. de raptoribus.* Excommunicandos esse qui capiunt vel spoliant Christianos, iusta ex causa nauigantes, vel spoliant naufragium patientes. *constitutio in cap. 3. de raptoribus.* Incendiarium non esse sepeliendũ, nisi pro damno vel ipse vel hæredes eius satisfecerint. *constitutio Alexandri 3. in c. 4. de raptoribus.* Raptam non dici, vbi mulier volens in matrimonium adducatur, licet parentes reclament: & post.

consum-

consummationem matrimonij alterum sine consens alterius religionem ingredi non posse. *Constitutio Lucij tertij in cap.6. de raptoribus.* Raptam posse matrimonium contrahere cum raptore, vbi datur libera facultas in contrahendo. *Constitutio Innocentij tertij in cap 7. de raptoribus.* De furtis, *tit.18. lib.5. Decretalium*, puta. Committentem furtum ex necessitate non multum vrgente peccare sed non grauiter, ideo imponendam ei leuem pœnitentiam esse. *constitutio in cap.3. de furtis.* Non indicantem furem propter lucrum, quod ab eo consequitur, reum peccati esse. *constitutio in cap 4. de furtis.* Furem occultum posse post restitutionem & pœnitentiam ad sacros ordines promoueri. *constitutio Alexandri tertij in cap.5. de furtis.* De sortilegijs, *tit 21. lib.5. Decretalium*, puta. Non solum electiones per sortes fieri non debere, sed etiam electiones compromissariorum, per sortes assumi non debere. *constituti Honorij tertij in cap.3. de sortilegijs.* De collusione detegenda, *tit.22. libri 5. Decretalium*, puta. Absolutionem de criminibus illatis per collusionem factam, non impedire facultatem iterum accusandi & inquirendi de illis criminibus. *constitutio Gregorij noni in cap. vltim de collusione detegenda.* De delictis puerorum, *tit. 23. lib.5. Decretalium*, puta. Impuberes præter vitium carnis delinquere posse, mitius tamen esse puniendos quam adultos. *constitutio Gregorij in cap. 1. de delictis puerorum.* Patrem non teneri ex delicto filij impuberis. *constitutio Alexandri tertij in cap. 2. de delictis puerorum.* De clerico percussore, *tit. 25. libri 5. Decretalium*, puta. Non puniri clericum, vt homicidam, si fuit ipse in conflictu pro parte violentiam repellentium, licet in conflictu aliqui mortui sint. *constitutio Alexandri tertij in cap.3. de clerico percussore.* Clericum qui fuit in conflictu, vbi aliqui fuerunt occisi sine eius facto & consilio, adhuc promoueri posse. *constitutio Celestini 3. dicto titulo.* De maledictis, *tit.26. libri 5. Decretalium*, puta.

puta. Maledicentem Pontifici puniendum esse, vt alij deinceps deterreantur. *Constitutio Clementis tertij in c. 1. de maledicis.* De pœna blasphemantis Deum vel aliquem sanctum, aut virginem Mariam. *constitutio Gregorij noni in c. 2. dicto tit.* De excessibus prælatorum & subditorum, *tit. 31. lib. 5. Decretalium, & tit. 6. libri 5. Sexti Decretalium*, puta. Subditum non teneri parere superiori aliquid exigenti vel præcipienti contra tenorem sui priuilegij. *constitutio Alexandri tertij in cap. 5.* de excessibus prælatorum. Ad reuelandum peccatorem, siue peccatum in pœnitentia confessum, Sacerdotem non compellendum. *constitutio Honorij tertij in cap. 13. dicto titulo.* De iniurijs & damno dato, *tit. 36. libri 5. Decretalium & 8. lib. 5. in 6.* puta. Iurantem, statutum super non repetendis damnis, hoc non obstante, expensas repetere posse. *constitutio Gregorij noni in cap. 8. dict. tit.* Repressalias contra personas Ecclesiasticas, non concedi, vel concessas non debere sub pœna excommunicationis extendi. *constitutio Gregorij decimi in cap. vnico.* De iniurijs & damno dato, *in 6. De pœnis, tit. 27. lib. 5. Decretalium, & tit. 9. lib. 5. Sexti Decretalium*, puta. Non debere prælatos pro criminosis sustinendis pecuniam exigere, nec etiam correctionis causa ex cupiditate pœnam pecuniariam imponere. *constitutio Alexandri tertij, in cap. 3. de pœnis.* Clericum causam seu operam præbentem bello, deponendum esse. *constitutio Innocentij tertij in cap. 5. dicto titulo.* Domino excommunicato manente, subditos fidelitatem non debere. *constitutio Honorij tertij in c. 13. de pœnis.* De degradationibus clericorum. *constitutio Bonifacij 8. in c. 2. de pœnis in 6.* Pœnam alicui impositam & eius posteris, non extendi ad posteros lineæ fœmininæ. *constitutio eiusdem in cap. 4. de pœnis in 6.* De pœnitentijs & remissionibus, *tit. 38. lib. 5. Decretalium, & tit. 10. lib. 5. Sexti Decretalium.* De sententia excommunicationis, *tit. 39. lib. 5. Decretal. & tit. 11. lib. 5. Decretal. in Sexto.*

De ho-

De homicidio voluntario vel casuali, puta furiosum infantem dormientem, hominem mutilantem vel occidentem, non effici irregularem, nec etiam illum, qui aliter mortem vitare nequiens, suum inuasorem occidit. *constitutio Clementis 5. in c. vnico de homicidio lib. 5. Clementinarum.* Qui sint excessus prælatorum. *constitutio eiusdem Clementis 5. in c. vnico de excessibus prælatorum lib. 5. Clementinarum.* Senatusconsultum Libonianum de falsis, vt pœna legis Corneliæ de falsis teneatur, qui ob instruendam aduocationem testimoniaue acceperit, pactusue fuerit, societatem coierit ad obligationem innocentũ, *de quo in l. 1. & passim in toto titulo Digest. de falsis lib. 48. Digest. tit. 10. de lege Cornelia de falsis.* Senatusconsultum Silanianum, de quæstione familiæ & seruorum eius qui domi necatus erit, *de quo leg. 13. & 14. D. ad Senatusconsultum Silanianum, lib. tit. 29. tit. 5.* Senatusconsultum Turpillianum de accusationibus desertis, *de quo habetur tit. 16. lib. 48. Digestorum ad Senatusconsultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum, & lib. 9. Cod. tit. 42. 43. 44. 45.* De vi bonis raptis, & de turbis, *tit. 8. lib. 47. Digestorum vi bonorum raptorum & de turba, & lib. 9. cod. tit. 33.* De pœna eorum qui ex incendio, ruina, naufragio, rate naueq; expugnata aliquid dolo malo capiunt, *t. 9. de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata.* De æstimatione iniuriæ, *l. 17. §. ait Prætor de iniurijs & famosis libellis, tit. 9. Digest. lib. 47.* De violatione rerum religiosarum & sepulchrorum, *tit. 12. de sepulchro violato, lib. 47. Digestorum, & lib. 9. cod. tit. 19.* Iudicem debere prouidere, ne carcerum custodes immaniter tractent carceratos, cura spectante ad Episcopum. *constitutio Honorij & Theodosii in l. 9. cod. de Episcopali audientia.* Patrem lenonem, necessitatem peccandi filiab. imponens, potestate earum priuandum. *constit. Theodosii & Valentiniani Impp. in l. 2. C. de Episcopali audientia.* De damno iniuria dato, seu de lege Aquilla, *t. 35. lib. 3. Cod.*

Cod. & tit. 2. libri 9. Digestorum, puta. Damnum datum in sylua per ignis immissionem vel incisionem, resarciendum esse. *Constitutio Alexandri Imper. in l. 1. Cod. d. t.* Damnum datum per incendium domus, æstimandum & restituendum. *Constitutio Gordiani Imper. in l. 2. Cod. d. t.* Depascentem pratum alterius, actionè legis Aquiliæ teneri. *Constitutio Diocletiani & Maximiani in l. vlt. Cod. d. t.* De iis qui accusare non possunt, *tit. 1. lib. 9. Codicis*, puta. Accusatorem se debere inscribere ad pœnam talionis, & dare fideiussorem. *Constitutio Alexandri in l. 3. Cod. d. t.* Mulierem posse accusare interfectores sui mariti. *Constitutio eiusdem in l. 4. Cod. d. t.* Professum in iudicio se ab accusatione instituta discedere, ad eam redire non posse. *Constitutio eiusdem in l. 6. Cod. d. t.* Militem ad accusandum admittendum, si suorum iniuriam prosequitur. *Constitutio Gordiani Imper. in l. 8. Cod. d. t.* An mulier accusare possit. *Constitutio Diocletiani & Maximiani, in l. 12. Cod. d. t.* Fratrem non posse fratrem accusare de crimine capitali. *Constitutio eorundem in l. 13. Cod. d. t.* Matrem posse accusare filium sibi insidiantem. *Constitutio eorundem in l. 14. C. d. t.* Alimentatum à tenera ætate, alimentatorem suum non posse accusare. *Constitutio eorundem in l. 17. Cod. d. t.* Pendente accusatione, non posse accusatum reaccusare de pari vel minori crimine, nisi suam vel suorum iniuriam persequatur. *Constitutio Valentiniani & Valentis Impp. in l. 19. Cod. d. t.* Familiares & seruos non posse dominos accusare, excepto crimine læsæ Maiestatis. *Constitutio Arcadij & Honorij in l. 20. Cod. d. t.* De accusationibus & inscriptionibus, *tit. 2. libr. 9. Cod. & tit. 2. libri 48. Digestorum*, puta. Dominum posse defendere seruum suum accusatum de crimine capitali. *Constitutio Alexandri Imper. in l. 2. Cod. d. t.* In causa capitali procuratorem non esse admittendum, nisi ad allegandum absentiam absentis. *Constitutio eiusdem in l. 3. Cod. d. t.* Contra absentem in causa capitali, non

non posse procedi, nisi per annotationem bonorum: & si ad condemnationem proceditur, sententiam esse nullam. *Constitutio Gordiani Imper. in l. 2. cod. d. t.* Accusatum ab vno de crimine, non posse ab alio de eodem accusari. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 9. cod. d. t.* Accusatum non debere torqueri, si accusans se non inscripserit: *Constitutio Gratiani Imper. in l. 13. cod. d. t.* In criminalibus non iudicari exemplis, & simplici relatione. *Constitutio eiusdem in l. 14. cod dict. t.* In criminalibus etiam potentiores viros adesse debere. *Constitutio eiusdem in l. 15. cod. d. t.* Accusatorem debere se inscribere & detineri, sicut accusatus, donec causa examinetur: & qui torquetur, non esse interrogandum de sociis. *Constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 17. cod. dict. tit.* De custodia reorum, *tit. 4. libro nono cod. & tit. 2. libro 48. Digestorum*, puta. Carcerem mulierum, debere esse separatum à carcere masculorum. *Constitutio Const. Imper. in l. 3. cod. d. t.* Mulierem nunquam esse in carcerem ducendam in causa ciuili. *Constitutio Iustiniani Imp. in Auth. Hodie. cod. d. t.* Custodem carceris fracto carcere per negligentiam non euitare pœnam, sed subire supplicium, quod qui fugit esset subiturus. *Constitutio Gratiani & Valentiniani in l. 4. cod. dict. t.* De priuatis carceribus inhibendis, *tit. 5. lib. 9. cod.* puta. Priuatum carcerem habentes, afficiendos esse vltimo supplicio, & iudicem hoc crimen non vindicantem, crimen læsæ Maiestatis committere. *Constitutio Zenonis Imper. in l. vnica cod. d. t.* Si quis Imperatori maledixerit: *tit. 7. lib. 9. codicis*, puta. Ex leuitate maledicentem Principi non puniri, si ex insania, miseratione dignissimum, si ex iniuria, remittendum esse. *Constitutio Arcadij & Honorij in l. vnica cod. d. t. Ad l. Iuliam maiestatis tit. 8. libro 9. codicis, & tit. 4. libr. 48. Digestor.* puta. Conspirantem contra principem, vel eos qui sunt ad latus Principis, incidere in crimen læsæ Maiestatis, licet euentus non sequatur. *Constitutio Arcadij & Ho-*

& Honorij in l. . .cod.d.t. Qua pœna afficiendi committentes crimen læsæ Maiestatis, eorumque filij. *Constitutio eiusdem in d.l.* Vxores committentium crimen læsæ Maiestatis, non debere perdere dotem, ibidem, versiculo vxores.*cod.dict.tit.* Crimen læsæ Maiestatis etiam post mortem obiici posse. *Constitutio l. 7. cod. dict.tit.* Ad legem Iuliam de adulterio & stupro, *titul. 9.codicis & titul. 5. libro 48.Digestorum,* puta. Vxorem non posse maritum de adulterio accusare. *Constitutio Seueri & Antonini Impp.in l.1 cod.dict.tit.* Retinentem vxorem,quam in adulterio inuenit, puniendum vt lenonem.*Constitutio eorundem in l.2. cod.dict. tit.* Occidentem repertum in adulterio cum vxore, non esse homicidam.*Constitutio Alexandri Imp. in l. 4. cod. dict.t.* Quo tempore maritus possit adulterium accusare.*Constitutio eiusdem in l. 6. cod.d.t.* Eum qui tempore commissi delicti non erat maritus nec sponsus,non posse vt maritum vel sponsum violatæ sponsæ crimen accusare. *Constitutio eiusdem in l. 7. cod.d.t.* Dantem pecuniam vt euadat ab accusatione adulterij, & accipientem pecuniam pro comperto stupro, pœna legis Iuliæ coërceri. *Constitutio eiusdem in l. 10. cod.dict.tit.* Crimen adulterii maritum retenta in matrimonio vxore inferre non posse.*Constitutio eiusdem in l.11. cod.d.t.* Iustinianus tamen hoc *in Authen. sed nouo iure. cod. dict. t.*correxit.Maritum desistentem ab accusatione adulterii,perpetuo esse exclusum. *Constitutio Valeriani & Galieni Impp.in l. 16. cod. d. t.* De pœna duas ducentis vxores.*Constitutio eorundem in l.18.cod.dict.t.* Stuprum non committi cum meretrice, vt adulterii accusari quis possit.*Constitutio eorundem in l. 22. codice dict.tit.* Damnatum de libidine commissa cum ancilla, non effici infamem. *Constitutio Arcadij Imper. in l. 25. codice d.t.*Matrimonium subsequens non purgare adulterium antecedens.*Constitutio eiusdem in l.27.cod.d.t.* Adulterium commissum cum domina cauponæ, esse punien-

dum,non vero cum ancilla.*Constitutio Constantini Imper.in l.29. Cod. d. t.* Qui possint adulterium accusare. *Constitutio eiusdem in l.30.Cod.d.t.* Qua pœna afficienda mulier adulterium committens.*Constitutio Iustiniani Imp. in Authen.sed hodie.Cod.d.t.* Maritus quomodo procedere possit contra eum quem habet suspectum de adulterio.*Constitutio eiusdem Iustiniani Imp. in Auth.si quis.Cod.d.t.*Peccatum contra naturam morte esse puniendum. *Constitutio Constantini Imp. in l. 31.Cod.d.t.* Maritum admittēdum ad accusandum vxorem quondam de stupro commisso,postquam diuertit ab eo.*Constitutio Honorij & Theodosii l.35.C.d.t.* Tutorem committentem stuprum cum adulta,esse deportandum,bonis omnibus confiscatis. *Constitutio Constantini Imp.in l. vnica Cod.* si quis eam cuius tutor fuerit corruperit, *tit.10.* Ad legem Iuliam de vi publica & priuata,*tit.12. lib.9.Cod.& tit.6.& 7.lib.48.Digestorum*, puta. Creditori non esse permissum possessionem vi ingredi.*Constitutio Seueri & Antonini Impp.in l. 5. Cod. d.t.* Accedentem ad rem ab alio possessam, causa expellendi illum de possessione,si ea occasione homicidium sequatur,ad mortem esse condemnandum. *Constitutio Constantini Imp.in l.6. Cod.d.t.* Expulsum contra expulsorem suum posse tam ciuiliter agere, quam criminaliter accusare.*Constitutio eiusdem in l.7.Cod d. t.* Qua pœna raptus Virginum, viduarum & sanctimonialium, sit coërcendus.*Constitutio Iustiniani Imp.in l.vnica Codic.* De raptu Virginum seu viduarum, nec non sanctimonialium *tit.13.lib.9.Cod.*.De emendatione propinquorum,*tit.15.*puta.Propinquis senioribus licere corrigere minores,nisi facti atrocitas exigat iudicium.*Constitutio Valentis & Valentiniani Cod.d.tit.* Ad legem Corneliam de sicariis,*titul.16.lib.9.Cod.& tit.8.lib.48. Digestorum*,puta. Probantem non animo occidendi se percussisse,non esse puniendum pœna homicidij.*Constitutio Antonini in l. 1. Cod. d. t.* Aggressum in dubio vitæ discri-

discrimine constitutum, posse suum occidere aggressorem. *Constitutio Gordiani Imper. in l. 2. cod. d. t.* Licere occidere latronem telo resistentem. *Constitutio eiusdem in l. 4. cod. d. t.* Ambulantem cum telo hominis occidendi causa, puniri ac si hominem occidisset, *Diocletiani & Maximiani Imp. in l. 7. cod. d. t.* De pœna parricidæ. *Constitutio Constantini Imp. in l. unica cod.* de iis, qui parentes vel liberos occiderunt, *tit. 17.* de maleficis & Mathematicis & similibus, *tit. 18. lib. 19. cod.* puta. Artem Mathematicam omnibus interdicendam esse. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 2. cod. d. t.* Diuinatores esse concremandos, & eos euocantes, cum publicatione omnium bonorum deportandos. *Constitutio Constantini Imper. in l. 3. cod. d. t.* Nulli permissum esse consulere diuinatorem. *Constitutio eiusdem in l. 5. cod. d. t.* Inuocantes dæmones, vel imagines cereas facientes, puniendos. *Constitutio eorundem in l. 6. cod. d. t.* Artem magicam nec discendam nec docendam. *Constitutio Valentiniani & Valentis in l. 8. cod. d. t.* Maleficum licere cuicunque capere, & iudici offerre, sed non occidere. *Constitutio Arcadij & Honorij in l. 9. cod. d. t.* Ad legem Flauiam de plagiarijs, *tit. 20. libr. 9. cod. & tit. 20. lib. 48. Digestorum*, puta. Fratrem posse accusare detentionem & occultationem fratris. *Constitutio Valentiniani & Gratiani in l. 5. cod. d. t.* Abducentem alienum seruum vel liberum, gladio puniendum. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 7. cod. d. t.* Bonæ fidei emptorem non incidere in crimen legis Flauiæ de plagiariis à plagiario comparantem. *Constitutio eorundem in l. 10. cod. d. t.* Vendentem scienter liberum hominem, plagium committere. *Constitutio eorundem in l. 15. cod. d. t.* Qua pœna afficiendi qui filios alienos abducunt. *Constitutio Constantini Imp. in l. 16. cod. d. t.* Ad legem Corneliam de falsis, *tit. 22. lib. 9 cod. & tit. 10. lib. 48. Digestorum*, puta. Filium legatum consecutum ex testamento, quod verum putauit, non præiudicare sibi

illo falſo probato. *Conſtitutio Alexandri Imp. in l. 3. cod. d. t.* De falſo non poſſe filium agere criminaliter contra matrem. *Conſtitutio eiuſdem in l. 5. cod. d. t.* Contrectantem Codicem teſtamenti, incidere in crimen falſi. *Conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 13. cod. d. t.* Fœminam non poſſe accuſare de falſo, niſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequatur. *Conſtitutio eorundem in l. 19. cod. d. t.* Errorem ſcribentis & ſubſcribentis, non inducere crimen falſi. *Conſtitutio eorundem in l. 20. cod. d. t.* Qua pœna crimen falſi puniendum. *Conſtitutio Valentiniani & Gratiani Impp. in l. 23. cod. d. t.* Producenti inſtrumentum ſuſpectum, imminere prius probationem, quod ſit verum, & aduerſario imminere, poſtea probare contrarium. *Conſtitutio Valentiniani & Theodoſii Impp. in leg. vigeſima quarta codicis dict. tit.* De iis qui ſibi aſcribunt in teſtamento, *tit. 23. lib. 9. codicis*, puta. Maritum ſibi aſcribentem in teſtamento vxoris, incidere in pœnam, & ſcripturam non valere. *Conſtitutio Antonini Imper. in l. 4. cod. dict. tit.* Militem ſibi aſcribentem præſumi iuris errore non malitia in legem incidiſſe, relictum tamen nō poſſe petere, ſed pœnam ordinariam remittendam. *Conſtitutio eiuſdem in l. 5. cod. d. t.* De falſa moneta, *tit. 24. lib. 9. cod.* puta. Fabricantes falſam monetam, vltimo ſupplicio afficiendos eſſe: & domum in qua fabricatur publicandam, ſiue dominus ſciuerit, ſiue ignorauerit. *Conſtitutio Conſtantini Imper. in l. 1. cod. d. t.* Falſantem monetam Cæſaris, eſſe comburendum. *Conſtitutio eiuſdem in l. 2. cod. d. t.* De mutatione nominis, *tit. 25. lib. 9. codicis.* Mutationem nominis non fraudulosam libero homini eſſe permiſſam. *Conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. vnica cod. d. t.* Ad legem Iuliam de ambitu, *t. 26. lib. 9. codicis*, puta. Qui honores vel officia repetit, in legem ambitus incidere & pœnam legitimam ſubire. *Conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. vnic. cod. d. t.* Ad legem Iuliam repetundarum, *tit. 27. libr. 9. cod. & tit. 6. lib.*

lib.48.Digestorum, puta. Pœnam pecuniariam delinquentis in officio, transire in hæredem. *Constitutio Gratiani & Valentiniani in l.2.cod.d.t.* Qua pœna puniendus sit Iudex pecunia corruptus. *Constitutio eorundem in l.3.codic.dict.tit. & Constitutio eorundem in l. 4. codic.dict.tit.* De crimine peculatus, *titul.28.libro nono codicis, & tit.8.libri 48.Digestorum*, puta. Pecunias publicas surripientes & ministerium illis præbentes, capitali pœna puniendos. *Constitutio Theodosij & Honorij in l.vnica cod.d.t.* De crimine sacrilegij, *tit.29. lib.9. codicis*, puta. Errantem in articulis fidei, puniendum vt sacrilegum. *Constitutio Valentiniani & Gratiani in l. 1. codic.dict.tit.* De seditiosis, & de ijs qui plebem contra Rempubl. audent colligere, *tit.30.libro nono codicis*, puta. Suscipientem populum contra Rempub. grauissime esse puniendum. *Constitutio Gratiani, Valentiniani & Arcadij Impp.in leg.prima codic. dict. tit.* Prouocantem tumultum & clamorem in populo, mori debere pœna seditionis. *Constitutio Leonis Imper in l.2. codic. dict.tit.* De crimine expilatæ hæreditatis, *tit. 32.* Priuignum posse agere contra vitricum crimine expilatæ hæreditatis. *Constitutio Antonini Imper.in leg.secunda codic.dict.tit.* Vxorem defuncti non posse conueniri ab hærede crimine hæreditatis expilatæ, sed res & fructus extantes posse vindicari, & consumptos condici. *Constitutio Gordiani Imper.in l.4.cod.dict.t.* De vi bonorum raptorum, *tit.33. libri 9.codic.& tit.8. libr.47. Digestor.* puta. Etiam rapientem res sibi obligatas intra annum, teneri ad quadruplum. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l.3.cod.d. t.* Venditionem rei captæ posse dominum ratam habere, & agere ad simplum, vel improbare & agere vi bonorum raptorum ad quadruplum. *Constitutio eorundem in l.5. cod. d. t.* De crimine stellionatus, *t.34.libr.9.C.& t. 20.lib. 47. Digestor.* puta. Dissimulanter rem aliquam pignorantem pluribus successiue, teneri crimine stellionatus. *Constitutio*

Alexandri Imper. in l.1.cod.d.t. Rem filij donatam si pater obligat ignoranti, teneri crimine stellionatus. *Constitutio Gordiani Imp. in l.2.cod.d.t.* De iniuriis, *tit.35. lib.9.C.& tit.10.libr.47.Digestorum*, puta. Pro iniuria illata filiæ coniugatæ, marito & patri competere iniuriarum actionem. *Constitutio Alexandri Imper. in l.2. C.d.t.* Qualitatem personæ & habitus iniuriati, facere iniuriam atrociorem. *Constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l.4.C.d.t.* Dicentem alicui verba iniuriosa in iudicio, si desistit à processu, posse iniuriarum conueniri, sed si non desistit, non posse, donec iudicium terminetur. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 10.C.d.t.* In crimine iniuriarum, an quis possit per procuratorem comparere. *Constitutio Zenonis Imper. in l.11. C.d.t.* De famosis libellis, *tit.36.lib.9.codicis*, puta. Famosum carmen de aliquo, inuenientem, illud pandere non debere, alias puniri pœna capitali; nisi docuerit vera esse quæ dixit. *Constitutio Valentis Imp. in l. vnica C. puta.* De abigeis, *tit.37.lib.9.Codic.* puta. Crimen illud sine inscriptione posse proponi. *Constitutio Arcadij & Honorij in l.vnic. Cod. d.t.* De iis qui latrones, vel aliis criminibus reos, occultauerunt, *tit.39.C.lib.9.* puta. Eadem pœna puniri receptores, qua rei principales. *Constitutio Valentiniani & Gratiani in l.1.cod.d.t.* De quæstionibus, *tit. 41.libr.9.cod.& tit.18.lib.48.Digestorum*, puta. Præcedentibus indiciis verisimilibus, mulierem quæ de maleficio mariti impeditur, esse torquendam. *Constitutio Antonini Imp. in l.3. cod.d.t.* Non esse credendum facile confesso de se & sociis, sed si allegat euidentem rationem, vel aliud verisimile quod instruat, iudicem debere procedere ad inuestigationem veritatis. *Constitutio Antonini Imp. in l.4.cod.d.t.* Milites etiam veteranos & eorum filios, nec non cæteros in dignitate positos, etiam præcedētibus iudiciis non esse torquendos, nisi à militia ignominiose sint dimissi, nec in cæteris ad torturam procedi, non præcedentibus legitimis iudi-

iudiciis. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 8. cod. d. t.* In dignitate vel præeminentia positos & eorum liberos, vsque ad pronepotes, nec pœnis plebeiorum nec quæstionibus esse subiiciendos. *Constitutio eorundem in l. 1. cod. d. t.* Nec gratia nec pecunia debere iudicem innocentes vel dignitate munitos torquere. *Constitutio Arcadij & Honorij in l. 17. cod. d. t.* Causas criminales esse intra biennium terminandas. *Constitutio Iustiniani Imp. in l. 3. cod.* vt intra certum tempus criminalis quæstio termineтur, *t. 44. lib. 9. codicis.* De calumniatoribus, *t. 46. lib. 9. cod. & t. 6. libr. 3. Digestorum,* puta. Non probantem crimen quod intendit non infamari, nisi de calumnia damnetur. *Constitutio Alexandri Imp. in l. 3. cod. d. t.* Filium accusantem mortem paternam, excusari à præsumpta calumnia. *Constitutio Cari & Carini in l. 4. cod. d. t.* In causa criminali non probantem, puniri de calumnia. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Imp. in l. 5. cod. d. t.* Per calumniam accusantibus, non prodesse beneficia abolitionum, etiam à principe concessa. *Constitutio Valentiniani & Valentis in l. 0. cod. d. t* De pœnis, *t. 47. libr. 9. cod. & t. 19. libr. 48. Digestorum,* puta. Veteranos & eorum liberos primi gradus priuilegiatos esse, ne in metallum vel opus publicum damnentur. *Constitutio Antonini Imp. in l. 5. C. d. t.* Liberum hominem non esse damnandum ad perpetuum carcerem. *Constitutio eorundem in l. 6. cod. d. t.* Propter ætatem impunitatem delicti non esse dandam, modo crimen in personam cadere possit. *Constitutio Alexandri Imp. in l. 6. cod. d. t.* Pœnam temporalem vel perpetuam, iudicem non reuocare vel minuere post sententiam. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Imp. in l. 15. cod. d. t.* Ad sententiam in criminalibus non esse perueniendum, nisi reus fuerit confessus, vel probationibus clarissimis conuictus. *Constitutio Constantini Imp. in l. 16. cod. d. t.* Neminem esse signandum in fronte, quia non debet facies hominis, ad similitudinem Dei forma-

ta, fœdari. *Constitutio eiusdem in leg. decima septima co. dic. dict. tit.* Si princeps rescribat aliquem puniendum vltra modum, debere iudicem, neque ad dies triginta pœnam differre, vt videat si princeps pœnam relaxet. *Constitutio Gratiani, Valentiniani & Theodosii Impp. in l. vigesima codic. dict. tit.* Existentem in exilio quantum debuit, non esse incarcerandum postea. *Constitutio Honorij & Theodosii in l. 24. codic. dict. tit.* Puniendos esse capite, qui Barbaros docent nauigia facere. *Cōstitutio eorundem in l. 25. cod. d. t.* De bonis proscriptorum seu damnatorum, *tit. 49. libro nono codic. & tit. 20. lib. 48. Digestorum*, puta. Deportatum in quæsitis post deportationem, non habere hæredem. *Constitutio Alexandri Imper. in l. 2. cod. dict. tit.* Damnatum in Metallum, seruum effici, & eiusdem publicari bona, quæ non restituuntur, nisi sola principis indulgentia. *Constitutio Imper. Gordiani in l. 4. cod. d. t.* Bona matris deportatæ, non reseruari filiis. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 6. cod. d. t.* Marito deportato, res paraphernales vxoris & dotem eius, non debere fisco incorporari, nec etiam donata vxori. *Constitutio Arcadij & Honorij Impp. in l. 9. cod. d. t.* Bona damnatorum deberi ascendentibus & descendentibus vsque ad tertium gradum, excepto crimine læsæ Maiestatis. *Constitutio Iustiniani Imp. in Auth. Bona damnatorum. cod. d. t.* De bonis eorum, qui mortem sibi consciuerunt, *tit. 50. libr. 9.* puta. Bona occidentis seipsum, non metu criminis, sed ex insania vel dolore non auferri hæredibus. *Constitutio Antonini Imp. in l. 1. cod. d. t.* De sententiam passis & restitutis, *tit. 51. lib. 9. codic.* puta. Restitutionem à principe concessam damnato, restituere eum in pristinum statum, etiam quo ad honores & bona. *Constitutio Antonini Imper. in l. 1. cod. d. t.* Indulgentiam concessam filio deportato, eum non restituere in patriam potestatem. *Constitutio Gordiani Imper. in l. 6. cod. d. t.* Per deportationem patris, filios liberari à patria potestate,

quam

quam non recuperat ex sola indulgentia sibi concessa. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 9. codic. d. t.* Indulgentiam simplicem tollere pœnam, sed non abolere infamiam, nisi specialiter & ipsa sit remissa. *Constitutio eorundem in l. 10. cod. d. t.* Actorem deportatum & restitutum, posse ad priorem actionem red re. *Constitutio eorundem in l. 1. cod. d. t.* Restitutum in integrum, non posse se tueri contra creditores suos. *Constitutio eorundem in l. 10. cod. dict. tit.* Quæ recuperet deportatus restitutus in integrum. *Constitutio Constantini Imper. in l. vlt. cod. d. t.* De lenonibus eorumque pœnis. *Constitutio Iustiniani in Nouel. 14.* Vt non luxurientur homines contra naturam, nec iurent per capillos Dei, aut aliquid huiusmodi, nec blasphemetur in Deum. *Constitutio Iustiniani in Nouell. 77.* De his qui luxuriantur contra naturam. *Constitutio Iustiniani Imper. in Nouell. 141.* De his qui Eunuchos faciunt. *Constitutio Iustiniani in Nouell. 142.* De muliere raptum passa. *Constitutio Iustiniani in Nouell. 143.* De infantibus expositis. *Constitutio Iustiniani in Nouell. 153.*

X.

DE IVDICIBVS, IVDICIIS & processu iudiciorum.

AN sit peccatum iudici vel ministro reos occidere, *causa 23. quæst. quinta.* De arbitris, *libr. 1. Decretalium t. quadragesimo tertio*, puta. Quod arbitri sint assumendi in dispari numero, *cap. 1. de arbitris.* Nullum esse arbitrium quod continet peccatum. *Constitutio Alexandri 3. Pontificis in c. 2. de arbitris.* In mulierem singularem tanquam in arbitratricem, an compromitti possit. *Constitutio Innocentij 3. in capite quarto, de arbitris* Arbitrum non habere potestatem iudicandi vltra comprehensa in compromisso, nec coram eo recõuentionem

tionem fieri posse. *Constitutio eiusdem Innocentij 3. in c. 6. de arbitris.* De rebus spiritualibus in laicum compromitti non posse. *Constitutio eiusdem in cap. 8. de arbitris.* De iudiciis, *lib. 2. Decretalium, t. 1. & lib. 2. Sexti Decretalium, t. 1.* puta. Causam iuris patronatus spectare ad iudicium Ecclesiasticum. *Constitutio Alexandri 3. in c. 3. de iudiciis.* Vasallum coram Domino feudi conueniendum esse, etiamsi dominus feudi sit persona Ecclesiastica. *Constitutio Alexandri 3. in c. 5. de iudiciis.* Excommunicatum in iudicio, nisi tanquam reus stare non potest. *Constitutio eiusdem pontificis in c. 7. de iudiciis.* Actorem obtinentem in possessorio, coram iudice rei non teneri coram eo iudice super proprietate respondere, si est prorsus alterius fori. *Constitutio Honorij 3. in c. 21. de iudiciis.* Mulieres tam seculares quam Ecclesiasticas, ad iudicium inuitas trahendas non esse. *Constitutio Bonifacij 8. in c. 2. de iudiciis, lib. 2. Sexti Decretalium.* Maiorem 14. annis tam per se, quam per procuratorem posse defendere, & agere causam spiritualem, non vero minorem, nisi per procuratorem. *Constitutio eiusdem Bonifacij 8. in c. 3. de iudiciis in 6.* De foro competenti, *t. 2. l. 2. Decret. & l. 2. sexti Decret.* puta. Ratione rei cõtrouersæ, quis sortiri forũ, *c. 3. de foro compet.* Si quæstio feudalis incidat inter clericũ & laicum, Dominũ feudi competentem esse iudicem. *Constitutio Alexandri 3. in c. 6. de foro compet.* Laicum alium laicum in causa ciuili coram iudice Ecclesiastico conuenire non posse, nisi consuetudo id postulet, vel iusticia à seculari iudice denegata fuerit. *Constitutio Innocentij 3. in cap. 10. de foro compet.* Clericum non posse constituere sibi iudicem laicum, etiam interueniente iuramento & aduersarij consensu. *Constitutio eiusdem Innocentij 3. in c. 12. de foro compet.* Legitime citatum, teneri coram iudice citante causam prosequi, non obstante, quod post citationem forum mutauerit. *Constitutio Gregorij 9. in c. 19. de foro compet.* Ratione iuramenti, laicum coram iudice

Eccle-

Ecclesiastico esse veniendum. *Constitutio Bonifacij 8. in c. 3. ibid.* De libelli oblatione, *t. 3. lib. 2. Decretal.* De mutuis petitionibus, *t. 4. lib. 2. Decretal.* De litis contestatione. *lib. 2. Decretal. t. 5. & libr. 2. t. 3. Sexti Decretal.* Vt lite non contestata, non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitiuam, *t. 6. eiusdem l. 2. Decretalium.* De iuramento calumniæ, *t. 7. lib. 2. Decretalium, & t. 4. lib. 2. Sexti Decretalium.* De dilationibus, *t. 8. lib. 2. Decretal.* De feriis, *t. 9. Decretalium lib. 2.* puta, non licere diebus Dominicis mercari, litigari, iudicari vel iurari, *c. 1. de feriis.* Propter necessitatem alimentorum licere diebus feriatis iu honorem Dei operi seruili intendere, maxime circa rem tempore perituram. *Constitutio Alexandri 3. in c 3. de feriis, lib. 2. Decretalium.* In feriis introductis in honorem Dei, nisi ob necessitatem vel pietatem iudicium exerceri non posse, etiam de cõsensu partium, feriis tamen introductis, fauore hominum partes renunciare posse. *Constitutio Greg. 9. in cap. 5. de feriis.* De restitutione spoliatorum, *t. 13. lir. 2. Decretalium, & t. 5. libr. 2. Sexti Decretalium.* De dolo & contumacia, *t. 14. lib. 2. Decretalium, & t. 6. lib. 2. Sexti Decretalium.* De eo qui mittitur in possessionem rei seruandæ causa, *t. 15. lib. 2. Decretalium, & t. 7. lib. 2. Sexti Decretalium.* Vt lite pendente, nihil innouetur, *t. 16. lib. 2. Decretalium, & t. 8. libr. 2. Sexti Decretalium.* De Sequestratione possessionum & fructuum, *t. 17. lib. 2. Decretalium.* De confessis *lib. 2. Decretalium, t. 18. & t. 9. Sexti Decretalium,* puta. Ad solum dictum confitentis crimen proprium, non esse infligendam pœnam aliquam, infamato tamen iniungendam purgationem. *Constitutio Clementis 3. in cap. 1. de confessis.* Confessionem factam in iure per œconomum Ecclesiæ nocere ipsi Ecclesiæ: posse tamen reuocari, si ante finitum negotium doceatur, confessionem per errorem facti emanasse. *Constitutio Gregorij 9. in c. 3. de confessis.* De probationibus, *t. 19. lib. 2. Decretalium.* De testibus & at-

& atteſtat. *lib. 2. Decretalium, tit. 20. & tit. 10. lib. 2. Sexti Decretalium*, puta. Teſtes ad dicendum teſtimonium, precio non eſſe conducendos. c 1. de teſtibus & atteſtat. Teſtes non poſſe recipi contra eum qui non eſt citatus. *Conſtitutio Gregorij 9. in c. 2. de teſtibus & atteſtat.* Mulierem teſtimonium ferre poſſe contra clericum, ſi agitur de crimine. *Conſtitutio eiuſdem in c. 3. de teſtibus & atteſt.* Quales eſſe & quomodo iurare debeant teſtes, qui ſuper conſanguinitate deponunt. *Conſtitutio Eugenij 3. in cap. 5. de teſtibus & atteſtat.* Socium criminis, non poſſe teſtificari, nec ſufficere vnius teſtimonium ad condemnationem. *Conſtitutio Alexandri 3. in c. 10. de teſtibus & atteſtat.* Compelli aliquem poſſe teſtificari, etiamſi iurauit teſtimonium non dicere. *Conſtitutio eiuſdem in cap. 18. de teſtibus & atteſtat.* Chriſtianum contra Iudæum in teſtem admitti. *Conſtitutio eiuſdem in cap. 22. de teſtibus & atteſtat.* Simili morbo & vitio laborantes, à teſtimonio repelli. *Conſtitutio eiuſdem in c. 20. de teſtibus & atteſtat.* Matris teſtimonium eſſe ſuſpectum, vbi filia petit in virum ſe maiorem & ditiorem. *Conſtitutio eiuſdem in cap. 22. de teſtibus & atteſtat.* Non eſſe idoneos teſtes, quos actor de familia ſua producit. *Conſtitutio eiuſdem in cap. 24. de teſtibus & atteſtat.* An carnalis copula probetur per viſum & famam viciniæ, per teſtes, qui carnalis copulæ conſcij ſunt. *Conſtitutio Celeſtini 3. in cap. 27. de teſtibus & atteſtat.* Religioſos ad teſtificandum non admitti abſque iuramento, niſi à partibus remittatur. *Conſtitutio Innocentij 3. in cap. 39. de teſtibus & atteſtat.* Non credi teſti etiam religioſo qui ſine iuramento deponit. *Conſtitutio Honorij 3. in cap. 51. de teſtibus & atteſtat.* Accuſatum criminaliter, non admitti in teſtem contra alium in cauſa criminali, ſua accuſatione pendente. *Conſtitutio Gregorij 9. Pontificis in capite 56. de teſtibus & atteſtat.* Aduocatum vel procuratorem principalis cauſæ, in cauſis appellationis teſtificari non poſſe. *Conſtitutio*

tio

tio Innocentij 4. cap. 3. de testibus & attestat. libro secundo, tit. 10. Sexti Decretalium. An cogendi sint testes, *tit. 21. lib. 2. Decretalium.* De instrumentis, *libr. 2. Decretalium, tit. 22.* puta. Exemplum instrumenti non solenniter sumptum, fidem non facere absque originali. *Constitutio Gregorij in c. 1. de fide instrumentorum.* Instrumentum corruere, si testes inscripti decessetint, nisi sigillum habeat authenticum, vel à notario sit confectum. *Constitutio Alexandri 3. in c. 2. de fide instrumentorum.* Instrumentum vel priuilegium, quo quis vtitur coram iudice, totum edi non debet, sed saltem illud capitulum de quo agitur. *Constitutio Cœlestini 3. in c. 5. de fide instrumentorum.* Si in instrumento debiti exprimitur causa, condemnari debitorem, nisi debitor probet indebitum: si non exprimitur, necesse est vt creditor probet id fore debitum. *Constitutio Gregorij 9. in capite decimo quarto.* de fide instrumentorum. Instrumentum exemplatum per tabellionem seu notarium authoritate iudicis ordinarii, eandem vim habere cum originali. *Constitutio eiusdem pontificis in cap. vlt. de fide instrumentorum.* De præsumptionibus, *tit. 22. libro 2. Decretalium,* puta. Conuersationem in adolescentia, facere præsumptionem in senectute. *Constitutio Hieronymi in Parabolis, de qua in cap. 3. de præsumpt.* Præsumi contra illum, qui dilationibus subterfugit iudicium. *Constitutio Bonifacij c. 4. de. præsumpt.* Per cohabitationem diuturnam & famam de matrimonio & contractib. matrimonialibus, probari matrimonium. *Constitutio Alexandri 3. in c. 11. de præsumpt.* Propter præsumptionem etiam vehementem, non debere quem de graui crimine condemnari. *Constitutio Innocentij 3. in c. 14. de præsumpt.* Non præsumi incontinentem in senectute, qui in iuuentute se continuit, maxime si est literatus. *Constitutio eiusdem Innocentij 3. in cap. 15. de præsumpt.* De exceptionibus, *tit. 25. libr. 2. Decretalium, & tit. 13. lib. 2. Sexti Decretalium.* De præscriptionibus, *t. 26. lib. 2.*

lib.2.Decretal.& t.14.lib.2.Sexti Decretal. De sententia & re iudicata,*t.27.lib.2.Decretal.& t.14.lib.2 Sext Decretalium.* Sententiam latam contra leges vel canones, non tenere nec valere. *Constitutio Gregorij in c. 1.de sententia & re iudicata.* Sententiam latam contra matrimonium, nunquam transire in rem iudicatam. *Constitutio Alexandri 3.in cap.7.de sententia & re iudicata.* Res inter alios actàs, aliis non præiudicare. *Constitutio Gregorij 9.in cap. de sententia & re iudicata.* Iudicem, qui contra iusticiam & conscientiam aliquid in iudicio fecerit in grauamen partis vel per gratiam vel per sortes damnandum esse parti læsæ in æstimationem litis, & per annum esse suspendendum. *Constitutio Innocentij 4.in c.1.de sententia & re iudicata in 6.* De appellationibus,*t.28.lib. 2.Decretalium,& t.15.lib.2. Sexti Decretalium.* Permissum esse Episcopis expulsis à suis sedibus in locis aliarum diœcesium procedere contra expulsores & consiliatores & fautores eorum. *Constitutio Clementis 5.in c.vnico de foro compet.lib.2.Clement.* Per testes Christianos conuinci posse Iudæos & Sarracenos, non obstantibus contrariis priuilegiis principum & regum.*Constitutio Clementis 5.in c.1.de testibus,lib.2. Clement.* Publicatis attestationibus, testes produci non posse super iisdem articulis, vel directo contrariis.*Constitutio eiusdem in c.2.de testibus dicto libro secundo, Clement.* De eo qui ius nouum apud Magistratum impetrauit, vt postea eodem iure vtatur,*t.2.l.2. Digestorum.* Quod quisque iuris in alterum statuerit, vt ipse eodem iure vtatur. De pœna eius,qui ius dicenti non obtemperauit,*t.3.lib. 2. Digestorum. Si quis ius dicenti non obtemperauerit.* De personis quæ in ius vocari vel non vocari possunt, *t.4.Digestorum,lib.2.& cod.2.t.2.de in ius vocando.* De pœna si quis in ius vocatus non ierit, siue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit, *t.5. lib.2.Digestor.* De satisdationibus eorum qui in ius vocantur,*t.6.lib.2.Digestorum,in ius vocati vt eant, aut*

satis

ſatis vel cautum dent. Ne quis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat, *tit.7.Digeſt.lib.2.* Qui ſatis dare cogantur vel iurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur, *tit.8.lib.2.Digeſt.& tit.57.lib.2.cod. de ſatiſdando.* De pœna eius, per quem factum fuit, quo minus quis in iudicio ſiſtat, *libr. 2.Digeſt. tit.10.* De pœna ſi quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit, *tit.11.d.lib.2.* De feriis & dilationibus & diuerſis temporibus, *tit.12.libr.2.Digeſt. & tit.3.cod. tit.11.& 12.* De edenda ab actore actione, *l.b.2.Digeſt. tit.13.& lib.2.cod.tit.1.de edendo.* De iis qui poſtulant, hoc eſt, deſiderium ſuum vel amici ſui in iure & iudicio exponunt, vel alterius deſiderio contradicunt, *lib.3.Digeſtor.tit.1.& lib.2.cod.tit.6.de poſtulando.* Qui procuratores eſſe poſſunt vel non poſſunt, *libr 3. Digeſt.tit.3. & lib.2.cod.t.13.de procuratoribus & defenſoribus.* De procuratoribus vniuerſitatum, *t.4.libr.3.Digeſt. Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine vel contra eam agatur.* De actione in factum, quæ datur in eum, qui vt calumniæ cauſa negocium faceret, vel non faceret, pecuniam accepit, vt ſcilicet conueniri poſſet intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum, *t.6.lib.3. Digeſt.& t. 46.lib.9.codicis de calumniatoribus.* De arbitris & arbitrio, vt ſcilicet arbitri recepta pecunia compromiſſa, ſententiam dicant, & niſi arbitrio pareatur, pecunia compromiſſa ſoluatur, *tit.8 libr.4. Digeſtorum De receptis qui arbitrium receperunt vt ſententiam dicant, & lib.2.cod.t.56.de receptis arbitriis.* De in ius vocando, *t.2.lib.2.cod.& t.4.libr.2.Digeſtorum,* puta. Filium in poteſtate patris conſtitutum, etiam petita venia, non poſſe agere contra patrem. *Conſtitutio Diocletiani & Maximiani in l.3.cod.d.t.* De poſtulando, *t.5.libr.2. cod. & lib 3.t.1. Digeſt.* puta. Abſentiam Aduocati non vitiare ſententiam. *Conſtitutio Diocletiani & Maximiani in l.4.C.d.t.* Aduocatum qui de quota litis paciſcatur, ab officio aduocationis eſſe remouendum. *Conſtitutio*

lib.2.Decretal.& t.14.lib.2.Sexti Decretal. De sententia & re iudicata,*t.27.lib.2.Decretal.& t.14.lib. 2 Sext Decretalium.*Sententiam latam contra leges vel canones,non tenere nec valere. *Constitutio Gregorij in c. 1.de sententia & re iudicata.* Sententiam latam contra matrimonium,nunquam transire in rem iudicatam. *Constitutio Alexandri 3.in cap.7.de sententia & re iudicata.* Res inter alios actas, aliis non præiudicare. *Constitutio Gregorij 9.in cap. de sententia & re iudicata.* Iudicem, qui contra iusticiam & conscientiam aliquid in iudicio fecerit in grauamen partis vel per gratiam vel per sortes damnandum esse parti læsæ in æstimationem litis, & per annum esse suspendendum. *Constitutio Innocentij 4.in c.1.de sententia & re iudicata in 6.* De appellationibus,*t.28.lib. 2.Decretalium,& t.15.libr.2. Sexti Decretalium.*Permissum esse Episcopis expulsis à suis sedibus in locis aliarum diœcesium procedere contra expulsores & consiliatores & fautores eorum. *Constitutio Clementis 5.in c.vnico de foro compet. lib.2.Clement.* Per testes Christianos conuinci posse Iudæos & Sarracenos, non obstantibus contrariis priuilegiis principum & regum.*Constitutio Clementis 5.in c.1.de testibus,lib.2. Clement.* Publicatis attestationibus , testes produci non posse super iisdem articulis,vel directo contrariis.*Constitutio eiusdem in c.2.de testibus dicto libro secundo,Clement.* De eo qui ius nouum apud Magistratum impetrauit, vt postea eodem iure vtatur,*t.2.l.2. Digestorum.* Quod quisque iuris in alterum statuerit, vt ipse eodem iure vtatur. De pœna eius,qui ius dicenti non obtemperauit,*t.3.lib. 2. Digestorum.Si quis ius dicenti non obtemperauerit.* De personis quæ in ius vocari vel non vocari possunt, *t.4.Digestorum,lib.2.& cod.2.t.2.de in ius vocando.* De pœna si quis in ius vocatus non ierit,siue quis eum vocauerit,quem ex edicto non debuerit, *t.5. lib.2.Digestor.* De satisdationibus eorum qui in ius vocantur,*t.6.lib.2.Digestorum,in ius vocati vt eant, aut*

satis

satis vel cautum dent. Ne quis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat, *tit.7. Digest. lib.2.* Qui satis dare cogantur vel iurato promittant, vel suæ promissioni committantur, *tit.8. lib.2. Digest. & tit.57. lib.2. cod. de satisdando.* De pœna eius, per quem factum fuit, quo minus quis in iudicio sistat, *libr. 2. Digest. tit.10.* De pœna si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit, *tit.11. d. lib.2.* De feriis & dilationibus & diuersis temporibus, *tit.12. libr.2. Digest. & tit.3. cod. tit 11. & 12.* De edenda ab actore actione, *lib.2. Digest. tit.13. & lib.2. cod. tit.1. de edendo.* De iis qui postulant, hoc est, desiderium suum vel amici sui in iure & iudicio exponunt, vel alterius desiderio contradicunt, *lib.3. Digestor. tit.1. & lib.2. cod. tit.6. de postulando.* Qui procuratores esse possunt vel non possunt, *libr.3. Digest. tit.3. & lib.2. cod. t.13. de procuratoribus & defensoribus.* De procuratoribus vniuersitatum, *t.4. libr.3. Digest. Quod cuiusque vniuersitatis nomine vel contra eam agatur.* De actione in factum, quæ datur in eum, qui vt calumniæ causa negocium faceret, vel non faceret, pecuniam accepit, vt scilicet conueniri posset intra annum in quadruplum, post annum in simplum, *t.6. lib.3. Digest. & t.46. lib.9. codicis de calumniatoribus.* De arbitris & arbitrio, vt scilicet arbitri recepta pecunia compromissa, sententiam dicant, & nisi arbitrio pareatur, pecunia compromissa soluatur, *tit.8. libr.4. Digestorum De receptis qui arbitrium receperunt vt sententiam dicant, & lib.2. cod. t.56. de receptis arbitriis.* De in ius vocando, *t.2. lib.2. cod. & t.4. libr.2. Digestorum,* puta. Filium in potestate patris constitutum, etiam petita venia, non posse agere contra patrem. *Constitutio Diocletiani & Maximiani in l.3. cod. d. t.* De postulando, *t.5. libr.2. cod. & lib 3. t.1. Digest.* puta. Absentiam Aduocati non vitiare sententiam. *Constitutio Diocletiani & Maximiani in l.4. C. d. t.* Aduocatum qui de quota litis paciscatur, ab officio aduocationis esse remouendum. *Constitutio*

Constantini Imp. in l.5. Cod. dict. tit. Non posse eundem esse aduocatum & iudicem eiusdem causæ, nec debere in contumeliam prorumpere, nisi expediat, nec litem protelare. *constitutio Valentiniani & Valentis in l.6. Cod. dict. tit.* Neminem posse esse aduocatum, nisi sit Christianus. *constitutio Leonis & Anthemij in l. vltim. Cod. dict. tit.* De aduocatis diuersorum iudiciorum, *tit. 7. lib. 2. Cod.* puta. Aduocatis nullum munus personale esse iniungendum. *constit. Theodosii & Valentiniani in l. 6. Cod. dict. tit.* Aduocatos militibus esse æquiparandos, quoniam per eos tanquam per milites vita & patrimonia hominum defenduntur. *constitutio Leonis & Anthemij in l.14. Cod. dict. tit.* Aduocatum transmittere salarium totius anni quo moritur ad hæredem. *constitutio Leonis Imper. in l.15. Cod dict. t.* De aduocatis diuersorum iudicum, *tit. 8. lib. 2. Codic.* puta. Neminem posse ad aduocationis officium assumi, nisi per quinquennium in iure studuerit. *constitutio Anastasii Imper. in l.5. Codic. dict. tit.* De procuratoribus, *tit. 13. libr. 2. Cod. & tit. 3. lib. 3. Digestorum*, puta. Mulierem non habere legitimam defensionem mariti. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 4. Codic. dict. tit.* Accusatum de crimine, quousque processus pendet, alterius procuratorem esse non posse. *constitutio Antonini Imper. in l.6. Cod. dict. tit.* Militem non posse esse procuratorem alterius personæ etiam coniunctæ. *constitutio eiusdem in l. 7. Cod. dict. t.* Procuratorem ad litem constitutum, non posse ante litis contestationem alium substituere. *constitutio eiusdem in l. 8. Cod. dict. tit.* Tutorem & curatorem ante litis contestationem, ex sua persona non procuratorem, sed actorem constituere posse: secus esse in pupillo & adulto, qui cum autoritate curatoris hoc facere possunt. *constitutio eiusdem in l. 11. Cod. dict. tit.* Pactum de quota litis, in procuratore improbari, eumque ab agendo repellere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.15. Cod. dict. tit.* Procuratorem vel a-

ctorem

ctorem sine speciali mandato non posse vendere rem in præiudicium Domini. *constitutio eorundem in l. 16. Cod.dict.tit.* Matrem non posse defendere filium pupillum in iudicio, ideoque debere illi tutorem petere. *constitutio eorundem in l.18.Cod.dict.tit.* Maritum posse agere pro vxore, etiam sine mandato, dummodo caueat de rato. *constitutio Constantini Imper.in l.21.C.d.t.* Procuratorem per litis contestationem fieri Dominum litis, ideoque sine causa non esse remouendum. *constitutio eiusdem in l.22.Cod.dict.tit.* Non licere potentioribus, patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre, *tit.14. libr.2. Codicis*, puta. Recipientem patrocinium potentioris, ad terrorem aduersarii, causam amittere, & præstantem patrocinium arbitrio iudicis puniendum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l.1.Cod.dict.tit.* Cedentem actionem suam potentiori, ratione officij perdere actionem, & cessionem non habere effectum. *constitutio Honorij & Theodosii in l.2.Cod.d.t.* De iis qui potentiorum nomine titulos prędijs affigunt, vel eorum nomina in lite prætendunt, *t.15. lib.2.codicis*, puta. Titulos seu insignia potentiorum prædiis suis affigentem, vel eorum nomina in lite prætendētem, iure suo priuari & in metallum damnari, potentiorem vero infamari. *constitutio Arcadij & Honorij in l.vnic.Cod.dict.tit.* Ne fiscus vel Respub. procurationem alicui patrocinii causa in lite præstet, *tit. 18. lib.2.C.* puta. Sub prætextu pecuniæ fisco debitæ, non debere fiscum patrocinium præstare. *constitut. Gordiani Imp.in l.1.C.d.t.* Actionem litigiosam vel dubiam ex causa donationis Rempub. suscipere nō posse. *constitutio eiusdem in l.2. C. d.t.* Remp. non debere debitorem suum iuuare contra alium prætextu debiti. *constitutio Diocletiani & Maximiani in l.4.Cod.dict. tit.* Qui arbitri esse possunt vel non, *tit.56. libr. 2.Codicis, & tit.8. lib.4.Digestorum.* De iureiurando propter calumniam dando, *tit.59.libr.2.C.* De iudiciis, *tit.1.libr.3.C.& tit.1.*

lib.5. Digest. Neminem in sua causa ius dicere vel iudicare posse. *Constitutio Valentiniani, Valentis & Gratiani in l. vnica cod.* Ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat. Pupillum in iudicio legitimam personam standi non habere. *Constitutio Gratiani Imper. in l.1.C. Qui legitimam personam standi in iudiciis habeant vel non.* Neminem inuitum agere vel accusare posse. *Constitutio Diocletiani Imp. in l. vnic. cod. d.t.* Causam criminalem ibi agendam esse, vel vbi crimen est commissum, vel causa est inchoata, vel vbi reus deprehenditur habere domicilium: *Constitutio Antonini Imp. in l.1. cod. vbi de criminibus agi oportet. & Constitutio Iustiniani in Auth. qua in prouincia. cod. d.t.* De vi ibi agendum esse, vel vbi possessio vel vbi vis illata est. *Constitutio Valentis in l. vnica cod. vbi de possessione agi oporteat.* Fideicommissum ibi petendum esse, vbi est hæreditas. *Constitutio Seueri & Antonini Imp. in l. vnica. cod. vbi fideicommissum peti oporteat.* Qui certo loco pecuniam se soluturum promisit, si in eo loco non soluit, posse & in alio loco conueniri. *Constitutio Alexandri in l. vnica cod. vbi conueniatur, qui certo loco dare promisit.* De hæreditate ibi agendum, vel vbi res hæreditariæ sitæ sunt, vel vbi domicilium habet is qui conueniendus. *Constitutio Valeriani & Galieni in l. vnica cod. vbi de hæreditate agatur.* Senatores in ciuilibus causis possunt conueniri, vbi habent domicilium, vel maiorem partem bonorum, vel vbi conuersantur. *Constitutio Valentis, Valentiniani & Gratiani in l. 2 cod. vbi Senatores vel clarissimi ciuiliter vel criminaliter cōueniantur.* Quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare, *tit. 27. libr. 3. cod. puta.* Nocturnum populatorem agrorum & aggressorem itinerum, permissum esse occidere propria authoritate. *Constitutio Valentiniani & Arcadij & Honorij in l.1. cod. d.t.* Milites transeuntes ad hostes, posse à quolibet capi, & resistentes posse impune occidi. *Constitutio Arcadij & Theodosii in l.2. cod. d.t.* De testibus, *tit.*

tit.20.lib.4.cod.& tit.5.lib.22.Digest. puta. Domestica testimonia esse reiicienda. *Constitutio Valeriani & Galieni Impp.in l.2.cod.d.t.* Dictum testis sine causæ redditione non probare. *Constitutio Cari, Carini & Numeriani in l.3.cod.d.t.* Ascendentes & descendentes inuicem nec volentes, ad testimonium admittendos esse. *Const.Diocl.& Maximiani Imp.in l.5.C.d.t.* Neminem cogendũ esse contra se producere testes,&adiuuare aduersarium suum. *Constitutio eorundem in l. 6. cod.d.t.* Non iurato testi nullam adhibendam esse fidem. *Constitutio Constantini Imper.in l.9. cod.d.tit.* In re propria neminem posse esse testem idoneum. *Constitutio Valentis, Gratiani & Valentiniani Impp.in l.9.cod.d.t.* Testes debere esse liberos, nec socios & participes criminis. *Constitutio Honorij & Theodosii in l.10.cod.d.t.* Approbantem personam testis in vno actu, approbare eam quoque in omni alio simili, nisi noua repudiandi causa superueniat. *Constitutio Iustiniani Imp. in l.13.cod.d.t.* Testes etiam absentes posse cogi, vt testimonium ferant. *Constitutio eiusdem in l.15.cod.d.t.* De fide instrumentorum & amissione eorum, & de apochis & antapochis faciendis,& de iis, quæ sine scriptura fieri possunt, *tit.21.lib.4.cod.& t.4.lib.22.Digest.* puta. Probato debito per creditorem compellendum esse debitorem ad solutionem,non obstante instrumenti amissione. *Constitutio Antonini in l.1.cod. d. t.* Renunciantem vsui instrumenti suspecti,tacite videri fateri instrumentum falsum,nec posse iterato illud producere. *Constitutio Alexandri Imper.in l.3.cod.d.t.* Licet Dominus perdat instrumentum proprietatis, propter hoc tamen nihil accrescere vsufructuario. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l.8.C.d.t.* Ea quæ possunt celebrari sine instrumentorum confectione, non perdere vires ex instrumentorum amissione. *Constitutio eorundem in leg. decima codice dict titul.* Plus valere quod agitur, quam quod simulato concipitur, *tit. vigesimo secundo,*

libro quarto Cod. puta. Veritatem præualere scripturæ & simulationi. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in leg. prima Codic. dict. tit.* Erroneam subscriptionem vitiare actum. *constitutio eorundem in leg. quinta Codic. dict. tit* De pœna iudicis, qui male iudicauerit, vel eius qui iudicem vel aduersarium corrumpere curauit, *titul. quadragesimo nono, libro septimo Codicis*, puta. Qui pecunia corrumpere iudcem vel aduersarium voluit, causam perdere. *constitutio Antonini in leg. prima Codic. dict. tit.* Iudicem in causa ciuili tripiici pœna puniri, in criminalibus omnibus bonis spoliandum atque in exilium mittendum esse. *constitutio Iustiniani Imp. in Authen. Nouo in iure, Cod. d. t.*

XI.

DE PIGNORIBVS ET HYpothecis, fideiussoribus & aliis cautionibus.

De pignoribus & aliis cautionibus, *titul. 21. libri 3. Decretalium*, puta. Si rector Ecclesiæ pro debito proprio rem Ecclesiæ obligauit, cogi eius hæredem rem redimere, & Ecclesię restituere. *constitutio Alexandri tertij in cap. 3. de pignoribus.* Si creditor vel is qui ab eo causam habet, tot fructus percepit ex pignore quo satisfactum sit sorti, debere illum pignus restituere debitori. *constitutio eiusdem Pontificis in cap. 6. de pignoribus.* De cautione vsufructuarii. *constitutio Gregorij 9. in cap. 8. de pignoribus.* De fideiussoribus, *tit. 22. lib. 3. Decretalium*, puta. Clericum fideiubentem ab ordine remouendum, *cap. 1. de fideiussoribus.* Compellendum clericum seruare fideiussorem indemnem per assignationem redituum suorum. *constitutio Lucij tertij in c. 2. de fideiussoribus.* Si sine licentia prælati & maioris partis capi-

capituli, religiosus fideiusserit, vel mutuum acceperit, non teneri Ecclesiam & ipsum recipientem puniri, nisi mutuum sit versum in vtilitatem Ecclesiæ. *constitutio Innocentij tertij in c. 4. de pignoribus.* De stipulatione, rem pupilli vel adolescentis saluam fore, *tit. 6. libro 46. Digestorum.* De stipulatione iudicatum solui, *titul 7. eiusdem libri.* De stipulatione rem ratam haberi, & de ratihabitione, *titul 8. libro 86. Digestorum.* De pigneratitia actione, *titul 24. libro quarto Codic. & titul. 7. libro tertio Digestorum*, puta. Fructus & commoda rei pigneratæ, sortem extenuare ipso iure. *constitutio Alexandri Imper. in l. 1. Codic. dict. tit.* Fructus, qui debuerant percipi, extenuare sortem, sicut percepti. *constitutio eiusdem in l. 2. Cod. dict. tit.* Creditorem non teneri de casu fortuito pignoris. *constitutio eiusdem in l. 4. Cod. dict. tit.* Creditorem teneri de damno in pignore sua culpa dato tempore obligationis. *constitutio eiusdem in leg. 6. Codic. dict. tit.* Creditorem non posse hypothecam sine pacto vel iudicis decreto inuadere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 10. Cod. dict. tit.* De pignoribus & hypothecis, *tit. 14. lib. 8. Cod. & tit. 1. lib. 20. Digestorum*, puta. Debitorem non liberari, licet velit creditori pignus dimittere pro soluto. *constitutio Seueri & Antonini in l. 1. Codic. dict. tit.* Ex pacto concedi posse, quod creditor propria authoritate rei obligatæ possessionem accipiat. *constitutio eorundem in l. 3. C. d. tit.* Illud, quod creditor præstat pro re obligata, augere debitum. *constitutio Antonini Imper. in l. 6. Codic. dict. titul.* Condemnationem debitoris, vt soluat, non tollere ius pignoris. *constitutio Gordiani Imper. in l. 8. Codic. dict. titul.* Virum, succedentem vxori, res, quas vxor obligauerat, soluto debito recuperare. *constitutio eorundem in l. 12. Codic. dict. titul.* Si debitor vendit pignus, creditoris in potestate esse, vtrum debitorem an vero emptorem pignoris conuenire velit. *constitutio eorundem in leg. 14. Codic. dict. titul.* Debitorem testando vel

contrahendo non posse hypothecæ creditoris derogare. *Constitutio eorundem in l.15. cod. d. t.* Rem emptam alterius pecunia, non esse Domino pecuniæ obligatam. *Constitutio eorundem in l. 17. cod.d.t.* Creditorem non teneri de casu fortuito pignorum, sed de dolo & culpa. *Constitutio in l.19.cod.d.t.* Extraneum luendo pignora, non acquirere dominium pignorum. *Constitutio eorundem in l. 21.cod.d.t.* Priusquam perueniatur ad extraneos pignorum possessores, prius excutiendos esse principales debitores & eorum fideiussores. *Constitutio Iustiniani Imp. in Auth. Hoc si.cod. d. t.* In quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur, *t.15.lib.8.cod. & tit.2.lib.20.Digest.* puta. Pro censibus & tributis esse obligata omnia bona debitoris. *Constitutio Antonini Imp. in l.1.cod.d.t.* Bona contrahentium cum fisco, esse tacite obligata. *Constitutio eiusdem in l.2. cod.d.t.* Pro pensione non esse tacite obligata bona, quæ non sunt in fundo, sed inuecta & illata, vt ibi sint. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.5. cod.d.t.* Si mater tutrix, secundo nubit, non reddita ratione, bona secundi viri esse tacite obligata pupillo, pro ipsa administratione reddenda. *Constitutio Theodosii & Valentiniani in l. 6.cod.d.t.* Si aliena res pignori data sit, *t.16.lib.8. cod.* puta. Procuratorem citra mandatum rem domini obligare non posse: tamen, si pecunia est in rem domini versa, posse pignus pro debito retineri. *Constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 1. cod.d.t.* Tutorem vel curatorem pro causa propria, pupilli vel adolescentis bona non posse obligare. *Constitutio Antonini Imp. in l.3.cod.d.t.* Filium non posse obligare rem patris. *Constitutio Alexandri in l.4.cod.d.t.* Hypothecam rei alienæ conualescere, si res non erat tempore obligationis in bonis, postea tamen de bonis fiat. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.5.cod.d.t.* Patrem non posse obligare rem, quam prius donauerat filio. *Constitutio eorundem in l.6.cod.d.t.* Quæ res pignori obligari possunt, vel

vel non,& qualiter pignus contrahatur,*tit.17.lib.8.cod. & t.3 lib. 20.Digest.* puta. Obligato instrumento, intelligi obligatum ius in eo contractum. *Constitutio Seueri & Antonini Impp.in l.2.cod.d.t.* Nomen debitoris generaliter & specialiter obligari posse, & nisi soluat suo principali,posse soluere creditori creditoris sui, qui habet eum obligatum. *Constitutio Alexandri in l. 4. C. d.t.* Præmium futuræ victoriæ,non posse obligari. *Constitutio eiusdem in l.5.cod.d.t.* Res, quæ non sunt in bonis nostris, non posse obligari. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Imp.in l. 6.cod.d.t.* Pro debito boues aratorios, & alia, quæ sunt necessaria ad agriculturam, obligari non posse. *Constitutio Constantini Imp. in l. 7. cod.d t.Et Constitutio Honorij & Theodosii in l.8. cod.d. t.* Rusticum,donec laborat, agrum non posse capi pro debito. *Constitutio Friderici Imperat.in Auth. Agricultores cod.d.t.* Qui potiores in pignore habeantur,*tit.18. lib.8.cod.& t.4.lib.20.Digestor.* puta. Rempub.missam ex causa iudicati præferri creditori, qui contraxerat cum defuncto in possessionem non misso. *Constitutio Constantini Imper.in l.3.codic.dict.tit.* Priuatum priore tempore, præferri Reipub. quæ est posterior tempore, imo ipsi Regi & Imperatori. *Constitutio eiusdem in l.4. cod.d.t.* Prædium emptum ex pecunia creditoris, si fuit ei specialiter obligatum, cæteris anteferri. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Imp.in l.7. cod. d.t.* Habens hypothecam,præfertur omnibus priuilegiis personalibus. *Constitutio eorundem in l.9.cod.d.t.* Fratrem vnum non posse obligare alterius fratris portionem,sed suam tantum. *Constitutio Antonini in l.vnic.cod.* si communis res pignori data sit,*t.21.lib.8.cod.* An pignus pignori dari possit. *Constitutio Gordiani Imp.in l.1. cod. si pignus pignori datum sit, tit. 24. libr.8.cod.* De remissione pignoris,*tit.26.lib. 6. codicis,* puta. Scientem & consentientem alienationi rei pignoratæ ius pignoris perdere. *Constitutio Gordiani Imperat. in l. 4. cod. d. t.* Inutilem

remissionem pignoris, ius pignoris non extinguere. *constitutio eiusdem in leg 5.Codic. dict. titul.* Qui reddit chirographum debitori, ius pignoris amittere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impper. in leg. septima, Codic. dict. titul.* Fisco distrahente pignora, scientibus creditoribus, ius suum creditores amittere. *constitutio eorundem in l. 8 Codic. d. titul* Debitorem contra consensum creditoris alienando, ius pignoris non dissoluere. *Constitutio eorundem in leg. 10. Codic. dict. titul.* De distractione pignorum, *titul. 28. lib. 8. Codicis*, puta. Fructus rei pignoratæ, extenuare sortem ipso iure. *constitutio Alexandri Imper. in l. 1. Codic. d. t.* Per venditionem pignoris non sufficientis ad debitum, non tolli actionem personalem contra eum vel fideiussores eius. *constitutio eiusdem in l. 3. Codic. dict titul.* Creditorem venditionem pignoris, quam facere intendit debitori, debere denunciare, & omnia bona fide gerere. *constitutio eiusdem in l. 4. Codic. d. titul.* Si debitor est paratus soluere residuum debiti, pignus non esse vendendum. *constitutio eiusdem in l. 5. Cod. dict. t.* Particularem solutionem debiti, pignus non dissoluere. *constitutio Gordiani Imp. in l. 6. Codic. dict. tit.* Oblationem debiti venditionem præcedentem impedire venditionem pignoris, sed sequentem oblationem non resoluere iam factam. *constitutio eiusdem in l. 8. Codic. dict. t.* An creditor possit vendere pignus sibi ipsi vel personæ à se interpositæ. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impper. in leg. 10. Codic. dict. titul.* Creditorem posse vendere pignus apud debitorem constitutum. *constitutio eorundem in l. 14. Codic. dict titul.* Rem emptam ex superfluo pignore vendito, effici emptoris. *constitutio eorundem in l. 20. Codic. dict. titul.* Protestationem debitoris non infringere ius creditoris, quin vendere non possit pignus. *constitutio Gordiani Imper. in leg. 2. Codic.* Debitorem venditionem pignoris impedire non posse, *tit. 29. lib. 8. Codicis.* Si vendito pignore agatur, *titul. 30.* Debitorem

rem vel eius hæredem pignus non iure distractum posse vendicare, nisi sit vsucaptum, & tunc agendum contra creditorem ad precium. *constitutio Alexandri Imper. in leg. secunda Codic. dict. tit.* De luitione pignoris, *titul. 31. libr. 8. Codicis* puta. Soluto debito vel alias satisfacto, posse creditorem pignoratitia conueniri. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 3. Codic. dict. tit.* Dato pignore, nec secuta numeratione, an creditor pignus reddere teneatur. *constitutio Seueri & Antonini & Alexandri in l. 1. & 2. Codic.* Si pignoris conuentionem numeratio secuta non sit, *titul. 33. libro octauo Codicis.* Quãdo & quomodo creditor dominium pignoris impetrare possit. *constitutio Alexandri & Iustiniani Impp. in leg. 1. & l. 3. Codic. de iure dominij impetrando.* De fideiussoribus & mandatoribus, *titul. 41. libro octauo Codic. & titul. primo, libro quadragesimo sexto Digestorum*, puta. Publicationem bonorum, fideiussorem non liberare. *constitutio Seueri & Antonini Impper. in l. 1. Codic. dict. tit.* Quoties plures singuli fideiubent, quemlibet in solidum videri fideiubere. *constitutio eorundem in l. 3. Codic. dict. tit.* Prius conueniendum esse principalem, si est præsens, demum eo discusso fideiussorem. *constitutio Iustiniani Imperat. in Authent. præsente, Codic. dict. titul.* Obligatione nouatã, fideiussores non esse obligatos, nisi ipsi denuo de nouo se obligauerint. *constitutio Antonini Imperat. in l. 4. Codic. dict. titul.* Subscribentem se vt testem, non dici fideiubere. *constitutio eiusdem in l. 6. Codic. dict. tit.* Filiumfamilias posse pro patre fideiubere. *constitutio Alexandri in l. 9. Cod. d. t.* Fideiussorem soluentem solidum, non agere contra fideiussorem, nisi actiones cessæ sint. *constitutio eiusdem in l. 11. Cod. d. t.* Non posse teneri mandatorem vltra quam principalis teneatur *constitutio Diocletiani & Maximiani Impper. in l. 22. Cod. dict. t.* Fideiussoris obligationem transire ad hæredem, fideiussorem vero debitori succedentem, non vt fi-

deiusso-

deiussorem, sed vt principalem conueniri posse. *Constitutio eorundem in l. 24. cod. d. t.* Pignoribus distractis & vsucaptis, nihilominus fideiussorem posse conueniri. *Constitutio eorundem in l. 25. cod. d. t.*

XII.

DE TVTELA ET *cura.*

De tutelis, & primo de testamentaria tutela, *tit. 28. lib. 5. cod. & tit. 2. lib. 26. Digest.* puta. Patrem dando posteriorem tutorem, nō intelligere remouere priorem. *Constitutio Seueri & Antonini in l. 1. cod. d. t.* Matrem non dare tutorem filio, nisi eum hæredem instituat, datum tamen cum inquisitione, eum à iudice confirmandum. *Constitutio Alexandri in l. 4. cod. d. t.* Tutorem recte datum, teneri etiam de negligentia. *Constitutio Diocletiani & Maximiani in l. 6. cod. d. t.* Tutorem saltem in testamento dari, non etiam curatorem. *Constitutio eorundem in l. 7. cod. d. t.* De legitima tutela, *tit. 30. lib. 5. cod. & t. 4. lib. 26. Digest.* puta. Tutelam legitimam deferri secundum ordinem successionis, vt sic proximior vocetur. *Constitutio Iustiniani Imperator. in Authen. Hodie. cod. d. t.* Fratrem emancipatum, esse legitimum tutorem alterius fratris in potestate constituti. *Constitutio Anastasii Imp. in l. 4. cod. d. t.* In legitima ætate non constitutum tutorem esse non posse, & à successione propter hanc causam non repelli. *Constitutio Iustiniani Imper. in l. 5. cod. d. t.* Qui petiuit tutores vel curatores, *t. 31. cod. lib. 5.* puta. Adulto curatorem ad litem, petente aduersario, dari debere. *Constitutio Antonini Imp. in l. 1. cod d. t.* Tutore mortuo, matrem pupilli debere petere alium dari. *Constitutio eiusdem in l. 3. cod. d. t.* Creditorem in subsidium petere debere tutorem dari pupillo debitoris sui. *Constitutio eiusdem in l. 4. cod. d. t.*

...tem debere tutores petere filiis suis, & inæqualiter administrant. *Constitutio Alexandri in l. d.d.t.* Volentem reddere rationes administrationis illo, debere prius petere, vt curator illi detur, cui reddatur ratio. *Constitutio Gordiani Imper. in l. 7. cod. d. t.* Negligente matre, posse agnatos pupilli tutores petere. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp in l. 10. cod. d. t.* Matrem debere petere tutorem filio naturali, sicut legitimo, alias ei non succedere. *Constitutio Zenonis Imper. in l. 11. cod. d. t.* Qui dare tutores vel curatores, & qui dari possunt, vel non, *tit. 34.* puta. Maritum non posse esse curatorem vxoris suæ. *Constitutio Alexandri Imp. in l. 1. cod. d. t.* Carentem visu, non posse esse curatorem. *Constitutio Philippi Imp. in l. 3. cod. d. t.* Creditorem vel debitorem minoris, non debere eius curam suscipere, & si suscipiat & taceat, creditorem actionem perdere, si debitor taceat solutione facta, non iuuari. *Constitutio Iustiniani Imp. in Authen. Minoris. cod. d. t.* In locum tutoris vel curatoris non posse alium nisi causa cognita surrogari. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Imp. in l. 10. cod. d. t.* Principis seu Imperatoris colonum, nec alium priuilegiatum debere dari tutorem. *Constitutio Honorij & Theodosii Imp. in l. vltim. cod. d. t.* Quando mulier tutelæ officio fungi possit, *tit. 35.* puta. Matrem & auiam renunciantes inter acta nuptiis & Velleiano, non extantibus testamentariis, præferri legitimis & datiuis. *Constitutio Iustiniani in Auth. Matri & Auia. cod. d. t.* Matris debitum non impedire eius tutelam, etiamsi sit naturalis tantum. *Constitutio eiusdem in Authen. Ad hæc. cod. d. t.* Etiam filiis naturalibus tantum matres posse esse tutrices, omnia faciendo, quæ in legitimis sunt cauta. *Constitutio Iustiniani Imp. in l. 3. cod. d. t.* De administratione tutorum vel curatorum, & pecunia pupillari fœneranda vel deponenda, *t. 37. lib 5. codicis*, puta: si redditus prædiorum sufficiunt pupillo vel adulto, administratorem eius non teneri pecuniam fœnerare. *Consti-*

Constantini Imp. in l.5. Cod. dict. tit. Non posse eundem esse aduocatum & iudicem eiusdem causæ, nec debere in contumeliam prorumpere, nisi expediat, nec litem protelare. *constitutio Valentiniani & Valentis in l.6. Cod. dict. tit.* Neminem posse esse aduocatum, nisi sit Christianus. *constitutio Leonis & Anthemij in l. vltim. Cod. dict. tit.* De aduocatis diuersorum iudiciorum, *tit. 7. lib. 2. Cod.* puta. Aduocatis nullum munus personale esse iniungendum. *constit. Theodosii & Valentiniani in l. 6. Cod. dict. tit.* Aduocatos militibus esse æquiparandos, quoniam per eos tanquam per milites vita & patrimonia hominum defenduntur. *constitutio Leonis & Anthemij in l.14. Cod. dict. tit.* Aduocatum transmittere salarium totius anni quo moritur ad hæredem. *constitutio Leonis Imper. in l.15. Cod dict. t.* De aduocatis diuersorum iudicum, *tit. 8. lib. 2. Codic.* puta. Neminem posse ad aduocationis officium assumi, nisi per quinquennium in iure studuerit. *constitutio Anastasii Imper. in l.5. Codic. dict. tit.* De procuratoribus, *tit. 13. libr. 2. Cod. & tit. 3. lib. 3. Digestorum*, puta. Mulierem non habere legitimam defensionem mariti. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l.4. Codic. dict. tit.* Accusatum de crimine, quousque processus pendet, alterius procuratorem esse non posse. *constitutio Antonini Imper. in l.6. Cod. dict. tit.* Militem non posse esse procuratorem alterius personæ etiam coniunctæ. *constitutio eiusdem in l. 7. Cod. dict. t.* Procuratorem ad litem constitutum, non posse ante litis contestationem alium substituere. *constitutio eiusdem in l. 8. Cod. dict. tit.* Tutorem & curatorem ante litis contestationem, ex sua persona non procuratorem, sed actorem constituere posse: secus esse in pupillo & adulto, qui cum autoritate curatoris hoc facere possunt. *constitutio eiusdem in l.11. Cod. dict. tit.* Pactum de quota litis, in procuratore improbari, eumque ab agendo repellere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.15. Cod. dict. tit.* Procuratorem vel actorem

ctorem sine speciali mandato non posse vendere rem in præiudicium Domini. *constitutio eorundem in l. 16. Cod. dict. tit.* Matrem non posse defendere filium pupillum in iudicio, ideoque debere [illegible]i tutorem petere. *constitutio eorundem in l. 18. Cod. dict. tit.* Maritum posse agere pro vxore, etiam sine mandato, dummodo caueat de rato. *constitutio Constantini Imper. in l. 21. C. d. t.* Procuratorem per litis contestationem fieri Dominum litis, ideoque sine causa non esse remouendum. *constitutio eiusdem in l. 22. Cod. dict. tit.* Non licere potentioribus, patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre, *tit. 14. libr. 2. Codicis*, puta. Recipientem patrocinium potentioris, ad terrorem aduersarii, causam amittere, & præstantem patrocinium arbitrio iudicis puniendum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 1. Cod. dict. tit.* Cedentem actionem suam potentiori, ratione officij perdere actionem, & cessionem non habere effectum. *constitutio Honorij & Theodosii in l. 2. Cod. d. t.* De iis qui potentiorum nomine titulos prędijs affigunt, vel eorum nomina in lite prætendunt, *t. 15. lib. 2. codicis*, puta. Titulos seu insignia potentiorum prædiis suis affigentem, vel eorum nomina in lite prætendētem, iure suo priuari & in metallum damnari, potentiorem vero infamari. *constitutio Arcadij & Honorij in l. vnic. Cod. dict. tit.* Ne fiscus vel Respub. procurationem alicui patrocinii causa in lite præstet, *tit. 18. lib. 2. C.* puta. Sub prætextu pecuniæ fisco debitæ, non debere fiscum patrocinium præstare. *constitut. Gordiani Imp. in l. 1. C. d. t.* Actionem litigiosam vel dubiam ex causa donationis Rempub. suscipere nō posse. *constitutio eiusdem in l. 2. C. d. t.* Remp. non debere debitorem suum iuuare contra alium prætextu debiti. *constitutio Diocletiani & Maximiani in l. 4. Cod. dict. tit.* Qui arbitri esse possunt vel non, *tit. 56. libr. 2. Codicis, & tit. 8. lib. 4. Digestorum.* De iureiurando propter calumniam dando, *tit. 59. libr. 2. C.* De iudiciis, *tit. 1. libr. 3. C. & tit. 1.*

lib. 5. Digest. Neminem in sua causa ius dicere vel iudicare posse. *Constitutio Valentiniani, Valentis & Gratiani in l. vnica cod.* Ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat. Pupillum in iudicio legitimam personam standi non habere. *Constitutio Gratiani Imper. in l. 1. C. Qui legitimam personam standi in iudicijs habeant, vel non.* Neminem inuitum agere vel accusare posse. *Constitutio Diocletiani Imp. in l. vnic. cod. d. t.* Causam criminalem ibi agendam esse, vel vbi crimen est commissum, vel causa est inchoata, vel vbi reus deprehenditur habere domicilium. *Constitutio Antonini Imp. in l. 1. cod. vbi de criminibus agi oportet. & Constitutio Iustiniani in Auth. qua in prouincia. cod. d. t.* De vi ibi agendum esse, vel vbi possessio vel vbi vis illata est. *Constitutio Valentis in l. vnica cod. vbi de possessione agi oporteat.* Fideicommissum ibi petendum esse, vbi est hæreditas. *Constitutio Seueri & Antonini Imp. in l. vnica. cod. vbi fideicommissum peti oporteat.* Qui certo loco pecuniam se soluturum promisit, si in eo loco non soluit, posse & in alio loco conueniri. *Constitutio Alexandri in l. vnica cod. vbi conueniatur, qui certo loco dare promisit.* De hæreditate ibi agendum, vel vbi res hæreditariæ sitæ sunt, vel vbi domicilium habet is qui conueniendus. *Constitutio Valeriani & Galieni in l. vnica cod. vbi de hæreditate agatur.* Senatores in ciuilibus causis possunt conueniri, vbi habent domicilium, vel maiorem partem bonorum, vel vbi conuersantur. *Constitutio Valentis, Valentiniani & Gratiani in l. 2 cod. vbi Senatores vel clarissimi ciuiliter vel criminaliter conueniantur.* Quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare, *tit. 27. libr. 3. cod. puta.* Nocturnum populatorem agrorum & aggressorem itinerum, permissum esse occidere propria authoritate. *Constitutio Valentiniani & Arcadij & Honorij in l. 1. cod. d. t.* Milites transeuntes ad hostes, posse à quolibet capi, & resistentes posse impune occidi. *Constitutio Arcadij & Theodosii in l. 2. cod. d. t.* De testibus,

tit.

tit.20.lib.4.cod.& tit.5.lib.22.Digest. puta. Domestica testimonia esse reiicienda. *Constitutio Valeriani & Galieni Impp.in l.2.cod.d.t.* Dictum testis sine causæ redditione non probare. *Constitutio Cari, Carini & Numeriani in l.3.cod.d.t.* Ascendentes & descendentes inuicem nec volentes, ad testimonium admittendos esse. *Const.Diocl.& Maximiani Imp.in l.5.C.d.t.* Neminem cogendũ esse contra se producere testes,&adiuuare aduersarium suum. *Constitutio eorundem in l. 6. cod.d.t.* Non iurato testi nullam adhibendam esse fidem. *Constitutio Constantini Imper.in l.9.cod.d.tit.* In re propria neminem posse esse testem idoneum. *Constitutio Valentis, Gratiani & Valentiniani Impp.in l.9.cod.d.t.* Testes debere esse liberos, nec socios & participes criminis. *Constitutio Honorij & Theodosii in l.10.cod.d.t.* Approbantem personam testis in vno actu, approbare eam quoque in omni alio simili, nisi noua repudiandi causa superueniat. *Constitutio Iustiniani Imp. in l.13.cod.d.t.* Testes etiam absentes posse cogi, vt testimonium ferant. *Constitutio eiusdem in l.15.cod.d.t.* De fide instrumentorum & amissione eorum, & de apochis & antapochis faciendis,& de iis, quæ sine scriptura fieri possunt, *tit.21.lib.4.cod.& t.4.lib.22.Digest.* puta. Probato debito per creditorem compellendum esse debitorem ad solutionem,non obstante instrumenti amissione. *Constitutio Antonini in l.1.cod. d. t.* Renunciantem vsui instrumenti suspecti,tacite videri fateri instrumentum falsum,nec posse iterato illud producere. *Constitutio Alexandri Imper.in l.3.cod.d.t.* Licet Dominus perdat instrumentum proprietatis, propter hoc tamen nihil accrescere vsufructuario. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l.8.C.d.t.* Ea quæ possunt celebrari sine instrumentorum confectione, non perdere vires ex instrumentorum amissione. *Constitutio eorundem in leg. decima.codice dict titul.* Plus valere quod agitur, quam quod simulato concipitur, *tit. vigesimo secundo,*

libro quarto Cod. puta. Veritatem præualere scripturæ & simulationi. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in leg. prima Codic. dict. tit.* Erroneam subscriptionem vitiare actum. *constitutio eorundem in leg. quinta Codic. dict. tit* De pœna iudicis, qui male iudicauerit, vel eius qui iudicem vel aduersarium corrumpere curauit, *titul. quadragesimo nono, libro septimo Codicis*, puta. Qui pecunia corrumpere iudcem vel aduersarium voluit, causam perdere. *constitutio Antonini in leg. prima Codic. dict. tit.* Iudicem in causa ciuili tripiici pœna puniri, in criminalibus omnibus bonis spoliandum atque in exilium mittendum esse. *constitutio Iustiniani Imp. in Authen. Nouo in iure, Cod. d. t.*

XI.

DE PIGNORIBVS ET HYpothecis, fideiussoribus & aliјs cautionibus.

DE pignoribus & aliis cautionibus, *titul. 21. libri 3. Decretalium*, puta. Si rector Ecclesiæ pro debito proprio rem Ecclesiæ obligauit, cogi eius hæredem rem redimere, & Ecclesię restituere. *constitutio Alexandri tertij in cap. 3. de pignoribus.* Si creditor vel is qui ab eo causam habet, tot fructus percepit ex pignore quo satisfactum sit sorti, debere illum pignus restituere debitori. *constitutio eiusdem Pontificis in cap. 6. de pignoribus.* De cautione vsufructuarii. *constitutio Gregorij 9. in cap. 8. de pignoribus.* De fideiussoribus, *tit. 22. lib. 3. Decretalium*, puta. Clericum fideiubentem ab ordine remouendum, *cap. 1. de fideiussoribus.* Compellendum clericum seruare fideiussorem indemnem per assignationem redituum suorum. *constitutio Lucij tertij in c. 2. de fideiussoribus.* Si sine licentia prælati & maioris partis capi-

capituli, religiosus fideiusserit, vel mutuum acceperit, non teneri Ecclesiam & ipsum recipientem puniri, nisi mutuum sit versum in vtilitatem Ecclesiæ. *constitutio Innocentij tertij in c. 4. de pignoribus.* De stipulatione, rem pupilli vel adolescentis saluam fore, *tit. 6. libro 46. Digestorum.* De stipulatione iudicatum solui, *titul. 7. eiusdem libri.* De stipulatione rem ratam haberi, & de ratihabitione, *titul 8. libro 86. Digestorum.* De pignoratitia actione, *titul 24. libro quarto Codic. & titul. 7. libro tertio Digestorum,* puta. Fructus & commoda rei pignoratæ, sortem extenuare ipso iure. *constitutio Alexandri Imper. in l. 1. Codic. dict. tit.* Fructus, qui debuerant percipi, extenuare sortem, sicut percepti. *constitutio eiusdem in l. 2. Cod. dict. tit.* Creditorem non teneri de casu fortuito pignoris. *constitutio eiusdem in l. 4. Cod. dict. tit.* Creditorem teneri de damno in pignore sua culpa dato tempore obligationis. *constitutio eiusdem in leg. 6. Codic. dict. tit.* Creditorem non posse hypothecam sine pacto vel iudicis decreto inuadere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 10. Cod. dict. tit.* De pignoribus & hypothecis, *tit. 14. lib. 8. Cod. & tit. 1. lib. 20. Digestorum,* puta. Debitorem non liberari, licet velit creditori pignus dimittere pro soluto. *constitutio Seueri & Antonini in l. 1. Codic. dict. tit.* Ex pacto concedi posse, quod creditor propria authoritate rei obligatæ possessionem accipiat. *constitutio eorundem in l. 3. C. d. tit.* Illud, quod creditor præstat pro re obligata, augere debitum. *constitutio Antonini Imper. in l. 6. Codic. dict. titul.* Condemnationem debitoris, vt soluat, non tollere ius pignoris. *constitutio Gordiani Imper. in l. 8. Codic. dict. titul.* Virum, succedentem vxori, res, quas vxor obligauerat, soluto debito recuperare. *constitutio eorundem in l. 12. Codic. dict. titul.* Si debitor vendit pignus, creditoris in potestate esse, vtrum debitorem an vero emptorem pignoris conuenire velit. *constitutio eorundem in leg. 14. Codic. dict. titul.* Debitorem testando vel

contrahendo non posse hypothecæ creditoris derogare. *Constitutio eorundem in l.15. cod. d. t.* Rem emptam alterius pecunia, non esse Domino pecuniæ obligatam. *Constitutio eorundem in l. 17. cod. d. t.* Creditorem non teneri de casu fortuito pignorum, sed de dolo & culpa. *Constitutio in l. 19. cod. d. t.* Extraneum luendo pignora, non acquirere dominium pignorum. *Constitutio eorundem in l. 21. cod. d. t.* Priusquam perueniatur ad extraneos pignorum possessores, prius excutiendos esse principales debitores & eorum fideiussores. *Constitutio Iustiniani Imp. in Auth. Hoc si. cod. d. t.* In quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur, *t. 15. lib. 8. cod. & tit. 2. lib. 20. Digest.* puta. Pro censibus & tributis esse obligata omnia bona debitoris. *Constitutio Antonini Imp. in l. 1. cod. d. t.* Bona contrahentium cum fisco, esse tacite obligata. *Constitutio eiusdem in l. 2. cod. d. t.* Pro pensione non esse tacite obligata bona, quæ non sunt in fundo, sed inuecta & illata, vt ibi sint. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 5. cod. d. t.* Si mater tutrix, secundo nubit, non reddita ratione, bona secundi viri esse tacite obligata pupillo, pro ipsa administratione reddenda. *Constitutio Theodosii & Valentiniani in l. 6. cod. d. t.* Si aliena res pignori data sit, *t. 16. lib. 8. cod.* puta. Procuratorem citra mandatum rem domini obligare non posse: tamen, si pecunia est in rem domini versa, posse pignus pro debito retineri. *Constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 1. cod. d. t.* Tutorem vel curatorem pro causa propria, pupilli vel adolescentis bona non posse obligare. *Constitutio Antonini Imp. in l. 3. cod. d. t.* Filium non posse obligare rem patris. *Constitutio Alexandri in l. 4. cod. d. t.* Hypothecam rei alienæ conualescere, si res non erat tempore obligationis in bonis, postea tamen de bonis fiat. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 5. cod. d. t.* Patrem non posse obligare rem, quam prius donauerat filio. *Constitutio eorundem in l. 6. cod. d. t.* Quæ res pignori obligari possunt,

vel

vel non, & qualiter pignus contrahatur, *tit.17.lib.8.cod. & t.3 lib.20.Digest.* puta. Obligato instrumento, intelligi obligatum ius in eo contractum. *Constitutio Seueri & Antonini Impp.in l.2.cod.d.t.* Nomen debitoris generaliter & specialiter obligari posse, & nisi soluat suo principali, posse soluere creditori creditoris sui, qui habet eum obligatum. *Constitutio Alexandri in l. 4. C. d.t.* Præmium futuræ victoriæ, non posse obligari. *Constitutio eiusdem in l.5.cod.d.t.* Res, quæ non sunt in bonis nostris, non posse obligari. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Imp.in l. 6.cod.d.t.* Pro debito boues aratorios, & alia, quæ sunt necessaria ad agriculturam, obligari non posse. *Constitutio Constantini Imp. in l. 7. cod.d t.Et Constitutio Honorij & Theodosii in l.8. cod.d. t.* Rusticum, donec laborat, agrum non posse capi pro debito. *Constitutio Friderici Imperat.in Auth. Agricultores cod.d.t.* Qui potiores in pignore habeantur, *tit.18. lib.8.cod.& t.4.lib.20.Digestor.* puta. Rempub. missam ex causa iudicati præferri creditori, qui contraxerat cum defuncto in possessionem non misso. *Constitutio Constantini Imper.in l.3.codic.dict.tit.* Priuatum priore tempore, præferri Reipub. quæ est posterior tempore, imo ipsi Regi & Imperatori. *Constitutio eiusdem in l.4. cod.d.t.* Prædium emptum ex pecunia creditoris, si fuit ei specialiter obligatum, cæteris anteferri. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Imp.in l.7. cod. d.t.* Habens hypothecam, præfertur omnibus priuilegiis personalibus. *Constitutio eorundem in l.9.cod.d.t.* Fratrem vnum non posse obligare alterius fratris portionem, sed suam tantum. *Constitutio Antonini in l.vnic.cod.* si communis res pignori data sit, *t.21.lib.8.cod.* An pignus pignori dari possit. *Constitutio Gordiani Imp.in l.1. cod. si pignus pignori datum sit, tit. 24. libr.8.cod.* De remissione pignoris, *tit.26.lib. 6. codicis,* puta. Scientem & consentientem alienationi rei pignoratæ ius pignoris perdere. *Constitutio Gordiani Imperat. in l. 4. cod. d. t.* Inutilem

remissionem pignoris, ius pignoris non extinguere. *constitutio eiusdem in leg 5. Codic. dict. titul.* Qui reddit chirographum debitori, ius pignoris amittere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impper. in leg. septima, Codic. dict. titul.* Fisco distrahente pignora, scientibus creditoribus, ius suum creditores amittere. *constitutio eorundem in l. 8 Codic. d. titul* Debitorem contra consensum creditoris alienando, ius pignoris non dissoluere. *Constitutio eorundem in leg. 10. Codic. dict. titul.* De distractione pignorum, *titul. 28. lib. 8. Codicis*, puta. Fructus rei pignoratæ, extenuare sortem ipso iure. *constitutio Alexandri Imper. in l. 1. Codic. d. t.* Per venditionem pignoris non sufficientis ad debitum, non tolli actionem personalem contra eum vel fideiussores eius. *constitutio eiusdem in l. 3. Codic. dict titul.* Creditorem venditionem pignoris, quam facere intendit debitori, debere denunciare, & omnia bona fide gerere. *constitutio eiusdem in l. 4. Codic. d. titul.* Si debitor est paratus soluere residuum debiti, pignus non esse vendendum. *constitutio eiusdem in l. 5. Cod. dict. t.* Particularem solutionem debiti, pignus non dissoluere. *constitutio Gordiani Imp. in l. 6. Codic. dict. tit.* Oblationem debiti venditionem præcedentem impedire venditionem pignoris, sed sequentem oblationem non resoluere iam factam. *constitutio eiusdem in l. 8. Codic. dict. t.* An creditor possit vendere pignus sibi ipsi vel personæ à se interpositæ. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impper. in leg. 10. Codic. dict. titul.* Creditorem posse vendere pignus apud debitorem constitutum. *constitutio eorundem in l. 14. Codic. dict titul.* Rem emptam ex superfluo pignore vendito, effici emptoris. *constitutio eorundem in l. 20. Codic. dict. titul.* Protestationem debitoris non infringere ius creditoris, quin vendere non possit pignus. *constitutio Gordiani Imper. in leg. 2. Codic.* Debitorem venditionem pignoris impedire non posse, *tit. 29. lib. 8. Codicis.* Si vendito pignore agatur, *titul. 30.* Debitorem

rem vel eius hæredem pignus non iure distractum posse vendicare, nisi sit vsucaptum, & tunc agendum contra creditorem ad precium. *constitutio Alexandri Imper. in leg. secunda Codic. dict. tit.* De luitione pignoris, *titul. 31. libr. 8. Codicis* puta. Soluto debito vel alias satisfacto, posse creditorem pignoratitia conueniri. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 3. Codic. dict. tit.* Dato pignore, nec secuta numeratione, an creditor pignus reddere teneatur. *constitutio Seueri & Antonini & Alexandri in l. 1. & 2. Codic.* Si pignoris conuentionem numeratio secuta non sit, *titul. 33. libro octauo Codicis.* Quãdo & quomodo creditor dominium pignoris impetrare possit. *constitutio Alexandri & Iustiniani Impp. in leg. 1. & l. 3. Codic. de iure dominij impetrando.* De fideiussoribus & mandatoribus, *titul. 41. libro octauo Codic. & titul. primo, libro quadragesimo sexto Digestorum,* puta. Publicationem bonorum, fideiussorem non liberare. *constitutio Seueri & Antonini Impper. in l. 1. Codic. dict. tit.* Quoties plures singuli fideiubent, quemlibet in solidum videri fideiubere. *constitutio eorundem in l. 3. Codic. dict. tit.* Prius conueniendum esse principalem, si est præsens, demum eo discusso fideiussorem. *constitutio Iustiniani Imperat. in Authent. præsente, Codic. dict. titul.* Obligatione nouatã, fideiussores non esse obligatos, nisi ipsi denuo de nouo se obligauerint. *constitutio Antonini Imperat. in l. 4. Codic. dict. titul.* Subscribentem se vt testem, non dici fideiubere. *constitutio eiusdem in l. 6. Codic. dict. tit.* Filiumfamilias posse pro patre fideiubere. *constitutio Alexandri in l. 9. Cod. d. t.* Fideiussorem soluentem solidum, non agere contra fideiussorem, nisi actiones cessæ sint. *constitutio eiusdem in l. 11. Cod. d. t.* Non posse teneri mandatorem vltra quam principalis teneatur *constitutio Diocletiani & Maximiani Impper. in l. 22. Cod. dict. t.* Fideiussoris obligationem transire ad hæredem, fideiussorem vero debitori succedentem, non vt fideiusso-

deiussorem, sed vt principalem conueniri posse. *Constitutio eorundem in l. 24. cod. d. t.* Pignoribus distractis & vsucaptis, nihilominus fideiussorem posse conueniri. *Constitutio eorundem in l. 25. cod. d. t.*

XII.

DE TVTELA ET *cura.*

DE tutelis, & primo de testamentaria tutela, *tit. 28. lib. 5. cod. & tit. 2. lib. 26. Digest.* puta. Patrem dando posteriorem tutorem, nõ intelligere remouere priorem. *Constitutio Seueri & Antonini in l. 1. cod. d. t.* Matrem non dare tutorem filio, nisi eum hæredem instituat, datum tamen cum inquisitione, eum à iudice confirmandum. *Constitutio Alexandri in l. 4. cod. d. t.* Tutorem recte datum, teneri etiam de negligentia. *Constitutio Diocletiani & Maximiani in l. 6. cod. d. t.* Tutorem saltem in testamento dari, non etiam curatorem. *Constitutio eorundem in l. 7. cod. d. t.* De legitima tutela, *tit. 30. lib. 5. cod. & t. 4. lib. 26. Digest.* puta. Tutelam legitimam deferri secundum ordinem successionis, vt sic proximior vocetur. *Constitutio Iustiniani Imperator. in Authen. Hodie, cod. d. t.* Fratrem emancipatum, esse legitimum tutorem alterius fratris in potestate constituti. *Constitutio Anastasii Imp. in l. 4. cod. d. t.* In legitima ætate non constitutum tutorem esse non posse, & à successione propter hanc causam non repelli. *Constitutio Iustiniani Imper. in l. 5. cod. d. t.* Qui petiuit tutores vel curatores, *t. 31. cod. lib. 5.* puta. Adulto curatorem ad litem, petente aduersario, dari debere. *Constitutio Antonini Imp. in l. 1. cod d. t.* Tutore mortuo, matrem pupilli debere petere alium dari. *Constitutio eiusdem in l. 3. cod. d. t.* Creditorem in subsidium petere debere tutorem dari pupillo debitoris sui. *Constitutio eiusdem in l. 4. cod. d. t.*

*d.t.*Matrem debere tutores petere filiis suis, & inuestigare qualiter administrant. *Constitutio Alexandri in l. 5.cod.d.t.* Volentem reddere rationes administrationis adulto,debere prius petere,vt curator illi detur,cui reddatur ratio. *Constitutio Gordiani Imper.in l.7.cod.d.t.* Negligente matre,posse agnatos pupilli tutores petere. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp in l.10.cod. d.t.*Matrem debere petere tutorem filio naturali, sicut legitimo,alias ei non succedere.*Constitutio Zenonis Imper.in l.11.cod.d.t.* Qui date tutores vel curatores, & qui dari possunt,vel non,*tit.34.*puta Maritum non posse esse curatorem vxoris suæ. *Constitutio Alexandri Imp. in l.1.cod.d.t.* Carentem visu,non posse esse curatorem. *Constitutio Philippi Imp.in l.3.cod.d.t.* Creditorem vel debitorem minoris,non debere eius curam suscipere,& si suscipiat & taceat, creditorem actionem perdere, si debitor taceat solutione facta,non iuuari. *Constitutio Iustiniani Imp.in Authen.Minoris.cod.d.t.*In locum tutoris vel curatoris non posse alium nisi causa cognita surrogari.*Constitutio Diocletiani & Maximiani Imp.in l.10.cod.d.t.*Principis seu Imperatoris colonum, nec alium priuilegiatum debere dari tutorem. *Constitutio Honorij & Theodosii Imp.in l.vltim. cod. d. t.* Quando mulier tutelæ officio fungi possit;*tit.35.* puta. Matrem & auiam renunciantes inter acta nuptiis & Velleiano, non extantibus testamentariis,præferri legitimis & datiuis.*Constitutio Iustiniani in Auth.Matri & Auia.cod. d.t.*Matris debitum non impedire eius tutelam, etiamsi sit naturalis tantum.*Constitutio eiusdem in Authen. Ad hæc.cod.d.t.*Etiam filiis naturalibus tantum matres posse esse tutrices, omnia faciendo,quæ in legitimis sunt cauta.*Constitutio Iustiniani Imp.in l.3.cod.d.t.* De administratione tutorum vel curatorum, & pecunia pupillari fœneranda vel deponenda,*t.37.lib 5.codicis*,puta: si redditus prædiorum sufficiunt pupillo vel adulto, administratorem eius non teneri pecuniam fœnerare. *Consti-*

Constitutio Iustiniani Imper. in Auth. nouissime. Codic. d. tit. Expensas legitimas in pupillum factas venire in rationes, licet per iudicem tunc non fuerint decretæ. *constitutio Antonini Imper. in l. 3. Cod d. t.* Tutores & curatores, qui iustam causam litigandi non habuerunt, licet alieno nomine egerint, proprio tamen nomine debere in expensis condemnari. *constitutio Alexandri Imp. in l. 6. C. dict. t.* Contra formam à testatore datam, non debere tutorem rem pupilli vendere. *constitutio eiusdem in l. 7. Cod. d. tit.* Tutorem in bona causa teneri appellare & causam prosequi. *constitutio Gordiani Imper. in leg. 11. Cod. dict. titul.* Durante administratione, curatorem non cogi rationes reddere. *constitutio Philippi & Philippi Impp. in l. 14. Cod. dict. tit.* Tutorem non habere iustam causam donandi, nisi ex causis à iure expressis. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 16. Codic. dict. titul.* Tutelæ officium non prohibere tutorem testari, nec sua donare. *constitutio eorundem in leg. 17. Codic. dict. tit.* Periculum nominum spectare ad tutorem. *constitutio eorundem in leg. 18. Codic. dict. tit.* Tutorem non implentem conditionem vtilem pupillo, teneri ad interesse. *constitutio Constantini Imper. in l. 21. Cod. dict. tit.* Bona pupillorum, quæ seruando seruari possunt, non esse alienanda, nisi causa necessitatis, præcedente inquisitione & causæ probatione, & subsecuta decreti interpositione. *constitutio eiusdem in l. 22. Cod. dict. tit.* Tutorem & curatorem quamprimum possunt, debere inuentarium cōficere de rebus & iuribus pupillorum, & mobilia quæ seruantur in tuto collocare, & ex pecuniis prædia idonea emere, aut sub vsuris eas collocare. *constitutio Arcadij & Honorij in l. 24. Codic. dict. t.* Debitorem pupilli soluentem tutori ex præcepto iudicis plenissimam consequi liberationem. *constitutio Iustiniani Imper. in l. 25. Cod. d. t.* Tutorem litem cœptam non posse deserere, aut si efficitur furiosus, alius ei adiungendus est. *constitutio eiusdem in l. 28. Cod. d. t.* De peri-

periculo tutorum & curatorum, *tit.38.lib.5.Codicis*, puta. Tutorem vnius prouinciæ, non teneri de facto tutoris alterius prouinciæ. *constitutio Alexandri Imper. in l.2.Cod.dict.t.* Tutorem, qui seruat non seruanda, teneri de periculo casus fortuiti. *constitutio Philippi Imper. in l. 3 Cod.d.t.* Tutorem seu curatorem, non teneri de casu fortuito. *constitutio eiusdem in l.4.Codic.dict.tit.* Quando ex facto tutoris vel curatoris, minores agere vel conueniri possint, *tit.39.* puta. Si pecunia mutuo sumpta per tutorem in vtilitatem pupilli est conuersa; in pupillum competere actionem. *constitutio Gordiani Imper. in l. 3. Cod.dict.tit.* Ne tutor vel curator vectigalia conducat, *tit.41. ex constitutione Antonini Imp.in l.vnic. Cod.dict. tit.* De tutore vel curatore, qui satis non dedit, *titul. 42. lib.5.Cod.* puta. Tutorem & curatorem non satis dantem, ab administratione sua remouendum esse, sine tamen infamiæ nota. *constitutio Valeriani & Galieni Impp.in l.1. & 2.Cod.dict.tit.* Gesta à tutore, qui non satis dedit, esse ipso iure nulla in præiudicium minoris. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.3. Cod. d.t.* De suspectis tutoribus & curatoribus, *t.43. lib. 5. C. & t.10.lib.26.Digestorum*, puta. Periculum curæ neglectæ, spectare ad curatores, & cessantes gerere fraude vel dolo posse remoueri. *constitutio Antonini Imp.in l. 2. C. d.t.* Pendente causa suspecti, tutori administrationem interdicendam esse. *constitutio Imp. Gordiani in l.7. C.d. t.* Tutorem remotum ob dolum esse infamem, non vero ob culpam. *constit. Diocletiani & Maximiani Impp. in l.9.C.d.t. Si mater indemnitatem promiserit, t.46.lib.5. Cod.* puta. Etiamsi mater petierit dari filio eius periculo tutorem, non tamen matrem propterea teneri, nisi hoc expressum fuerit iudicis decreto. *constitutio Alexandri Imp.in l.1.Cod.d.t.* Contra matris voluntatem, tutorem filio non esse dandum. *constitutio Seueri & Antonini Impp.in l.vn.Cod.Si tutor contra voluntatem matris datus sit, tit.47.* Vbi pupilli educari debeant, *tit.49.libr.5. Cod.*

cod. puta. Pupillum educari debere apud matrem, nisi ad secunda vota transierit. *Constitutio Alexandri in l. 1. cod. d. t* De alimentis pupillo præstandis, *t. 50. lib. 5. cod.* puta. Tutorem iudicis officio cogendum esse pupillo alimenta præstare, liceat pendeat quæstio de statu suo. *Constitutio Antonini Imp. in l. 1. cod. d. t.* Pupillum præsumi alimentatum à tutore, & non præsumi de nihilo vixisse, vel sine sumptibus studuisse. *Constitutio Alexandri Imp. in l. 2. cod. d. t.* De diuidenda tutela, & pro qua parte quisque conueniatur, *t. 52. lib. 5. cod.* De hæredibus tutorum vel curatorum, *t. 54 lib. 5. cod.* puta. Hæredes tutoris, non teneri ex leui culpa tutoris. *Constitutio Seueri & Antonini Imp. in l. 1. cod. d. t.* De non gesto à tutore, teneri eius hæredes. *Constitutio Antonini Imp. in l. 2. cod. d. t.* Hæredes tutoris teneri de eo, quod defunctus à se vel ab alio non exigit. *Constitutio eiusdem in l. 3. cod. d. t.* Hæredes teneri ad eos peruenta restituere, & de neglectis à defuncto rationem reddere. *Constitutio Alexandri Imper. in l. 4. cod. d. t.* De vsuris pupillaribus, *tit. 56. lib. 5. codicis,* puta. Tutorem pecuniam pupilli in suos vsus conuertentem, vsuras soluere debere. *Constitutio Antonini Imp. in l. 1. cod. d. t.* Tutorem teneri ad vsuras eius, quod à contutore debetur, vel pro contutore debet. *Constitutio Alexandri Imper. in l. 2. cod. d. t.* Non imputari tutori, si non potuit negociari cum pecunia pupillari, sed tenuit eam mortuam. *Constitutio eiusdem in l. 3. cod. d. t.* De fideiussoribus tutorum vel curatorum *t. 57. lib. 5. codicis,* puta. Pro ea parte quam tutor soluit, liberari fideiussorem. *Constitutio Alexandri Imp. in l 2. cod. d. t.* De authoritate præstanda, *tit. 59. libr. 5. codicis,* puta. Pupillum posse sibi stipulari sine tutore, sed non actionem remittere. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Imp. in l. 1. cod. dict. t.* Ementem à pupillo sine tutore non præscribere. *Constitutio eorundem in l. 3. cod. d. tit.* Minorem non posse esse in iudicio criminali, sine tutoris vel curatoris authoritate. *Constitutio Iustiniani*

Imp.

Imp.in l.4.Cod.dict.tit. De excusationibus tutorum & curatorum,& temporibus eorum,*tit.62.lib.5. Codic.& tit.1.lib.27.Digestorum*, puta. Spadonem non excusari à tutela.*constitutio Seueri & Antonini Imper.in l.1. Cod. dict.tit.* Colonum fisci non excusari à tutela,*l.8.Cod. dict.tit. ex constitutione Antonini Imperatoris.* Monoculum non excusari à tutela,vel cura. *constitutio eiusdem in l.9.Cod. d.t.* Exactorem tributorum, durante tempore exactionis,excusari à tutela vel cura. *constitutio eiusdem in l.10.Cod.dict.tit.* Propter litem maioris partis bonorum,quem excusari à tutela.*constitutio Philippi Imper.in l.16.Cod. dict. tit.* Inopiam pupilli non excusare à tutela. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l.15.Codic.dict.tit.* Debitum matris non excusare à tutela filij.*constitutio eorundem in l.19.Codic.dict. tit.* Communionem non excusare à tutela. *constitutio eorundem in l. 21. Cod. d.t.* Nauicularios excusari à tutela extraneorum, non eorum qui sunt de corpore suo. *constitutio Arcadij & Honorij in l.24.Cod. d.t.* Consiliarios Principis excusari à tutela. *constitutio Anastasii Imper.in l.25.Cod.dict.tit.* A tutela suscepta, debere tutorem petere se excusari,si sit absuturus Reipubl.causa, alias periculum spectare ad ipsum. *constitutio Gordiani Imp.in l.1.Cod.Si tutor vel curator Reipubl. causa abfuerit.* De excusationibus veteranorum, *libr.de excusationibus veteranorum, tit.65.* puta. Veteranos excusari à tutelis, præterquam filiorum veteranorum vel commilitonum suorum, & compelli vnam tantum suscipere.*constitutio Antonini Imper.in l.1. Cod. dict.tit.* Qui numero liberorum se excusant,*tit. 66.* puta. Tres liberos Romæ,in Italia 4. in prouinciis 5. à tutela excusare. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l.1.Codic. dict.tit.* Qui morbo se excusant,*tit. 67.* puta. Luminibus captum,aut surdum,aut mutum,aut furiosum, aut perpetua valetudine tantum à tutela excusari. *constitutio Seueri & Antonini Impp.in l.vn. C.d.t.* Septuagena-

rium excusari à tutela. *constitutio Philippi Imp. in l. vnic. Codic. qui ætate se excusant.* Tres tutelas non affectatas, excusare à quarta. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. vnic. Codic. qui numero tutelarum.* De curatore furiosi vel prodigi, *tit. 70. libro quinto Codicis*, puta. Post vicesimum quintum annum, dari curatorem furioso vel prodigo. *constitutio Antonini Imp. in l. 1. Codic. dict. titul.* Matrem non posse administrare res filii furiosi vel mente capti, nec filium obligare. *constitutio Diocletiani & Maximiani Imp. in l. 4. Cod. dict. tit.* Fratrem esse legitimum curatorem fratris furiosi vel mente capti. *constitutio Antonini & Anastasii Impp. in l. 5. Cod. dict. tit.* Furioso in patris potestate constituto, nō dari curatorem, sed eius patrem esse legitimum administratorem. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 7. Cod. dict. tit.* De prædiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis vel obligandis, *tit. 71. lib. 5. Cod.* puta. Prohibitionem alienationis rerum minoris sine decreto, non extendi ad alienationes necessarias. *constitutio Antonini Imper. in l. 1. Cod. dict. tit.* Patrem non posse alienare rem filij sine decreto. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in leg. 3. Cod. dict. tit.* Minorem fratrem non posse alienare in fratrem maiorem sine decreto rem prohibitam alienari. *constitutio eorundem in l. 3. Cod. dict. tit.* Decretum ex falsa causa interpositum, non tenere. *constitutio eorundem in l. 5. Cod. dict. t.* Non sufficere causam alienationis proponi coram iudice, sed esse necesse, vt apud acta probetur, & vt decretum interponatur. *constitutio Cari, Carini & Numeriani Impp. in l. 6. Cod. dict. tit.* Etiam propter nuptias non posse minorem alienare sua authoritate rem non alienandam. *constitutio Diocletiani & Maximiani Imperatorum, in leg. 8. Codic. dict. titul.* Minorem rem non rite alienatam vindicare, nec restituere precium, nisi quatenus recepisse probatur. *constitutio eorundem in l. 10 Codic. dict. titul.* Ob æs alienum & similem causam, posse alienari res minorum.

con-

constitutio eorundem in l.12. Cod.dict.tit. Non posse minorem soluere sine decreto aliud pro alio in iis, quæ non possunt alienari. *constitutio eorundem in l.15. Codic. dict.tit.* Propter debitum fiscale, posse res minoris interueniente decreto alienari. *constitutio Constantini in l 18. Codic.dict.tit.* Alienationem factam ex patris vel testatoris voluntate sine decreto, valere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impper.in leg 3.Codic.quando decreto opus non est.* Vestes detritæ & animalia superuacua, posse alienari sine decreto. *constitutio Constantini Imper. in leg.4. Codic. dict. titul.* Rem minoris alienatam sine decreto iudicis, vendicare minorem cum fructibus, nisi emptor fuerit bonæ fidei. *constitutio Gordiani Imper.in lib.secundo Codic.* si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparauerit. Minorem factum maiorem ratamque alienationem habentem, quæ infra dimidium iusti precij facta fuit, posse rem nihilominus vindicare, nisi sibi iustum precium suppleatur. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impper. in lib.primo Codic.* si maior factus alienationem sine decreto ratam habuerit, *tit.74.lib.5.C.* De magistratibus conueniendis, *t.75.lib.5.C.& t.8.lib.27.Digestorum*, puta Minores in subsidium, habere regressum contra magistratus, dantes eis tutorem vel curatorem & cōtra fideiussores, quos illi de indemnitate receperunt. *constitut. Antonini Imp.in l.1.C.d.t.* Magistratus si conueniuntur, & sunt soluendo, habere beneficium diuisionis. *constitutio Imper. Gordiani in leg.3.Cod.dict.tit.* Matrem etiam tutelæ rationibus obnoxiam esse. *constitutio Iustiniani Imp. in Nouell.155.*

XIII.
DE VSVRIS ET *fœnore.*

AN vsurarii pœnitentiam agere valeant, si non prius restituunt vsuras, *causa 14. quæstione sexta.*

De vſuris,*tit.19.libri quinti Decretalium,& titul. 5.lib. 5.Sexti Decretalium*,puta. Vſurarios manifeſtos ad ſepulturam non eſſe admittendos. *conſtitutio Alexandri 3.in cap.3.de vſuris.* Non licere inducere quem ad exercendum vſuras, etiam pro pio opere. *conſtitutio eiuſdem in cap.4.de vſuris.* Vſurarios qui ſunt ſoluendo,cogendos vſuras reſtituere, & facultatibus non extantibus,debere vendi poſſeſſiones ex pecunia fœnebri emptas, ad ſatisfaciendum illis,à quibus vſuras ſumpſerunt.*conſtitutio eiuſdem in cap.5. de vſuris.* Fructus rei pignoratæ,debere computari in ſortem, *conſtitutio eiuſdem in cap.8. de vſuris.* Hæredes vſurariorum,ſiue ſint ſui ſiue extranei, cogendos eſſe reſtituere vſuras, per defunctum extortas.*conſtitutio eiuſdem in c.9.de vſuris.* Mutuantem ea mente, vt vltra ſortem aliquid recipiat,teneri in foro animæ ad illud reſtituendum, ſi ex hoc aliquid conſecutus ſit. *conſtitutio Vrbani 3. in cap. 10. de vſuris.* Manifeſtum vſurarium appellantem ad ſubterfugiendum, ne cogatur rem reſtituere, audiendum non eſſe *conſtitutio Innocentij 3.in cap.11. de vſuris.* Non obſtante iuramento de non repetendis vſuris per debitorem præſtito,poſſe iudicem ex officio ſuo vſurarium ad reſtituendas vſuras compellere. *conſtitutio eiuſdem in c.13.de vſuris.* Non audiri vſurarium repetentem vſuras,niſi prius ipſe reſtituat vſuras, quas ab aliis extorſit.*conſtitutio eiuſdem in c.14.de vſuris.* Maritum recipientem pignus pro dote, non teneri fructus in ſortem computare.*conſtitutio eiuſdem in c.16.de vſuris.* Iudæos compellendos eſſe ad reſtituendas vſuras, extortas à Chriſtianis.*conſtitutio eiuſdem in cap. 18. de vſuris.* De vſuris,*tit.32.lib.4.Cod.& t.1.lib. 22.Digeſtorum*,puta. Emptorem ex die traditionis poſſeſſionis,teneri venditori ad vſuras precii non numerati. *conſtitutio Seueri & Antonini in l.2.Codic.dict. titul.* Vbi præcedit oblatio & ſequitur depoſitio, ceſſare vſuras. *conſtitutio Antonini Imper.in l.6.Cod.dict.tit.* Moram tutoris

ris

ris impedire cursum vsurarum venientium ex mora debitoris. *constitutio eiusdem in l. 9. Cod. dict. tit.* Pœnam insertam in contractu mutui, videri insertam esse loco vsurarum. *constitutio Imperatoris Gordiani in l. 15. Codic. dict. tit.* Mandatorem & fideiussorem, qui vltra legitimum modum vsurarum conueniuntur, esse ipso iure tutos, sicut reus est principalis. *constitutio Philippi Imper. in l. 20. Codic. dict. tit.* Matrem gerentem negocia filij teneri ad vsuras pecuniç, quam administrauit. *constitutio eiusdem in l. 24. Cod. dict. tit.* Debitorem tutum præscriptione in principali debito vel re principali, esse etiam tutum in vsuris & fructibus. *constitutio Iustiniani Imper. in l. 26. Cod. dict. tit.* De nautico fœnore, *tit. 33. lib. 4. Cod. & tit. 2. lib. 2. Digestorum.*

XIV.

DE IVRAMENTO.

AN sit periurus, qui iurat falsum, quod putat verum, *causa 22. quæst. 2.* De iuramento, *tit. 24. libr. 2. Decretalium, & t. 11. lib. 2. Decretalium,* puta. Relaxandum esse iuramẽtum, si eius implementum manifestam continet turpitudinem. *constitutio Gregorij 3. in c. 1. de iureiurando.* Non esse periurum, qui implementum iuramenti in melius commutat. *constitutio Gregorij in cap. 3. de iureiurando.* Iuramentum per metum extortum, si sine interitu salutis æternæ seruari potest, seruandum esse. *constitutio Alexandri 3. in cap. 8. de iureiurando.* Periurum esse, qui non necessitate, sed voluntate venit contra licitum iuramentum. *constitutio eiusdem Pontificis in cap. 10. de iureiurando.* Episcopos de periuriis grauius quam alios esse puniendos. *constitutio Vrbani 3. in cap. 12. de iureiurando.* A iuramento per metum extorto Ecclesiam solere absoluere, & eius transgressores vt peccantes mortaliter non puniri. *constitutio Cœlestini 3. Pontificis in cap. 15. de iureiurando.* Iurantem

ſcienter illicitum, non indigere abſolutione à iuramento, ſed teneri illud non obſeruare: ſi vero iurauit ignoranter, debere illud obſeruare, idem ſi iurauit licitum, quod putabit illicitum. *conſtitutio Innocentij tertij in capite decimo octauo, de iureiurando.* Non valere iuramentum præſtitum in præiudicium ſuperioris. *conſtitutio eiuſdem Pontificis in capite decimo nono, de iureiurando.* Iuramentum generale debere ita intelligi, ſi fieri poteſt, vt non obuiet iuri, alias tanquam temerarium non eſſe obligatorium. *conſtitutio eiuſdem Pontificis in capite vigeſimo primo de iureiurando.* Si iuramentum vni debitum, alteri præſtatur, illicitum eſſe, & eo non obſtante, cui debetur præſtandum eſſe. *conſtitutio eiuſdem in capite vigeſimo ſecundo de iureiurando.* Eum qui iurauit ſtare mandato alterius, non teneri parere ſi præcipit illicita. *conſtitutio eiuſdem in leg. vigeſima tertia de iureiurando.* Eum qui iurauit non eſſe contra aliquem, poſſe in cauſis propriis & Eccleſiæ ſuæ eſſe contra eum. *conſtitutio Honorij tertij in capite trigeſimo primo de iureiurando.* Mulierem iurantem aliquem eſſe maritum & ſuccumbentem, non eſſe prohibendam matrimonium cum alio contrahere, nec eidem licentia danda, ſed tota res conſcientiæ ſuæ danda. *conſtitutio Gregorij 9. in capite trigeſimo quarto de iureiurando.* Prælatos, Canonicos, Rectores & Officiales locorum, qui iurant ſtatuta & conſuetudines loci vel Eccleſiæ ſeruare, prætextu talis iuramenti non obligari ad illicita vel impoſſibilia. *conſtitutio Nicolai tertij de iureiurando in 6.* De iureiurando, *titulo 1. libri quarti Codicis. & titulo 2. libri 12. Digeſtorum*, puta. Cauſam iuramento deciſam non eſſe retractandam prætextu periurij. *conſtitutio Antonini Imperat. in l. 1. Codic. dict. titul.* Periurum à Deo puniri, nec teneri crimine læſæ Maieſtatis. *conſtitutio Alexandri Imp. in l. 2. Cod. dict. tit.* Iuramentum in deſertum probationis eſſe deferendum. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 3. Cod. dict. tit.* Pupil-

lum

lum tutori iuramentum deferre non posse. *constitutio eorundem in l.4.Cod.dict.tit.* Super causa status posse iusiurandum deferri.*constitutio eorundem in l.6.Codic.d.t.* Filium non posse deferre iuramentum in causa patris, nisi habeat mandatum, vel pater id ratificet. *constitutio eorundem in l.7.Cod.dict.tit.* Reum cui iuramentum defertur, teneri iurare aut referre aut soluere. *constitutio eorundem in l.9.Cod.dict.t.* Iuramentum delatum, posse reuocari, antequam sit iuratum vel pronunciatum, & reuocatum non posse iterato deferri.*constituti Iustiniani Imper.in l 11.Cod.dict.tit.* Causam vltimæ voluntatis falso iuramento decisam, retractandam, veritate reperta.*constitutio eiusdem in l.vlt.C.d.t.*

XV.

DE HÆRETICIS, IVDÆIS, *Manichæis, Samaritanis, Cœlicolis, Apostatis.*

AN hæretici suis & Ecclesiæ rebus sint expoliandi, & qui possidet ab hæretico ablata, an dicatur possidere aliena, *causa 23.quæst.7.* An lapsus in hæresin, possit alios officio priuare, *causa 24. quæstion. 1.* De Iudæis, Saracenis & eorum seruis, *titul. 6. libri quinti Decretalium*, puta. Iudæum, Christianum in seruum habere non posse. *constitutio Gregorij in c. 2.de Iudæis.* Christianos deferentes Saracenis merces prohibitas, vel in ipsorum nauibus nauigantes, excommunicandos, & effici capientium seruos.*constit. Alexandri tertij in c.6.de Iudæis*, Iudæos inuitos non esse baptizandos, nec ad hoc cogendos, nec sine iudicio puniendos, aut rebus suis spoliandos, vel in suis festiuitatibus molestãdos, nec ipsorum cœmiteria violanda, aut corpora eorum exhumanda.*constitutio Clementis 3.in c.9. de Iudæis.* Iudæos nutrices vel seruientes Christianos habere non debere, sub pœna excommunicationis. *constit.Innocen-*

nocentij 3. in c. 11. de Iudæis. Iudæos & Saracenos vtriusque sexus, debere in terris Christianorum vti habitu, per quem à Christianis discernuntur, & in die passionis dominicæ non debere in publicum progredi. *constitutio eiusdem in c. 15. de Iudæis.* Iudæos vel paganos publicis officiis præficiendos non esse. *constitutio Gregorij 9. in cap. 18. de Iudæis.* De hæreticis. *tit. 7. libr. 5. Decretalium, & tit. 2. lib. 5. Sexti Decretalium,* puta. Infideli non esse credendum in præiudicium alterius. *constitutio Stephani Pontificis in c. 1. de hæreticis.* Damnato authore, damnari & scripturas eius & libros. *constitutio Gregorij in c. 4. de hæreticis.* Qui negat Christum verum esse Deum & verum hominem, hæreticum esse & excommunicandum. *constitutio Alexandri tertij in c. 7. de hæreticis.* Hæreticos, receptatores & fautores eorum, in cœmiterio Ecclesiæ non esse sepeliendos, nec pro eis orandum. *constitutio Concilij Lateranensis, de quo in c. 8. de hæreticis.* Quibus pœnis affici debeant hæretici. *constitutio Lucij tertij in c. 9. de hæreticis.* Bona hæreticorum confiscanda, & in terris Ecclesiæ applicanda fisco Ecclesiæ: in terris vero Imperij fisco iudicis secularis, etiamsi hæreticus filios habeat catholicos. *constitutio Innocentij 3. in c. 10. de hæreticis.* Aduocatos vel notarios hæreticorum vel eorum defensorum, infames esse. *constitutio eiusdem in cap. 11. de hæreticis.* Laicos non debere prædicare, nec occulta conuenticula facere, nec sacerdotes reprehendere. *constitutio eiusdem in cap. 12. de hæreticis.* Damnatorum de hæresi bona si laici sunt, cõfiscari, si clerici sunt, applicari fisco. *constitutio eiusdem in cap. 13. de hæreticis. §. damnati.* Laicos cuiuscunque professionis sunt, prædicare non oportere. *constitutio Gregorij 9. in cap. 14. de hæreticis.* Liberari ab omni obligatione, qui hæreticis tenebantur obligati. *constitutio eiusdem in cap. vlt. de hæreticis.* Excommunicandum scienter sepelientem hæreticum, vel eorum receptatorem, defensorem & fautorem, nec absoluendum, nisi

exhumet eorum corpora.*constitutio Alexandri 4. in c. 2.de hæreticis.* Excommunicandos laicos publice vel occulte disputantes de fide, *ibidem in paragrapho, Inhibemus.* Excommunicatos participes & socios criminis admitti in testes contra hæreticos. *constitutio eiusdem in capite 5.de hæreticis in 6.* Post mortem posse quem declarari hæreticum eum in finem, vt bona confiscari possint.*constitutio eiusdem in capite octauo in versiculo, in eo vero casu.de hæreticis in 6.* Non valere statuta, per quæ inquisitoris hæreseos officium impeditur, vel retardatur.*constitutio Vrbani 4.in cap. 9.de hæreticis in 6.* Christianos ad Iudaismum transeuntes & redeuntes, hæreticos reputari. *constitutio Bonifacij 8. in capite 13.de hæreticis, in 6.* Bona hæreticorum ipso iure esse confiscata. *constitutio eiusdem in cap. 19. de hæreticis.* In causa hæresis procedi simpliciter & de plano, & dicta testium & accusatorum non publicari, si periculum timeatur.*constitut. eiusdem in c. 20.de hæreticis.* De libris Porphyrij, Nestorij, aliorumque hęreticorũ comburendis, & de iis, qui huiusmodi scripta habent vel legunt, vltimo supplicio afficiendis. *constitutio Theodosii & Valentiniani Impp. in l.3.C.de summa Trinitate & fide Catholica. De Iudæis.* Iudæos ad fidem conuersos, non esse molestandos in bonis, ne sint deterioris conditionis post baptismum quam essent antea.*const. Ioannus 22.de Iudæis lib.5.Extrauag.communium.* De hæreticis & Manichæis & Samaritis, *t.5.lib.1.Cod.*puta. Hæreticos omnia priuilegia amittere.*constitutio Imp. Constantini in l.1.C.de hæreticis.* Mulierem hæreticam priuilegium dotis & tacitæ hypothecæ, quo omnib. creditorib. præfertur, amittere.*const. Iustiniani Imp. in Auth. item priuilegium. Cod.de hæreticis.* Hæreticos non posse habere Episcopos, nec ministros creare.*constitut. Theodosii, Valentiniani & Gratiani in l.2.C.de hæreticis.* Hęreticis non esse loca concedenda, in quibus cõueniunt. *constitutio Arcadij & Honorij in l.3. C.de hæreticis.* Domino-

minorum temporalium terram, si non eiiciant hæreticos, Catholicis esse occupandam. *constitutio Friderici Imperat. in Authen. si vero. Codice de hæreticis.* Qua pœna afficiendi hæretici receptatores, defensores & fautores eorum. *constitutio Friderici in Authentica credentes. Codice de hæreticis.* Si in hæreticam personam alienentur prædia, in quibus sunt Ecclesiæ prædia, illa à fisco esse vindicanda. *constitutio Anastasii Imper. in leg. 10. Codic. de hæreticis.* Si liberorum aliqui sunt Orthodoxi, & aliqui non, ad Orthodoxos tantum deuolui successionem totam, donec non Orthodoxi ad fidem conuertantur. *constitutio Iustiniani in Authent. Idem est. Cod. de hæreticis.* Hæreticorum liberos ad parentum successionem non esse admittendos. *constitutio Iustiniani Imperat. in Authent. Gazaros. Codic. de hæreticis.* Hæreticos ad testimonium iudiciale non esse admittendos. *constitutio eiusdem in l. quoniam. Codic. de hæreticis.* Non ex militis testamento hæreticos capere posse. *constitutio eiusdem in l. vltimo Codic. de hæreticis.* De apostatis, *titul. 7. libri primi Codicis*, puta. Apostatæ bona esse publicanda. *constitutio Constantini in lib. 1. Codic. d. tit.* Apostatatus crimen posse accusari post mortem ad quinquennium vsque. *constitutio Gratiani, Valentiniani, & Theodosii in l. 2. Codic. de Apostatis.* Apostatas perdere omnia, etiam à iure communi concessa. *constitutio Theodosii, Valentiniani & Arcadij in l. 3. Codic. de Apostatis.* Persuadentem, vt quis fiat Apostata, capite puniendum. *constitutio Theodosii & Valentiniani Impp. in l. 5. Cod. de Apostat.* De Iudæis & Cælicolis, *tit. 12. lib. 1. Codicis*, puta. Collegio Iudæorum nihil legari posse. *constitutio Antonini Imper. in l. 1. Codic. d. t.* Iudæos irruentes in conuersum, esse concremandos. *constitutio Constantini in l. 3. Cod. dict. t.* Christianos cum Iudæis non posse matrimonium contrahere sub pœna capitis. *constitutio Valentiniani, Theodosii & Arcadij Impp. in l. 6. C. d. d. t.* Iudæos coram iudicibus Christianis debere liti-

litigare,& posse ex Christianis sumere arbitrum. *constitutio Arcadij & Honorij in l.8.C.d.t.* Iudæos celebrantes sua solennia, non debere aliquid agere in contemptum Christi vel Christianæ fidei. *constitutio Honorij & Theodosii in l.11.Codic.d.t.* Cęlicolas seu astra colentes tanquam hæreticos esse puniendos. *constitutio Honorij & Theodosii in l.12.Codic. dict.t.* Die Sabbati ac reliquis diebus,quo Iudæi cultus sui reuerentiam seruāt, Iudæos non conuenire,nec conueniri posse. *constitutio Honorij & Theodosii in l.13.Codic. dict. tit.* Nec Iudæos offendere,nec bona eorum inuadere cuiquam licere propria authoritate.*constitutio eorundem in leg. 14. Codic. dict.tit.* Iudæum siue actor sit siue reus,forum sequi Christianum.*constitutio eorundem in l.16. Cod. dict. tit.* Bona Iudæi circumcidentis Christianum, esse publicanda. *constitutio eorundem in l.16.Codic. dict. titul.* Iudæos ad nullos honores esse admittendos.*constitutio Theodosii & Valentiniani in l.vlt.Cod.dict.tit.*

XVI.

DE CONSVETVDINE.

QVod consuetudines inferentes grauamina Ecclesiæ sint iudicis officio tollendæ. *constitutio Gregorij Pontificis in leg. 1. de consuetudine,libro primo Decretalium titulo 5.* Quod consuetudine possit introduci, vt sine apprehensione reali transferatur possessio rei absentis. *constitutio Innocentij tertij in cap. 2. dicto titulo.* Non valere consuetudinem, vt in causis Ecclesiasticis populus sententiam dicat. *constitutio Innocentij tertij in cap.3.de consuetudine,libro 1.Decretalium titulo 5.* Quod capitulum sine Episcopo statuta seu consuetudines nouas facere,vel antiquas immutare non possit. *constitutio Honorij 3.Pontificis in cap. 9. dict.tit.* Non valere consuetudinem, per quam quis inducitur ad peccandum,vel bona propria dissipandum. *constitutio eiusdem in ca-*

in capite decimo eiusdem tituli. Consuetudinem non derogare iuri naturali seu diuino, cuius transgressio peccatum inducit, nec positiuo; nisi sit rationabilis & legitime præscripta. *constitutio Gregorij 9. in capite 11. dicto titulo.*

XVII.

DE HIS, QVÆ VI METVSVE *causa fiunt.*

DE his quæ vi metusue causa gesta fuerunt, *t. 40. lib. 1. Decretalium.* Si quis timore mortis religionem profitetur seu monasterium ingressus fuit, an postea exire & matrimonium contrahere possit. *constitutio Alexandri tertij in c. 1. de his quæ vi metusue causa fiunt, lib. 1. Decretalium tit. 40.* Is qui per metum amissionis patrimonii, beneficio suo renunciat, potest illud repetere. *constitutiones Alexandri 3. in c. 2. Clementis 3. Innocentij 3. in c. 2. 3. 4. d. t. de his quæ vi metusue causa fiunt.* De iis quæ vi metusue causa gesta sunt, *t. 20. lib. 2. Cod. & tit. 2. lib. 4. Digestorum,* puta. Spontaneam solutionem, metum in promittendo adhibitum, purgare. *constitutio Alexandri Imper. in l. 2. C. d. t.* Vendentem fundum propter metum, illum repetere posse, etiam à quolibet possessore. *constitutio Imp. Gordiani in l. 3. Cod. dict. tit.* Ex sola dignitate alicuius, non præsumi dolum vel metum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 6. Cod. d. t.* Metum mortis vel cruciatus corporis iustum inducere metum, ita vt omnia per talem metum contracta, rescindi possint. *constitutio eorundem in l. 7. Cod. d. t.* Ex solis minis non probari metum, nisi fuerit etiam deuentum ad actum. *constitutio eorundem in l. 9. Cod. d. t.* Extortum per potentiam infirmari. *constitutio Honorij & Theodosii in l. 12. Cod. d. t.*

DE

XVIII.

DE IVRE MILITARI.

AN militare peccatum sit, *causa 23. quæst. 1.* An iniuria sociorum armis sit propulsanda, *causa 23. quæst. 3.* An vindicta sit inferenda, *causa 23. quæst. 4.* An liceat clericis propria authoritate, an Pontificis vel Imperatoris præcepto arma mouere, *causa 23. quæst. 8.* De re militari. *titul. 6. libro quadragesimo nono Digestorum, & tit. 6. lib. 12. Codicis.*

XIX.

DE SOLVTIONIBVS, *acceptilationibus, aliisq; liberationibus.*

DE solutionibus, *tit. 23. libri 3. Decretalium,* puta. Successorem in beneficio teneri soluere debita prædecessoris, pro necessitate Ecclesiæ contracta. *constitutio Alexandri tertij in c. 1. de solutionibus.* Prælatum Ecclesiam obligantem pro alienis debitis esse suspensum ipso facto, & Ecclesiam non teneri. *constitutio Gregorij 9 in cap. 2. de solutionibus.* Clericum non habentem vnde satisfaciat creditoribus, non esse excommunicandum, nec molestandum, sed sufficere si præstet cautionem saltem iuratoriam de soluendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam. *constitutio eiusdem in capite tertio de solutionibus.* De solutionibus & liberationibus, *titulo 43. libri octaui Codicis, & titulo 3. libri 46. Digestorum,* puta. Siue soluatur creditori, siue alii eius mandato, liberari soluentem, licet instrumenta penes creditorem remaneant non incisa nec cancellata. *constitutio Gordiani Imper. in l. 4. Codicis dicto titul.* Non posse quem compellere alienum creditorem,

rem, vti sibi cedat actionem contra eius debitorem. *Constitutio eiusdem in libr. 7. Codicis dicto titulo.* Locum congruum offerendi, esse locum etiam soluen di: *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 9. Cod. dicto titulo.* Quod debetur vxori, non posse solui marito sine voluntate vxoris, etiamsi sit vxor minor viginti quinque annis. *constitutio eorundem in l. 11. Cod. dicto titulo.* Plus probare confessionem debiti recepti, quam instrumenti redditionem. *constitutio eorundem in l. 14. Codicis dicto titulo.* Chirographum redditum debitori sine voluntate creditoris, non liberare debitorem, & ex ipso instrumento, quod ipse debitor pro se producit, debitorem conuincendum & ad soluendum compellendum esse. *constitutio eorundem in l. 15. Codicis dicto titulo.* Ius pro re seu pecunia debita, inuito creditore, cedi non posse. *constitutio eorundem in l. 16. Codicis dicto titulo.* Aliud pro alio volenti creditori, solui posse. *constitutio eorundem in l. 17. Codicis dicto titulo.* Non referre vtrum instrumentũ sit inductum & cancellatum siue etiã non inductum & cancellatum, dum modo debitum sit solutum. *Constitutio eorundem in lib. 22. Cod. dicto titulo.* Si creditor scripsit, se recepisse debitum contemplatione literarum missarum ad eum qui soluere debebat, illo non soluente, integram manere debiti petitionem. *Constitutio eorundem in l. 24. Cod. dicto titulo.* Excipientem de solutione, debere solutionem probare. *constitutio eorundem in l. 25. Codicis dicto titulo.* De acceptilationibus, *titulo 44. lib. 8. Cod. & titulo 4. lib. 46. Digestorum*, puta. Liberatum per acceptilationem, errore postea facti vel iuris soluentem, id quod soluit repetere. *Constitutio Antonini Imperat. in l. 1. Codicis dicto titulo.* Acceptilationem factam ex causa donationis, omnem viam agendi perimere. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 2. Codicis dicto titulo.* Interueniente Aquiliana stipulatione & acceptilatione sequente, nisi creditor sit talis ætatis cui

testi-

restitutio indulgeatur, omnem agendi vim perimi. *constitutio eorundem in l. 3. Cod d. t.*

XX.

DE DONATIONIBVS.

DE donationibus, *titulo vigesimo quarto libri 3. Decretalium*, puta. Promittentes aliquid donare, illud tanquam debitum adimplere teneri. *constitutio Gregorij in titulo 24. de donationibus.* Non valere donationem, quam facit prælatus inconsulto capitulo, & in damnum Ecclesiæ. *constitutio Alexandri tertij, in cap. 2. de donationibus.* Ecclesiam non vacantem in beneficium concedi non posse, sed in proprietatem, de authoritate tamen Episcopi & sine præiudicio prælati. *constitutio eiusdem Pontificis in cap. 4. de donationibus.* Donationem quinquagesimæ vel centesimæ, quam facit Episcopus, cum graui Ecclesiæ suæ detrimento, posse legitime reuocari, nec etiam Episcopum posse vltra quinquagesimam vel centesimam conferre, etiam cessante læsione Ecclesiæ sine consensu superioris. *constitutio Innocentij tertij in cap. 9. de donationibus.* Donationem posse per donatorem non per hæredem eius ob ingratitudinem donatoris reuocari. *constitutio Gregorij 9. in cap. vltimo de donationibus.* De donationibus, *titulo 54. libri 8. Codicis, & titulo 5. libri 39. Digestorum.* puta, vbi donatur vel ceditur actio, non esse necessarium consensum debitoris, contra quem actio ceditur vel donatur. *constitutio Imperatoris Gordiani in l 2 Codicis dicto titul.* Si donatio per epistolam facta non apparet, in testamento tamen illa confirmata est, donationem valere, *constitutio Cari, Carini & Numeriani Impp. in leg. 5. Codicis dicto titulo* Donationem posse fieri etiam inter absentes. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in libr. 6. Codic. dict. titul.* Vt pactum donationis impleatur ex stipulatione vel præscri-

ptis

ptis verbis agendum. *constitutio eorundem in l.9. Codicis, dicto titulo.* Donationem factam filio, in potestate esse potius quandam donandi destinationem, quam perfectam donationem. *constitutio eorundem in l.11. Codicis, dicto titul.* Filium donantem sponsæ rem matris, non præiudicare patri. *constitutio eorundem in l. 14. Codicis, dicto titulo.* Debilitatem corporis ratione ætatis senio confectæ, donationem non vitiare. *constitutio eorundem in lib.16. Codicis dicto titulo.* Patrem donantem res filij, non præiudicare filiis non succedentibus. *constitutio eorundem in l.24. Codicis, dicto titulo.* Infanti emancipato posse patrem donare, adhibito pro infante aliquo, qui pro ipso recipiat donationem. *constitutio Constantini Imper. in l.26. Codic. dict. tit.* Non solum inter extraneos, sed etiam inter coniunctas personas insinuationem donationis, excedentem legitimam summam necessariam esse. *constitutio eiusdem in leg. 27. Codic. dict. tit.* Etiam in personas extraneas & ignotas, valere collatam donationem. *constitutio Theodosii & Valentiniani Impp. in l.29. Codicis, dicto titulo.* Insinuationem factam coram iudice incompetenti non valere, nec acta nec testimonia super ipsa. *constitutio Antonini Imp. in l.32. Cod. d. t.* Ad quam summam donationes absque insinuatione valeant. *constitutio Iustiniani Imp. in l.34. Codic. dict. tit.* An diuersæ donationes sint cumulandæ, vt insinuatio locum habeat. *constitutio eiusdem in dict. lege, vers. Si quis autem per diuersa tempora.* Valere donationem totius substantiæ. *constitutio Iustiniani Imper. in l 35. vers. sed si quis, d.t.* Quamlibet donationem valere sine insinuatione, vsque ad quingentos aureos. *constitutio eiusdem in l.36. Cod. d.t.* De donationibus, quæ sub modo vel conditione vel certo tempore conficiuntur, *t. 55. lib. 8. Codicis*, puta. Si donatarius non præstat alimenta donatori, quæ ex pacto præstare tenetur, donationem reuocari, & posse donantem rem suam vendicare. *constitutio Valentis Imper. in l. 1. Codic. d.t.*

d.t. Si donatur alicui ad vitam suam, post mortem eius rem redire ad donatorem. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.2. Cod. d. t.* Perfectam donationem voluntate vnius mutari non posse. *Constitutio eorundem in l. 4. Cod. d. t.* De reuocandis donationibus, *tit.56.lib.8.Codicis*, puta. Donatorem rem donatam & traditam vni, non posse donare alteri. *Constitutio Cari, Carini & Numeriani Impp. in l.3. Cod.d.t.* Profitentem se in fraudem alterius rem donasse, illam non reuocare. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.4. Cod. d. t.* Donationem perfectam per matrem vni ex filiis factam, marito & aliis filiis absentibus valere, nec propter absentiam eorum rescindi. *Constitutio eorundem in l.6. Cod. d. t.* Matrem quæ donauit filio ingrato, posse reuocare donationem, nisi post mortem mariti viuat inhoneste vel nubat secundo, filio vero alienante ante ingratitudinem rem donatam in aliũ, matrem rem ob ingratitudinem à tertio vindicare non posse. *Const. Constantini Imp. in l.7. Cod. d.t.* Donationem non reuocari ob ingratitudinẽ, nisi ex causis ingratitudinis lege contentis & enumeratis. *Constitutio Theodosii Imper. in l. 9. Cod. d. t.* Quibus ex causis donatio reuocari possit. *Constitutio Iustiniani Imper. in l.10. Cod. d.t.* De donationibus causa mortis, *tit.57. lib.8.Cod. & tit.6. lib.39. Digestorum*, puta. Matrem licet ex primo matrimonio habeat liberos, dotem suam recuperare & alii nubere posse, sed si facit extraneum hanc dotem stipulari animo donandi causa mortis, ea mortua donationem reuocari, vsque ad debitum bonorum subsidium, nisi in residuo patrimonio inueniatur debitum bonorum subsidium. *Constitutio Gordiani Imper. in l 2. Cod. d. tit.* Donationem causa mortis æquiparari legatis, & non requirere insinuationem, tamen requiri quinque testes excepta donatione, quæ fit inter liberos, in qua duo sufficiunt. *Constitutio Iustiniani Imper. in l.4. Cod. d.t.*

XXI.

DE SEPVLTVRIS ET VIOLAtoribus sepulchrorum.

DE sepulturis, *tit. 28. lib. 3. Decretalium & tit. 12. lib. 3. Sexti Decretalium*, puta. Si quis in ægritudine offert se & sua monasterio, Ecclesiam parochialem habere inde nihilominus suam portionem, secus si in sanitate hoc fecerit. *constitutio Alexandri 3. in cap. 4. de sepulturis.* Mulierem nuptam, libere sibi posse eligere sepulturam. *constitutio Lucij 3. in c. 7. de sepulturis.* Priuilegiatos super iure funerandi, sepelire posse illos, qui apud eos eligunt sepulturam: soluendo tamen canonicam portionem Ecclesiæ parochianæ; *constitutio Innocentij 8. in cap. 10. de sepulturis.* Casualiter mortuum, non debere priuari Ecclesiastica sepultura. *constitutio eiusdem Pontificis in cap. 11. de sepulturis.* Terram cœmeterialem, pro sepultura fodienda, vendi non debere. *constitutio Innocentij 3. in c. 3. de sepulturis.* Corpora defunctorum exenterantes, & ea immaniter decoquentes, vt ossa à carnibus separata ferant sepelienda, ipso facto esse excommunicatos. *constitutio Bonifacij 8. in c. 1. de sepulturis. lib. 2. Extrauag. communium.* Edictum Prætoris de mortuis, quo is qui hominem mortuum, ossaue hominis mortui in locum purum alterius, aut in sepulchrum in quo ius non fuerit, intulit, in factum actione tenetur, vt vel cadauer auferat, vel precium loci soluat, & pœna pecuniaria subiiciatur, *l. 2. parag. 2. Digestor. de religiosis & sumptibus funerum, lib. 11. tit. 7.* De sumptibus funerum quo edicto is qui corpus mortuum funerauit, id quod impendit in funus persequi potest, ne corpora insepulta iaceãt, *l. 12. parag. 2. Digestor. eod. tit.* De mortuo inferendo, quo vis fieri prohibetur illi, qui ius inferendi mortuum in locum suum

vel

vel alienum habet, *libro primo Digestorum de mortuo inferendo & sepulchro ædificando. libro 11. titulo 8.* De sepulchro ędificando, quo vis similiter fieri, phibetur illi, qui ius inferendi mortuum habet, quo minus ibidem sepulchrum ædificet, *l. 1. parag. 5. Digest. d. tit.* De religiosis & sumptibus funerum, *tit. 44. lib. 3. Codic. & tit. 7. lib. 11. Digestorum*, puta. Corpus humanum sepultum in vno loco, posse in alium locum transferri, subsistente iusta causa, & interueniente superioris authoritate. *constitutio Antonini Impp. in l 1. Codic. d. tit.* Locum in quo sepelitur corpus humanum de voluntate Domini effici religiosum & sic desinere esse in commercio, vt non possit vendi nec obligari, quia in nullius bonis est; secus si contradicente Domino sepultum fuisset. *constitutio eiusdem in l. 2. Cod. d. tit.* Non est prohibitum ornare sepulchrum. *constitutio Gordiani Imper. in l. 7. Cod. d. t.* Sepulchrum familiare, non pertinere ad affines seu proximos cognatos non hæredes institutos. *constitutio Philippi Imper. in l. 8. Cod. d. t.* Corpus nondum perpetuæ sepulturæ traditum, posse alio transferri. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 10. Cod. d. t.* Reum criminis, non esse prohibendum sepeliri, *Constitutio eorundem in l. 11. Cod. d. t.* Mortuorum corpora non esse in ciuitatibus sepelienda. *Constitutio eorundem in l. 12. Cod. d. t.* De sepulchro violato, *tit. 19. lib. 9. Codicis.* puta. Contrectantem res religiosas, teneri crimine læsæ religionis, nec excusari. *constitutio Gordiani Imper in l. 1. Cod. d. t.* Iudicem negligentem punire violatorem sepulchri, condemnandum in viginti libris auri. *Constitutio Constantini Imper. in l. 3. Cod. d. t.* Quæ sit pœna violantis sepulchrum vel cadauer. *constitutio eiusdem in l. 4. Cod. d. t.* Ratione debiti sepulturam defunctorum non esse impediendam. *Constitutio Iustiniani Imp. in l. 6. Cod. d. t.* Et contrafacientis quæ sit pœna. *constitutio eiusdem Iustiniani in Authen. item qui Dominum. C. d. t.*

XXII.

DE DECIMIS, PRIMITIIS & oblationibus.

DE decimis,primitiis & oblationibus,*t.30.lib. tertio Decretalium,& titul.13.libro tertio Sexti Decretalium*,puta. Compositionem super decimis, non tolli per priuilegium sequens, si de illa mentionem non facit.*constitutio Hadriani in capite tertio de decimis.* Decimas fructuum,statim cum collecti sunt,solui debere, non deductis expensis.*constitutio Alexandri 3.in capite septimo de decimis.*Priuilegiatos super decimis non soluendis de iis prædiis,quæ ab aliis conducunt,decimam soluere teneri.*constitutio eiusdem in capite octauo de decimis.*Priuilegium super decimis laborum, non extendi ad terras,quæ alii traduntur excolendæ. *constitutio eiusdem in capite undecimo de decimis.* Decimas laico iure hæreditario,concedi non posse. *constitutio eiusdem in cap.15.de decimis.* Non posse laicum transferre decimas in alium laicum, etiamsi cum titulo illam possideat.*constitutio concilij Lateranensis, in cap. 19. de decimis.* De omni fructu prædii, soluendas esse decimas. *constitutio Clementis 3 in cap. 21. de decimis.* Decimas prædiales soluendas esse,expensis non deductis. *constitutio Cœlestini 3.in cap.22.de decimis.* De reditibus molendini ad ventum soluendas esse decimas. *constitutio Cœlestini 3.in cap.23. de decimis.* Locatores & conductores possessionum,teneri ad decimas,nisi se immunes ostendant. *constitutio Innocentij 3.in capit. 24. de decimis.* Imperialem concessionem sub quacunque forma datam,à solutione decimarum,neminem eximere posse. *constitutio eiusdem in cap. 25. de decimis.* Sine deductione seminis & sumptuum, debere dominos & colonos decimam soluere, & non cui voluerunt Ecclesiæ vel pauperibus, sed Ecclesiæ cui debentur,nec ab hoc

excusari propter malitiam clericorum. *constitutio eiusdem in cap. 26. de decimis.* Negociatorem de lucro decimam soluere debere, deductis expensis quas facit de pecunia decimata. *constitutio eiusdem in capite 28. de decimis.* Laicos Ecclesias vel decimas donare non posse, etiamsi sint reges, nec ex eorum titulo datur causa præscribendi. *constitutio eiusdem in cap. 31. de decimis.* Dominos prædiorum cogi posse, vt prædia dent colenda talibus, à quibus sine contradictione Ecclesia potest decimas consequi. *constitutio Innocentij 3. in concilio Lateranensi, de qua in cap. 32. de decimis.* Clericos decimas detentas à laicis ad alienas Ecclesias pertinentes, in pignus recipere non debere. *constitutio Gregorii 9. in cap. vlt. de decimis.*

XXIII.

DE CENSIBVS ET EXACTIONIBUS, *vectigalibus & commissis.*

DE censibus & exactionibus, *tit. 29. libr. 3. Decretalium, & tit. 20. lib. 3. Sexti Decretalium*, puta. Cæcum & pauperem ad collectas non teneri. *Constitutio Gregorii in c. 4. de censibus.* Petentem censum, debere rationem exprimere, ad quid & quando persolui debeat. *Constitutio Paschalis 2. in c. 5. de censibus.* Quot equos prælati visitantes secum ducere debent, & quod venationibus & sumptuosis epulis abstinere debeant. *Constitutio concilii Lateranensis in c. 6. de censibus.* Nouum censum Ecclesiis imponi non posse, nec antiquum augeri. *Constitutio eiusdem concilii, de quo in c. 7. d. tit.* Prælatum seu Rectorem Ecclesiæ, nō posse, præsertim post mortem, Ecclesiam suam propria authoritate constituere censualem. *Constitutio Alexandri 3. in c. 8. de censib.* Recipientem iuramentum de nouo censu imposito Ecclesiæ persoluendo, compelli iurantem absol-

uere. *constitutio Lucij 3. in capite decimo tertio de censibus.* Patronos etiam clericos, nouum censum Ecclesiæ imponere non posse, nec veterem augere, & si super hoc iuramenta vel cautiones exegerunt, cogi absoluere. *constitutio Clementis 3. in capite decimo quinto de censibus.* Soluendos esse census in moneta antiqua, in qua instituti fuerunt, nisi sit in alterius moneta præscriptum. *constitutio Innocentij 3. in cap. 20. de censibus, & constitutio Gregorij 9. in capite vicesimo sexto eiusdem tituli.* Res & personas Ecclesiasticas à solutione pedagiorum, & aliis exactionibus, immunes esse debere. *constitutio Bonifacii 8. in capite quarto de censibus in 6.* De vectigalibus & commissis, *titul. 61. libro quarto Codicis.* Pro rebus quæ portantur ad fiscum, vel proprij vsus causa vel gratia iuris exercendi vectigal, non esse soluendum. *constitutio Constantini in libro quinto Codicis, dicto titulo.* Legatos pro rebus quas portant non sui vsus gratia ad locum ad quem vadunt, soluere debere vectigal, non pro iis, quas portant de loco, vnde reuertuntur. *constitutio Valentis, Gratiani & Theodosii Imperatorum, in libro octauo Codic. dicto titulo.* Rescripta contra conuentiones & statuta vectigalium, non valere. *constitutio Honorii & Theodosii Impperat. in libro duodecimo Codic. dict. titul.* Vectigalia noua instituі non posse, *titul. 62. Codicis, libro quarto*, puta. Decretis ciuitatum vectigalia noua non esse instituenda. *constitutio Seueri & Antonini Impperat. in libro secundo Codic. dicto titulo.* Vectigal illicitum non esse exigendum, & exactum esse restituendum. *constitutio Valentiniani & Galieni Impper. in libro tertio Codic. dict. titul.* Vectigal non esse exigendum, vltra antiquam consuetudinem, vel vltra statutum à principe sub pœna perpetui exilij. *constitutio Constantini Imp. in l. 4. Codic. dict. tit.*

DE

XXIV.

DE PROFESSORIBVS, MAGISTRIS *& literarum studiosis eorumque priuilegiis.*

DE Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi, *titul.5.lib.5.Decretalium*, puta. Pro licentia docendi nihil exigi debere vel promitti, & exactum restitui, & promissum remitti debere. *constitutio Alexandri 3. in cap. 2. de Magistris, &c.* etiamsi consuetudo aliquid requirat. *constitutio eiusdem in cap. 3. dict. tit.* De priuilegiis studiosorum, maxime professorum iuris, quod coram nullo alio iudice, quam domino vel magistro suo, vel Episcopo ciuitatis conueniri possint: secus qui faciunt, & illos iniuria vel damno afficiunt, pœnam esse quadruplum cum infamia. *constitutio Friderici Imper. in Authen. habita. Codic.* Ne filius pro patre. *lib. 4. Codic. tit. 13.* Studiosos qui vno in loco per decem annos morantur, ibi domicilium nancisci. *constitutio Alexandri Imper. in l. 2. Cod. lib. 10. tit. 39.* De professoribus & Medicis, *tit. 52. lib. 10. Cod.* puta. Medicos Reipub. causa absentes, vel qui in numero Medicorum ordinariorum sunt, vacationem à muneribus publicis habere. *constitutio Antonini Imper. in l. 1. Cod. dict. tit.* Grammaticos & oratores decreto ordinis probatos, si se non vtiles studentibus præbent, denuo ab eodem ordine reprobari posse. *constitutio Gordiani Imp. in l. 2. C. d. t.* Poetas nulla immunitatis prærogatiua iudicari. *cōstitutio Philippi Imp. in l. 3. Cod. dict. t.* Medicos, Grammaticos & professores alios literarum & doctores legum, vna cum vxoribus & filiis, nec non & rebus quas in ciuitatibus suis possident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus ciuilibus vel publicis immunes esse, nec hospites recipere, nec vllo fungi officio debere,

nec ad iudicium deducendos, nec eximendos, nec exhibendos, nec iniuria aliqua afficiendos, nec vllo modo vexandos, salaria illis reddenda, quo facilius liberalibus studiis multos instituant. *constitutio Constantini Imper. in l. 6. Codic. dict. tit.* Quomodo magistri studiorum & Doctores, ad docendi munus accedere debeant, *constitutio Iustiniani Imp. in l. 7. Cod. d. t.*

XXV.

DE NOVI OPERIS *nunciatione.*

DE noui operis nunciatione, *titul. 32. lib. 5. Decretalium*, puta. Etiam Ecclesiam ædificatam post nunciationem noui operis, destruendam esse expensis construentis. *constitutio Lucij 3. in cap. 1. & constitutio Innocentij 3. in cap. 2. de noui operis nunciatione.* In optione esse nunciantis nouum opus, an intra tres menses de præiudicio suo debeat ostendere, & interim cessetur ab opere, an vero recepta cautione de opere demoliendo statim ædificare permittat. *constitutio Honorij tertij, in cap. 3. & constitutio Gregorij in cap. 4. dict. tit.* De ædificantibus cum damno & iniuria alterius contra prohibitionem, & de ædificatoribus satisdare paratis, si neque iusta causa ab aliquo ædificare prohibitis, *tit. 1. lib. 39. Digestorum. De operis noui nunciatione, & libr. 8. Codic. dict. tit,* puta. Si nunciator noui operis sit paratus, statim de iure suo docere, debere audiri & de causa cognosci, & intra tres menses terminari, quibus peractis, audiendum ædificatorem offerentem satisdationem de opere demoliendo. *constitutio Zenonis in leg. vnica, Cod. dict. tit.*

DE

XXVI.

DE PRIVILEGIIS.

DE priuilegiis & exceſſibus priuilegiatorum, *titul. 33. libro quinto Decretalium, & titul. 7. libro quinto Sexti Decretalium*, puta. Non obſtante priuilegio fori, poſſe laicum Eccleſiæ malefactorem per Eccleſiam puniri. *conſtitutio Gregorij in cap. 2. de priuilegiis.* Suis priuilegiis priuandum eſſe, qui alienis derogat. *conſtitutio Alexandri 3. in capite quarto de priuilegiis.* De priuilegiis non eſſe iudicandum, niſi eorum tenore inſpecto. *conſtitutio eiuſdem in capite ſeptimo de priuilegiis.* Priuilegium vni conceſſum non poſſe ad alium extendi, ſi certa ratione ſingulari datum fuit. *conſtitutio eiuſdem in capite 9. de priuilegiis.* Contenta in inſtrumento vel priuilegio perdito, poſſe probari per teſtes, qui illud perlegerunt, ſi deponunt de tenore. *conſtitutio Innocentij 3. in cap. 12. de priuilegiis.* Contra priuilegia Eccleſiæ minori ſpacio quadraginta annorum non præſcribi. *conſtitutio Innocentij 3. in cap 15. de priuilegiis.* Epiſcopum remittentem alicui Eccleſiæ decimas, indiſtincte remiſiſſe videtur non ſolum præteritas, ſed & futuras. *conſtitutio eiuſdem in capite vigeſimo ſecundo de priuilegiis.* Priuilegium de decimis noualium non ſoluendis, non comprehendere decimas tempore priuilegii impetrati poſſeſſas ab aliis, niſi de poſſeſſione alterius in priuilegio fiat mentio. *conſtitutio Gregorij 9. in capite trigeſimo primo de priuilegiis.* Exemptos vel priuilegiatos, vt non teneantur, niſi ſub certo iudice reſpondere, ratione delicti contractus aut rei, ſi hæc ſint irrita vel ſita in loco non exempto, conueniri coram ordinario. *conſtitutio Innocentii 4. in c. 1. de priuilegiis in 6.*

XXVII.

DE PVRGATIONIBVS A criminibus.

DE purgatione Canonica, *tit 14. lib. 5. Decretalium.* De purgatione vulgari. *tit. 35. lib. 5. Decretalium,* puta. Duella & alias purgationes vulgares prohibitas esse. *constitutio Cœlestini 3. in c. 1. de purgatione vulgari. & Innocentij 3. in cap. 2. d. tit.*

XXVIII.

DE ALCHIMIA.

DE Alchimia, artem scilicet eam esse inanem, sophisticam, & pœnis magnis afficiendos eos, qui ea vtuntur. *constitutio Ioannis 22. tit. de crimine falsi, lib. 5. Extrauag. communium.*

XXIX.

DE SENATVSCONSVLTO Macedoniano, & mutuo filiofamilias dato.

SEnatusconsultum Macedonianum sic dictum ab improbo fœneratore Macedone, quo denegantur actiones creditoribus, qui mutuam pecuniam filiisfamilias dant, non solum aduersus parentes viuentes, sed ne quidem aduersus filios mortuis parentibus, *de qua habetur in leg. prima, & toto titulo Digestorum de Senatusconsulto Macedoniano, libr. 14. titul. 6. & libro quarto Codic. titul. 28.* puta. Mutuantem filiofamilias, quem probabili ratione patremfamilias arbitratur, nō repelli exceptione Senatusconsulti Macedoniani propter iustam ignorantiam. *constitutio Pertinacis Imperat. in libro primo Codic. dicto titulo.* Quibus in casibus cesset

ſet Senatuſconſultum Macedonianum *Conſtitutio Seueri & Antonini Impp. in libro ſecundo Codic. dicto titulo.* Filium conſentiente patre poſſe mutuum accipere & res patris obligare. *conſtitutio eorundem in l. 4. Cod. dicto titulo.* Ratione legationis & ſtudiorum poſſe mutuari filiofamilias. *conſtitutio Alexandri Imper. in l. 5. Cod. d. tit.* Mutuo factum filiofamilias valere, ſi pater illud ratum habeat. *conſtitutio Iuſtiniani Imp. in l. vltima, C. d. t.*

XXX.

DE SENATVSCONSVLTO *Velleiano & interceſsionibus mulierum.*

Senatuſconſultum Velleianum factum M. Syllano & Velleio conſulibus, quo cauetur, ne mulieres pro vllo intercedant, *de quo tractatur toto tit. Digeſtorum ad Senatuſconſultum Velleianum, libro 16. titul. 1. & lib. 4. Codicis, titul. vigeſimo nono*, puta. Mulieri ſe pro alio obliganti ſuccurrendum, ſed ſine obligatione pro alio ſoluendi non ſubueniendum. *conſtitutio Antonini Imperat in l. 1. Codic. d. tit.* Mulierem ſe in rem ſuam vel reuera principalem obligare poſſe. *conſtitutio eiuſdem in l. 2. Codic. d. tit.* Matrem etiam pro filio intercedentem, iuuari Senatuſconſulto Velleiano. *conſtitutio eiuſdem in l. 3. Cod. d. t.* Maritum non poſſe obligare res vxoris non conſentientis. *conſtitutio Alexandri in l. 5. Cod. d. t.* Mulierem poſſe ſe obligare pro facto ſuo, ſed non poſſe conſeruare tutores indemnes ab eo quod ab eis filio debetur. *conſtitutio eiuſdem in l. 6. Codicis d. t.* Si maſculi permixtim cum fœminis, obligationem paternam in ſe transferunt animo nouandi, valere nouationem pro parte maſculorum, ſed non pro parte fœminarum, *conſtitutio Gordiani Imp. in l. 8. Codic. d. tit.*

Mulie-

Mulierem posse pro alio soluere, non autem intercedere. *constitutio eiusdem in l.9. Cod.d.t.* Mulierem conducentem prædia, obligari pro se, sed si maritus conducit, non posse obligari pro marito. *constitutio Philippi Imper. in leg.10. Codic. dict. tit.* Mulierem posse renunciare iuri hypothecarum. *constitutio eiusdem in leg. 11. Codic. dict. tit.* Mulierem accipientem mutuum, obligari ex eo, nec referre qualiter vtatur, sed qualiter contrahat: *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 13. Codic. dict. tit.* Exceptionem Senatusconsulti Velleiani, competere etiam fideiussori mulieris. *constitutio eorundem in l.14. Cod. dict. tit.* Mulieri creditorem decipienti, non dari exceptionem Velleiani. *constitutio eorundem in l.18. Codic. dict. titul.* Exceptionem Velleiani etiam mitti ad hæredem. *constitutio eorundem in l. 20. Codic. dict. tit.* Secundam intercessionem mulieris post biennium factum, auferri beneficium Velleiani. *constitutio Iustiniani Imperat. in l.22. Codicis dicto titulo.* Mulierem consentientem obligationi viri, vel se aut rem suam obligantem sibi ipso iure non præiudicare, nisi quatenus probatur in rem eius versum. *constitutio Iustiniani Imp. in Authen. si qua mulier. Cod. eodem.* Mulierem fideiubentem non gratis sed aliquo recepto, non iuuari beneficio Velleiani, sed efficaciter obligari. *constitutio eiusdem in l.23. Cod. dict. tit.*

XXXI.

DE TORNEAMENTIS ET duello.

De torneamentis, *titulo 13. lib.5. Decretalium*, puta. Torneamenta fieri non debere, & vulnerato morienti denegari sepulturam Ecclesiasticam, si accessit animo pugnandi. *constitutio Concilij Lateranensis in cap.1. de torneamentis, & constitutio Alexandri 3. in cap. 2. eodem.* De clericis pugnantibus in duello, *tit.14. lib.5.* *Decre-*

Decretalium, puta. Clericum ineuntem duellum siue obtulerit siue susceperit, deponendum esse. *constitutio Alexandri 3. dicto titulo.* Irregularem esse clericum, non solum si ipse quem in duello interfecit per se, sed etiam pugil ab eo datus, nec excusare consuetudinem. *constitutio Cœlestini 3. in dicto titulo.*

XXXII.

DE VENATIONIBVS.

DE clerico venatore, *titul. 24. libro quinto Decretalium*, puta. Clerico prohibēdam sub pœna suspensionis ab officio venationem esse. *constitutio in cap. 1. de clerico venatore, & in cap. 2. ibidem.* De venationibus. *constitutio Friderici Imperatoris*, qua prohibentur subditi retia, laqueos, aut alia quælibet instrumenta ad capiendas venationes tendere, nisi ad vrsos, apros vel lupos capiendos, *paragrapho 5. de pace tenenda lib. 2. feudorum tit. 27.*

XXXIII.

DE IVDICIO FINIVM *regundorum & agrimensoribus.*

DE Agrimensoribus, vt si de confinibus agrorum contentio sit, & agrimensores adhibeantur, illi autem falsum modum dixerint, actione in factum conueniantur, *toto titulo Digest. si mensor falsum modum dixerit, lib. 11. titul. 6. De iudicio finium regundorum, t. 39. lib. 3. Cod. & tit. 1. lib. 10. Digest.* puta. Non inspiciendos esse fines antiquos, sed fines in venditionibus designatos, cum liceat mutare terminos in propriis agris. *constitutio Diocletiani & Maximiani in l. 1. Cod. dict. tit.* Varietate successorum & consensu dominorum, posse agrorum termi-

terminos mutari. *constitutio eorundem in libro secundo Codic. dicto titulo.* Mensuram committendam esse agrimensori, & secundum eius relationem, postea iudicem mandare debere, vt termini dirigantur & adiudicentur. *constitutio Constantini Imperator. in libro tertio Codic. dict. tit.*

XXXIV.

DE ALEATORIBVS ET *aleæ lusu.*

DE aleatoribus, quo primum prætor denegat actiones illis, apud quos aleæ lusus est, si quis illos verberauerit, vel eis damnũ dederit aut dolo aliquid subtractum fuerit, deinde aduersus illos, qui aliquem compellunt ludere, actionem & animaduersionem pollicetur, vt aut mulcta mulctentur, aut in latomias vel in vincula publica ducantur, de quo edicto habetur toto tit. *Digestor. de aleatoribus libro 11. tit. 5.* De aleæ lusu & aleatoribus, *tit. 44. libr. 3. Codic. & titul. 5. libri 11. Digest.* puta. Alearum vsum esse prohibitum, & pendentem in aleę lusu, repetere id quod perdidit posse. *constitutio Iustiniani Imper. in l. vlt. Cod. de religiosis & sumptibus funerum.*

XXXV.

DE PACTIS.

DE pactis, *titul. 14. libro secundo Digestorum & Codic. libro secundo tit. 3.* puta. Creditorem hæreditarium sponte agentem contra emptorem hæreditatis, intelligi pacisci de non conueniendo hæredem. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 2. Cod. de pactis.* Pactum contra ius vel bonos mores, nullius esse momenti. *constitutio Antonini in l. 6. Cod. d. t.* Pactum appositum super fœtibus pecorum inter dominum & pacto-

item diuidendis, esse seruandum. *constitutio eiusdem Imper. in l. 8. Cod. d. t.* Remittentem per pactum ius quod habet ex sententia per dolum aduersarij non perdere ius semel acquisitum. *constitutio Alexandri in l. 9. C. de pactis.* Non valere pactum, per quod pater promittit in instrumento dotali, se filiam instituturũ in æquali portione cum filio. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l. 15. Cod. d. t.* Exceptione partes debiti soluti ab vno ex correis debendi, induci diuisionem debiti, ex qua quo ad omnes reos debendi proficiscitur exceptio taciti pacti, & sic alios pro virilibus tantum partibus conueniri posse. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impper. in l. 17. Cod. d. t.* Pactum futuræ successionis non valere, ne quidem pro donatione causa mortis, nisi inter milites. *constitutio eorundem in l. 19. C. d. t.* Filium non posse actionem competentem patri per pactum de non petendo, vel etiam debitum recipiendo. *constitutio eorundem in l. 23. C. d. t.* Pactum de non petendo, aliquibus hæredibus tantum factum, non prodesse aliis cohæredibus. *constitutio eorundem in l. 24. cod. d. t.* Debitorum pactionibus, creditorum ius nec solui nec mutari posse *constitutio eorundem in l. 25. cod. d. t.* Priuilegio fori à lege vel principe indulto, pacto posse renunciari. *constitutio Iustiniani Imper. in l. 29. cod. d. t.* Pactum quo disponitur de hæreditate viuentis, non valere, nisi ille consenserit, & in eodem consensu perseuerauerit vsque ad mortem. *constitutio eiusdem in l. 30. cod. d. t.*

XXXVI.

DE TRANSACTIONIBUS.

DE transactionibus, *t. 15. lib. 15. Decretalium, & lib. 2. cod. t. 4.* puta. Transactionem factam cum quibusdam ex Curatoribus, non prodesse reliquis, cum quibus non est transactum. *constitutio Antonini Imper. in l.*

in l. 1. Codic. de transact. Ad actionem ipso iure per transactionem sopitam & extinctam, non dari regressum, nisi per actionem ex dolo. *Constitutio Imper. in l. 4. Cod. d. t.* Procuratoris transactionem non nocere domino. *Constitutio Imperatoris Gordiani in l. 7. Cod. d. t.* De alimentis præteritis, transactionem esse promissam, non autem de futuris. *Constitutio eiusdem Gordiani in l. 8. Cod. de transactionibus.* Transactionem metu interpositam rescindendam, modo metus talis sit, qui cadit in constantem virum. *Constitutio Diocletiani & Maximiani Imper. in l. 13. Cod. d. t.* Causas vel lites transactionibus legitimis finitas, per rescriptum principis non esse resuscitandas. *Constitutio eorundem in l. 16. Cod. d. t.* In omni crimine capitali transigi posse, excepto crimine adulterii. *Constitutio eorundem in l. 18. Cod. d. t.* Transactionem non esse rescindendam ob defectum causæ non expressæ. *Constitutio eorundem in l. 25. Cod. d. t.* An valeat transactio ægri. *Constitutio eorundem in l. 27. Cod. d. t.* In contractu transactionis, non habere locum pœnitentiam. *Constitutio eorundem in l. 39. Codic. d. t.* Venientem contra transactionem iuratam per Deum vel per Principem, infamem esse, ab actione cadere, pœnā soluere & data restituere. *Constitutio Arcadii & Honorii in l. 41. Cod. de transactionibus.* Eatenus rescindendam transactionem iuratam, quatenus est facta prætextu falsorum instrumentorū. *Constitutio Leonis & Antonini Impp. in l. 42. Codicis*, puta.

XXXVII.

DE RESTITVTIONIBVS *in integrum.*

DE restitutionibus in integrum *lib. 4. Digest. tit. 1.* De restitutionibus militum, & eorum qui Reipub. causa absunt, *tit. 50. lib. 2. Codicis*, puta. Absentem Reipub. causa læsumq; transmittere beneficiū restitutionis in inte-

in integrum ad hæredem. *constitutio Seueri & Antonini in l. Cod. d. tit.* Absentes Reipub. causa pati primum decretum, non vero secundum. *constitutio Gordiani Imper. in l. 4. Cod. d. t.* Aduersus venditionem factam tempore absentiæ iustæ, peti posse restitutionem in integrum. *constitutio Valeriani & Galieni in l. 6. Cod. dict. tit.* Tempus absentiæ & occupationis Reipub. causa ad restitutionem prodesse, non tempus præsentiæ vel occupationis voluntariæ. *constitutio Iustiniani Imper. in l. vlt. Cod. d. t.* De vxoribus militum, & eorum qui Reipub. causa absunt, *tit. 52. libri 2. Codicis*, puta. Vxorem quæ sequitur virum militantem, gaudere beneficio mariti. *constitutio Alexandri Imper. in l. 1. Cod. dict. tit.* Quibus ex causis maiores in integrum restituantur. *tit. 54. libri 2. Codicis*, puta. Officium legationis esse iustam causam restituendi in integrum, *constitutio Antonini Imper. in l. 1. Cod. d. t.* Si quis detentus fuit in carcere, nec potuit cōparere, restitui posse in integrum. *constitutio eiusdem in l. 2. C. d. t.* Maioribus in contractibus bonæ fidei enormiter læsis, officio iudicis subueniri. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 3. Cod. d. t.*

XXXVIII.

DE DOLO MALO.

De eo qui dolo malo alterius circumuentus contraxit. *lib. 4. Digest. tit. 3. Cod. lib. 2. tit. 21.* de dolo malo, puta Actionem de dolo nunquam dandam, si alia supersit. *constitutio Antonini Imp. in l. 2. Cod. d. t.* Dolum non præsumendum nisi per iudicia vrgentia probetur. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 6. Cod. d. t.* Dolo inductum ad repudiandam hæreditatem agere contra inducentem actione de dolo posse. *constitutio eorundem in l. 7. C. d. t.*

XXXIX.

DE CONTRACTIBVS MI-
norum, eorumq́ restitu-
tionibus.

DE eo quod cum minore 25. annis gestum erit, *libr. 4. Digestorum, tit. 4. & lib. 2. Codicis, & tit. 22. vsque ad 45.* Minorem læsum in renunciando querelæ inofficiosi testamenti, in integrum esse restituendum. *constitutio Alexandri in l. 1. C. d. t.* Si minor habens curatorem contrahit, contractum esse nullum, si non habet, valere contractum, minorem tamen læsum, in integrum esse restituendum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 3. Cod. d. t.* Minorem læsum restituendum esse, etiamsi non dolo aduersarii, sed sua facilitate læsus sit. *constitutio eorundem in l. 5. C. d. t.* Authoritatem patris non firmare contractum filij minoris, ita vt restitutio ei denegari possit. *constitutio Gordiani Imper. in l. 1. Cod. de filiofamilias minore.* Filium familias minorem restitui aduersus mutuum, nisi iussus patris interuenerit, vel contra Senatusconsultum Macedonianum contractum fuerit. *constitutio eiusdem in l. 2. C. d. t.* Restitutionem concessam minori, non prodesse fideiussori, ideoque fideiussorem soluentem repetere posse id quod soluit à minore, nisi minor aduersus fideiussorem restitutionem petat. *constitutio Seueri & Antonini in l. 1. C. de fideiussor. minor. & constitutio Diocletiani & Maximiani Imp. in lib. 2. C. d. t.* Minorem circumuentum, præsente tutore vel curatore, in iudicio vel extra, restituendum esse. *constitutio Alexandri in l. 2. C.* Si tutor vel curator interuenerit. Minorem restituendum esse, licet indemnitatem à suo tutore vel curatore consequi possit. *constitutio Diocletiani & Maximiani in lib. 3. C. d. t.* Minorem non restitui contra obligatio-

ligationem, quam in se suscepit ipsius administrator. *constitutio eorundem in l.4.C.d.t.* Pactum & transactionem sororis non praeiudicare fratri, nec restitutionem sororis patrocinari fratri. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in leg. vnica, Codice; Si in vna eademque causa in integrum restitutio postuletur.* Minorem 25. annis posse restitui, contra sententiam latam pro patre, super patria potestate. *constitutio Gordiani Imp. in l. 2.C. Si aduersus rem iudicatam restitutio petatur.* Sententias latas aduersus minores indefensos, esse nullas ipso iure, sed si sunt legitime defesi, esse validas: posse tamen minores restitui. *constit. Impp. Diocletiani & Maximiani in l.4. Cod. d.t.* Sententiam latam contra tutorem in causa pupillari, esse cōtra pupillum latam, ideoque contra talem restitutionem pupillo dandam. *constitutio eorundē in l. vlt. C. d. t.* Minorem non restituendum, si vendidit rem solenniter & cum iuramento. *constitutio Alexandri Imp. in l.1. Cod. Si aduersus venditionem.* Contractus puberum iuramento firmatos, non esse infirmandos, nisi vel vis vel iustus metus interuenerit. *constitutio Friderici Imp. in Authen. Sacramenta puberum. Codic. d.t.* Contra venditionem pignoris minorem non restitui, sed si creditor fuit in aliqua fraude, succurri minori contra creditorem & tutorem & curatorem, qui passi sunt pignus venundari. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.2. Codic. Si aduersus venditionem pignorum.* Minorem non esse restituendum aduersus donationem congruentem propter nuptias. *constitutio eorundem in libr.1. Codic. Si aduersus donationem.* Minore restituto contra transactionem vel diuisionem, restituendum esse aduersarium ad veterem actionem. *constitutio Seueri & Antonini in l.1. Codic. Si aduersus transactionem vel diuisionem minor restitui velit.* Minorem restituendum esse causa cognita, aduersus solutionem curatori eius factam. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.1. Cod. Si aduersus*

solutionem à debitore vel à se factam. Minorem qui sua facilitate dederat omnia bona sua in dotem cum pacto de lucrando vel non in integrum restituendum, vt corrigatur excessus. *constitutio Alexandri Imp. in l. vnica Codicis. Si aduersus dotem restitutio postuletur.* Minorem delinquentem per dolum in integrum non esse restituendum, secus si per culpam. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 1. C. Si aduersus delictum.* Minores contra vsucapiones esse restituendos. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. vnica Cod. Si aduersus vsucapionem restitutio postuletur.* Minorem etiam contra fiscum restituendum esse. *constitutio Seueri & Antonini in l. 1. Cod. Si aduersus fiscum restitutio postuletur.* Minorem restituendum esse si læsus fuit, nisi mutuans probet versum mutuum in rem minoris. *constitutio Antonini Imp. in l. 1. & Gordiani in l. 2. Cod. Si aduersus creditorem.* Minorem immiscentem se hæreditati paternæ vel bonorum possessionem agnoscentem, eoque nomine læsum, restituendum esse. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 1. Cod. Si minor ab hæreditate se abstinuit.* Minorem posse restitui vt adeat hæreditatem, & bonorum possessionem petat. *Constitutio Gordiani Imper. in l. 1. Cod. Si vt amissam hæreditatem vel bonorum possessionem vel aliud aliquid acquirat.* Filium contra patrem, propter gestum cum patre non posse implorare restitutionem in integrum propter reuerentiam. *constitutio Iustiniani Imper. in l. 2. Cod. Qui aduersus quos in integrum restitui non possint.* Asserentem se maiorem per errorem, nihilominus posse petere restitutionem in integrum, minori ætate probata. *constitutio Alexandri Imper. in l. 1. Cod. Si minor se maiorem dixerit, vel maior probatus fuerit.* Asserentem per dolum se maiorem non posse postea petere restitutionem. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 2. Cod. d. t.*

DE

XL.

DE ALIENATIONE IVDICII *mutandi causa facta.*

DE eo qui data opera in fraudem alterius alienando rem alium aduersarium substituit, *libro quarto Digestorum, titulo septimo, & libro secundo Codicis titulo quinquagesimo quinto.* De alienatione iudicii mutandi causa facta, puta. Facta alienatione iudicii mutandi causa, possessorem posse conueniri rei vindicatione, quam possessio parit: & alienatorem posse conueniri ex edicto de alienatione iudicii ad interesse per actionem in factum. *constitutio Diocletiani & Maximiani in leg. vnica Cod. dict. tit.*

XLI.

DE NAVTIS, CAVPONIBVS *& stabulariis.*

DE nautis, cauponibus & stabulariis vt recepta in nauem, cauponam & stabulum restituant, & si furtum damnumue ab iis, quorum opera & ministerio illi vtuntur, datum fuerit, in nautas, caupones & stabularios actio in duplum detur. *lib. 4. Digest. tit. 9. Nautæ, Caupones, stabularij, vt recepta restituant.*

XLII.

DE PETITIONE *hæreditatis.*

DE possessoria hæreditatis petitione, quæ datur bonorum possessoribus, *libro quinto Digestorum titul. 5.* de possessoria hæreditatis petitione. De petitione hæ-

reditatis, *titul.31.lib.3.Codic.& titul.3. libro quinto Digestorum*, puta. Malæ fidei emptorem hæreditatis teneri petitione hæreditatis, etiam quoad fructus, secus in bonæ fidei emptore. *constitutio Seueri & Antonini in l. 2.Cod.dict. tit.* Possessorem à quo euincitur hæreditas, deducere sumptus quos fecit in infirmitate & funere defuncti. *Imperator Antoninus in l.4.Cod. dict. titul.* Et quod creditoribus soluit. *constitutio eiusdem in l.5. Cod. dict. tit.* Petitionem hæreditatis non esse dandam contra titulo possidentem. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.7.Cod.d.t.*

XLIII.

DE CONSTITVTA *pecunia.*

DE constituta pecunia, quo edicto prætor actionem aduersus eos, qui pecuniam ex priore aliqua obligatione siue valida siue inualida soluturos se constituerunt, toto tit. *Digest. lib.13.tit.5. De constituta pecunia. & libro 4. Codic.tit. 18.* puta. Eum qui pro alio se constituit soluturum, obligare se & successores suos. *constitutio Gordiani Imper. in l.1. C. d. t.* Beneficium diuisionis, quod competit pluribus fideiussoribus, competere pluribus constituentibus pro aliis. *constitutio Iustiniani Imp. in l.3.d.t.*

XLIV.

DE VENTRE IN POSSESSIONEM *mittendo.*

DE custodiendo partu, si mulier mortuo marito se prægnantem dicit, *tit. 4. de inspiciendo ventre custodiendoque partu, lib. 25. Digestor.* De pœna mulieris quæ per calumniam, hoc est, sciens se prægnantem non esse

esse ventris nomine in possessiouem missa est, *tit.6.* Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causæ esse dicatur, *d.t.*

XLV.

DE BONORVM POSsessionibus.

DE bonorum possessionibus, *tit.1.libr.37.Digestorum.* De bonorum possessionibus, si tabulæ testamenti non extant, *titul.2.* Si tabulæ testamenti extabunt, *libro 37.Digestorum.* De bonorum possessione furioso, infanti, muto, surdo, cæco competenti, *tit.3.libr.37.Digestorum.* De bonorum possessione contra tabulas, *tit.4 eiusdem libri,& tit.12.13.lib.6. Cod.* De legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita, *tit.5.eiusdem libri.* De bonorum possessione secundum tabul. *tit.11.eiusdem libri & lib.6.C.t.11.* De bonorum possessione ex testamento militis, *tit.13.eiusdem libri.* De bonorum possessionibus, & primū qui admitti ad bonorum possessionē possint, & intra quod tempus, *tit.9.lib.6.Cod.* puta. Filium ignorante patre, posse petere bonorum possessionem sibi debitam, quæ postea patri ratum habenti quæritur. *constitutio Seueri & Antonini Impp.in l.1. Cod.d.t.* Bonorum possessionem per tutorem nomine infantis agnitam, etiam perfecte acquiri & ad eius hæredem transmitti. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l. 3.Cod.dict.t.* Ignorantem non posse bonorum possessionem acquirere. *constitutio eorundem in l.5.Cod.dict.t.* Ignorantiam iuris, nec mulieri quidem prodesse, intra tempus legitimum bonorum possessionem non agnoscenti. *constitutio eorundem in l.6.Cod.d.t.* Tutorem solum posse agnoscere bonorum possessionem pupillo delatam, non è contra. *constitutio Constantini & Maximiani Impp.in l.7. Cod. dict. tit.* Rusticitatem, ignorantiam facti, & alias

iustas rationes impedire, currere tempus præfixum ad bonorum possessionem agnoscendam. *constitutio Imper. Constantini in l. 8. Cod. dict. tit.* In successionibus non petentium portiones accrescere petentibus. *constitutio Gordiani Imper. in l. vnica Codic.* quando non petentium portiones accrescant petentibus, *libr. 6. titul. 10.* De bonorum possessione secundum tabulas, *libro 11. libro 6. Codicis*, puta. Donec causa falsi per appellationem discutitur, bonorum possessionem agnosci non posse. *constitutio Alexandri Imper. in l. 1. Codic. dict. tit.* De bonorum possessione contra tabulas, quam Prętor liberis pollicetur, *tit. 12. lib. 6. Codicis*, puta. Rupto testamento per bonorum possessionem contra tabulas, adhuc deberi legata liberis & parentibus, seu aliis coniunctis personis. *constitutio Imperatoris Alexandri in l. 1. Codic. dict. titul.* De repudianda bonorum possessione, *tit. 19. lib. 6. Codicis*, puta. Patrem non posse iura filij repudiare in iudicio vel extra. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 2. Cod. dict. tit.*

XLVI.

DE COLLATIONE BONORUM & dotis.

De collatione bonorum, *titul. 6. eiusdem libri*, & *libro sexto Codic. titul. 20.* De collatione dotis, *titul. 7. eiusdem libri*, puta. Dotis & aliorum datorum, faciendam esse collationem. *constitutio Iustiniani Imper. in Authen. ex testamento. Codic. de collationibus.* Pactum, quod filia dote contenta, patri ab intestato non succedat, non valere, & ideo hoc non obstante, succedere, dum modo dotem conferat. *constitutio Alexandri Imperator. in libr. tertio Codic. dicto titulo.* Dotem datam conferri, constante etiam matrimonio minus accipiendo de portione hæreditatis. *constitutio Gordiani*

diani Imper. in libro quinto Codicis dicto titulo: & Iustiniani in Auth. quod locum. Codic. dict. titul. Diuisione facta, si collatio per errorem, vel per deceptionem omissa sit, officio iudicis, ad conferendum compelli posse eum, qui conferre tenebatur. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in libro octauo Codicis dicto titulo.* Relictum in Codicillis, à filia capi posse, etiamsi dotem non conferat. *constitutio eorundem in libro decimo Codicis dict. titul.* Quæsita post mortem patris, non conferenda. *constitutio eorundem in libro decimotertio Codicis, dicto titulo.* Ius petendi collationem, transire ad hæredes & non conferenti denegandas esse actiones, per quas suam portionem hæreditatis consequi possit. *constitutio eorundem in libro decimo quarto Codic. dict. titul.* Quando ab intestato succeditur, dotem & donationem propter nuptias inter liberos, cuiuscunque gradus & sexus sit, esse conferendam. *constitutio Imper. Leonis in libro decimo septimo Codic. dicto titulo.* Nepotes ex filia succedentes auo materno, tam dotem quam donationem, si cum materteris vel auunculis succedunt, conferre debere. *constitutio Iustiniani Imper. in libro decimo nono Codic. dict. titul.* Bona aduentitia & peculium castrense vel quasi, hodie non conferri. *constitutio eiusdem in libro vigesimo primo, Codic. dict. titul.*

XLVII.

DE DAMNO INFECTO.

DE damno, quod ex vicini ruinosis ædibus aut tecto suggrundis & profectionibus metuitur, *titul. 2. de damno infecto & de suggrundis & profectionibus, libr. 39. Digestorum.* De damno quod per aquam pluuiam datur, *titul. 3. eiusdem libri, De aqua & aqua pluuia arcenda. & lib. 3. Codic. tit. 34.*

XLVIII.

DE MISSIONIBVS IN BONA *debitoris & priuilegiis iureq́; creditorum.*

DE causis ex quibus missio in bona decerni possit, *tit.4.lib.42.Digestorum, quibus ex causis in possessionem eatur.* De rebus authoritate iudicis possidendis seu vendundis, *tit.5.lib.42.Digestorum, & lib.7.Cod.tit.72.* De priuilegiis creditorum, *t.6.lib.42.Digest.* De iis quæ in fraudem creditorum alienata sunt, vt restituantur, *tit.9.lib.42.Digestorum, quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur, & lib.7.C.t.75.* De bonis authoritate iudicis possidendis seu venundandis, & de separationibus bonorum, *tit.72.lib.7.Codicis*, puta. Credentem bonis ex antegesto non posse conueniri, nisi de eo quod postea superlucratus est, deductis alimentis, ne egeat. *constitutio Gordiani Imper. in l.3.Cod.d.t.* Non esse cogendum vnum ex pluribus bona suscipere, & cæteris creditoribus respondere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.4.Cod.dict.tit.* Creditores hypothecarios, Chirographariis præferri, chirographarios simul concurrere, vt pro rata debiti omnibus satisfiat. *constitutio eorundem in lib.6. Codic.dict.tit.* Si creditor succedit debitori pro parte, pro ea parte debitum confundi, & non vltra nisi esset relictum animo compēsandi. *constitutio eorundem in l.7.Cod.dict.t.* Missum in possessionem ex primo decreto, non acquirere dominium. *constitutio eorundem in lib. 8. Cod. dict.t.* Propter contumaciam citati, fieri missionem solū pro mensura debiti, quam non recuperat reuersus, nec auditur, nisi satisdet & expensas refundat. *constitutio Iustiniani Imper. in Auth. Et qui curat. Cod. d.t.* Misso vno ex creditoribus in possessionem ex primo decreto, an cæteri venientes

nientes debito modo videantur quoq; in possessionem missi. *constitutio eiusdem in l.10.Cod. dict.t.* De priuilegio fisci. *tit.73.libri 7.codicis*, puta. Vxorem soluentem fisco pro marito, non succedere in hypotheca fisci, nisi cessa sit actio, & ideo si maritus denuo conduxit vectigalia, potiorem esse causam fisci quam mulieris. *constitutio Antonini Imp. in l. 3.cod.d.t.* Priuilegium fisci non extendi ad bona debitorum vendita, antequã contraherent cum fisco. *constitutio eiusdem in l. 4.cod.dict. t.* Fiscum posse reuocare pecuniam alii creditori solutam sine vsuris. *constitutio eiusdem in l.5.C.d.t.* De reuocandis iis quæ in fraudem creditorum alienata sunt, *t. 75.lib.7.codicis*, puta. Alienatis bonis à debitore in fraudem creditorum, superesse adhuc contra debitorem & eum in quem res alienata est actionem. *constitutio Antonini in l.1 cod. d. t.* Patrem non posse dotare filiam in præiudicium creditorum. *constitutio Alexandri in l. 2. codic. d. t.* Filium nihil possidentem de bonis paternis, nec titulo donationis nec alio, non posse à creditoribus paternis conueniri. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.3.codic.dict.tit.*

XLIX.

DE INTERDICTIS.

De restitutione possessionis & omnium rerum hæreditariarum ab aduersario possessarum, *tit.2.l.43. Digestorum quorum bonorum, & lib.8.cod.tit. 2.* De restitutione legatorum, *tit. 3. eiusdem libri, Quod legatorum, & lib 8.cod.tit.3.* Ne fiat vis ei qui in possessionem missus est, *t.4.eiusdem libri.* De tabulis testamenti exhibendis, *tit.5.eiusdem libri de tabulis exhibendis, & libro 8.codicis, tit 7.* Ne quid in loco sacro ad eius detrimentum fiat, *tit.6.eiusdem libri, ne quid in loco sacro fiat.* Ne quid in loco vel itinere publico fiat, quo minus vsus ipsius impediatur, *tit.7.eiusdem libri. De locis & itineribus*

ribus publicis, & tit.8. Ne quid in loco publico vel itinere fiat. De loco publico conducto fruendo, *titul.9. De loco publico fruendo eiusdem libri*; vt viæ publicæ purgentur & reficiantur, *tit.10. eiusdem libri, de via publica, & si quid in ea factum esse dicatur, & tit.11. de via publica & itinere publico reficiendo.* De fluminibus, ne quid in flumine ripaue fiat eius, quo peius nauigetur, *titul.12. eiusdem libri.* Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat atque vti priore æstate fluxit, *titul.13. eiusdem libri.* Vt in flumine publico nauigare liceat, *tit.14.* De ripa munienda, *tit.15.* De restitutione in possessionem illius, qui vi de possessione deiectus fuit, *tit.16. eiusdem libri, de vi & vi armata, & lib. 8. Cod. tit.4. & 5.* Ne quis in possessione sua turbetur, *tit.17. eiusdem libri, vti possidetis, & lib.8. Cod. tit.6.* Ne vis fiat ei, qui superficiem conduxit, quo minus ea vtatur, *tit.18. de superficiebus eiusdem libri.* Ne vis fiat ei, qui iter actumque priuatum habet, *tit.19. de itinere actuq; priuato.* Ne vis fiat ei qui ius aquæ ducendæ habet, *tit.20. De aqua quotidiana & æstiua eiusdem libri.* Ne vis fiat ei, qui riuos reficere, purgare, aquæ ducendæ causa vult, *titul.21. de riuis eiusdem libri.* De vsu fontis & haustu pecoris, *tit. 22. de fonte.* De restitutione quicquid vi aut clam factum est, *tit.24. eiusdem libri quod vi aut clam.* De restitutione rei, quam quis precario ab alio possidet, *tit.26. eiusdem libri, de precario, & lib.8. Cod. tit.9.* De arboribus in hortis vel agris cædendis. *tit.27. de arboribus cædendis eiusdem libri.* De glande legenda, *tit.28. eiusdem libri.* De homine libero exhibendo, *tit.29. eiusdem libri, & lib.8. Codic. titul.8.* De liberis exhibendis & ducendis, *tit.30. & lib.8. Cod. tit.18.* Ne inquilinus impediatur, quo minus res suas importatas asportet & euehat, *tit.32. de migrando eiusdem libri.* De restitutione rei tacite locatori & conductione fundi obligatæ, *titul. 33. de Salmano interdicto, & lib.8. Cod. tit.9.* De interdicto quorum bonorum, *tit.2. lib.8. Codicis,* puta. Succedentem ab

tem ab inteſtato ſorori patrueli per bonorum poſſeſſionem, vnde agnati bona hæreditaria auocare ab iniuſtis poſſeſſoribus, per interdictum quorum bonorum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 2. Cod. dict. tit.* Quorum legatorum, *tit. 3. libr. 8. Codic. & tit. 3. libro 43. Digeſt.* puta. Legatarium propria authoritate occupantem rem legatam, ante aditam hæreditatem teneri eam reſtituere hęredi, vt Falcidiam detrahat. *conſtitutio eorundem in l. vn. Cod. d. t.* De interdicto vnde vi, *tit. 4. lib. 8. Cod.* puta. Permiſſum eſſe ſe contra vim tueri, cum moderamine inculpatæ tutelæ. *conſtitutio eorundem in l. 4. Cod. dict. t.* Expellentem alium de poſſeſſione, poſſe accuſari criminaliter, & conueniri ciuiliter interdicto vnde vi. *conſtitutio eorundem in l. 4. Cod. d. t.* Inuadentem poſſeſſionem violenter, eam reſtituere teneri, & ſi dominus erat, priuari dominio, ſi non, teneri poſſeſſionem reſtituere, & condemnari in æſtimationem rei. *conſtitutio Valentiniani, Theodoſii & Arcadij in l. 7. C. d. t.* Si damnum illatum tempore inuaſionis non poſſet probare liquido, iudicem inſpecta perſona & negotii qualitate, debere illud taxare, & poſtea iuramentum actori deferre, & eius iuramento vſque ad quantitatem taxatam ſtari. *conſtitutio Imperat. Zenonis in l. 9. Cod. d. t.* Occupantem poſſeſſionem vacantem, teneri eam reſtituere domino, quemadmodum tenetur inuaſor vel fur. *conſtitutio Iuſtiniani Imp. in l. 11. Cod. d. t.* De liberis exhibendis ſeu deducendis, & de libero homine exhibendo, *tit. 8. lib. 8. Cod.* puta. Contra tenentem filium alterius, competere interdictum de liberis exhibendis & deducendis. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 2. Cod. d. t.* Interdictum de vxore exhibenda, competere contra patrem puellæ, qui eam habet in ſua poteſtate. *conſtitutio eorundem in l. 3. Cod. d. t.* De ædificiis priuatis, *tit. 10. lib. 8. C.* puta. Licere balnea ædificare & ædificia ſuperimponere, modo vſitatum modū non excedant. *conſtitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 1. C. d. t.*

d.t. Ædificia non posse demoliri gratia negociandi, nec sic, vt publicus deformetur aspectus. *constitutio Alexandri Imper. in libro secundo Codic. dict. titul.* Socium nomine communi domum reficientem, ad sumptus pro rata agere posse, vel per quatuor menses expectare, intra quos, si sumptus sibi pro rata non fuerint redditi, dominium totius sibi vendicare posse. *constitutio Philippi Imp. in lib. 4. Codic. dict. tit.* Ædificantem scienter ædificium commune, nomine proprio sumptus non repetere. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in lib. 5. Cod. dict. tit.* Inter ædes sacras vel publicas, & ædificium priuatum, debere esse spacium 15. pedum. *constitutio Arcadij & Honorij in l. 9. Cod. d. t.*

L.

DE IGNORANTIA IVris & *facti.*

IGnorantiam iuris militi non nocere. *constitutio Antonini Imper. in l. 1. Cod. d. t.* Renunciantem hæreditati maternæ, eam postea non posse adire, licet prætendat iuris ignorantiam. *constitutio eiusdem Imper. in libro 2. Cod. d. t.* Erroneam confessionem cum erratur in facto, posse vsque ad sententiam reuocari, secus post rem decisam. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 7. Cod. dict. tit.* Erroneam confessionem eius, qui ab intestato succedit, non facere vt valeat testamentum inualidum. *constitu... eorundem in l. 8. Cod. dict. t.* Eum qui indebitam pecuniam per ignorantiam iuris soluit, nihil repetere, secus si per ignorantiam facti. *constitutio Diocletiani & Maximiani in l. 10. Cod. d. t.* Mulieribus ius ignorantibus, non succurri, nisi ratione minoris ætatis. *constitutio Constantini Imp. in l. 11. Cod. dict. t. & constitutio Leonis & Antonini in l. 13. C. d. t.*

DE

LI.

DE STATVIS ET *imaginibus.*

DE statuis & imaginibus,*tit.27.libri 1.Cod.*puta. Iudices non debere permittere erigi alquas statuas sine principis licentia.*constitutio Arcadij & Honorij in l.1.Codic.dict.tit.* Quando statuæ eriguntur in honorem principis, iudicem debere adesse, non tamen statuam adorare. *constitutio Theodosii & Valentiniani in l.2. Codic. dict. titul.* Populum non esse cogendum, ad conferendum pro principum statuis. *constitutio eorundem in lib.3.Codic.dict.tit.* Sine principis licentia, non posse erigi statuam in honorem alterius, nec expensis populi, sed illius, in cuius honorem erigitur. *constitutio eorundem in lib.4.Cod.dict.tit.* De his qui ad statuas confugiunt,*tit.28.lib.1.Codicis*,puta. Qui confugiunt ad statuas Principis, ab omni violentia debere esse tutos: si tamen sine causa eo confugiant, esse puniendos. *constitutio Valentiniani, Theodosii & Arcadij Impp. in l.vnica Cod.dict.tit.*

LII.

DE CONTRACTIBVS IVdicum & eorum qui circa eos sunt.

DE contractibus iudicum, vel eorum qui sunt circa eos,*tit.53.lib.1.Codicis*,puta. Prouinciarum Rectores non posse per se, vel per alios contrahere in loco sibi commisso, nisi pro necessitate victus & amictus *constitutio Iustiniani Imp.in l.vnic. Cod. d.t.*

EX

LIII.

EX QVIBVS CAVSIS INFAMIA irrogatur.

EX quibus causis infamia irrogatur. *titul. 12. libro 2. Codic. & titul. 2. libr. 2. Digestorum*, puta. Vbi quis condemnatur in causa famosa, perpetuam esse infamiam. *constitutio Seueri & Antonini in l. 6. Codic. dict. tit.* Neminem ex eo quod patris repudiat hæreditatem, esse infamem. *constitutio Antonini in l. 7. Codic. dict. tit.* Condemnatum de furto, fieri infamem, sed condemnatum de receptatione rei furturæ ignoranter, non esse infamem. *constitutio eiusdem in l. 8. Codic. dict. titul.* Neminem infamia notandum, ex eo quod patriæ negocia non defenderit. *constitutio eiusdem in l. 9. Codic. dict. tit.* Condemnatum ex iniuria etiam vili personæ facta, esse infamem. *constitutio eiusdem Imper. in l. 10. Codic. dict. tit.* Cessionem bonorum, non irrogare infamiam. *constitutio Alexandri in l. 11. Cod. dict. tit.* Damnatum de crimine expilatæ hæreditatis, esse infamem. *constitutio eiusdem in l. 12. Codic. dict. tit.* Torturam non infamare. *constitutio Gordiani Imp. in l. 14. Cod. dict. tit.* Mulierem non seruantem luctum in habitu, non infamari, secus si intra tempus luctus nubat. *constitutio eiusdem in l. 15. C. dict. tit.* Transactionem in causa famosa, irrogare infamiam. *constitutio eiusdem in l. 18. Cod. dict. tit.* Admonitionem, vt quis redeat ad meliorem vitam, non infamare. *constitutio Carini, Cari & Numeriani Impper. in l. 19. Cod. d. t.* Vsurarios & improbum fœnus exercentes, esse infames. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 20. Cod. d. t.* Condemnatum in actione pro socio de fide rupta, esse infamem. *constitutio eorundem Impp. in l. vlt. Cod. dict. tit.*

DE

LIV.

DE ALIENA NEGOTIA *gerentibus.*

DE his qui negocia aliena gerunt, *tit.19.lib.2.codic. & tit.5.lib.3.Digestorum*, puta. Negociis gestis ex pietate materna vel affectione domestica, expensas factas, non esse repetendas. *constitutio Seueri & Antonini in l.1.C.d.t.* Quod mater expendit in alimentando filium, non repetitur, videtur enim expendisse pietate materna, & non animo repetendi. *constitutio Alexandri Imp.in l.11.C.d.t.* Filium soluẽtem debitum paternum, viuente patre, non repetere, si constat quod animo donandi soluerit. *constitutio eiusdem in l.12.cod.dict.t.* Expensas factas in curanda vxore, non repeti, secus si sint expensæ funeris. *constitutio eiusdem in l.13. cod. dict. tit.* Vitricum in priuignum expendentem, non repetere id quod paterno affectu expendit, secus si gestorio nomine. *constitutio Imper. Gordiani in l.15. cod. dict. tit.* Eum qui negocia alterius administrat, non teneri de casu fortuito, nisi hoc fuerit conuentum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l.22.Cod.dict.tit.*

LV.

DE INOFFICIOSO TESTAmento & inofficiosis dotibus.

DE inofficioso testamento, *tit.28.Cod.lib.3.& tit.2. lib.5.Digestorum*, puta. Filium cui est relicta legitima, non habere querelam inofficiosi testamenti. *constitutio Antonini Imper.in lib.6.Cod.dict. tit.* Quæ autem sit legitima est. *constitutio Iustiniani in Authent. nouissima.Codic.dict.titul.* Immensam donationem, in vnum ex liberis factam, à reliquis neque ad legitimam re-

uocari posse. *constitutio Imp. Iustiniani in Authen. unde si parens. Cod. d. t.* Neptem exhæredatam, etiam ex filio emancipato natam, habere querelam. *constitutio Antonini Imperat. in l. 7. Codic. dict. tit.* Patrem posse hæreditatem inter filios diuidere, dum tamen assignet cuiq; legitimam, & illum qui iudicium defuncti approbat, perdere querelam *constitutio Alexandri Imper. in libr. 8. Cod. dict. tit.* Præteritionem matris, haberi pro exhæredatione. *constitutio Philippi Imperat. in l. 15. Cod. d. t.* Matrem à filio præteritam, posse vti querela inofficiosi testamenti. *constitutio Cari, Carini & Numeriani in l. 17. C. d. t.* Filiam nolentem sine causa diuertere à marito, & præteritam habere querelam inofficiosi testamenti. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 18. Cod. d. t.* Filiam meretricem & turpiter viuentem, posse à patre exhæredari. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 19. C. d. t.* nisi post 25. ætatis annum, patre differente filiam marito copulare, ea in corpus suum peccauerit. *constitutio Iustiniani Imper. in Auth. sed si. C. d. t.* Filiam contra matris voluntatem, concordiam cum marito colentem, eoq; nomine à matre præteritam, querelam inofficiosi testamenti habere. *constitutio Diocletiani & Maximiani in l. 20. C. d. t.* Filios fratrum vel sororũ, non habere querelam inofficiosi testamenti. *constitutio eorundem in l. 21. C. d. t.* Eum qui impedit aliquem testari, posse exhæredari. *constitutio eorundem in l. 23. Cod. d. t.* Testamentum militis non posse impugnari per querelam inofficiosi testamenti. *constitutio eorundem in l. 24. Cod. d. t.* Fratres vterinos à querela inofficiosi esse arcendos omnino, consanguineos vero si turpis persona fuit instituta. *constitutio Constantini Imp. in l. 27. C. d. t.* Donationem propter nuptias vt ad similitudinẽ dotis confertur, ita in legitimam imputari. *constitutio Zenonis Imp. in l. 29. Cod. dict. t.* Eum cui aliquid in testamento relinquitur, non posse impugnare testamentum, etiamsi filius sit, sed debere agere ad supplementum, modo non ingra-

ingratus probetur. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 10. Cod. dict. tit.* Posthumum non posse exhæredari. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 33. Cod. dict. tit.* De inofficiosis donationibus, *titul. 29. libri 3. Codicis*, puta. Si filii per inofficiosam donationem patris, fraudantur legitima portione, competere illis querelam inofficiosæ donationis. *constitutio Philippi Imper. in lib. 1. Cod. d. t.* Patris donationem immodicam in vnum ex filiis factam, vsque ad legitimam portionem reuocari. *constitutio Galieni & Valeriani in l. 2. Cod. d. t.* Quod immoderate vni ex liberis est donatum, propter superuenientes liberos vsq; ad debitum bonorũ subsidium, reuerti ad patrimonium donatoris. *constituto Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 5. Cod. dict tit.* De inofficiosis dotibus, *tit. 30 libri 5. Codicis*, puta. Si per inofficiosam dotem filij in legitima defraudantur, reuocandam illam vsque ad debitum bonorum subsidium. *constitutio Constantini Imper. in l. vnica, Cod. de inofficiosis dotibus.*

LVI.
DE REI VENDI-
catione.

DE rei vendicatione, *tit. 32. lib. 3. Codicis, & tit. 1. lib. 6. Digestorum*, puta. Ab eo qui emit rem à malæ fidei possessore, posse rem vindicari, nisi vsuceperit vel præscripserit. *constitutio Gordiani Imp. in l. 4. Cod. dict. t.* Eum qui sciens agrum alienum seuit vel plantas imposuit, omnia debere perdere & semina & plantas. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 11. C. d. t.* Licet pretium rei venditæ non soluatur, nihilominus tamen rem vendicari posse. *constitutio eorundem in libr. 12. Cod. dict. tit.* Illum esse potiorem in dominio, cui res prius traditur, licet alius in titulo præuenerit. *constitutio eorundem in l. 15. Cod. d. t.* Quod in communi ædificatur, commune effici: bonæ fidei tamen ædificanti expen-

ſas eſſe reſtituendas. *conſtitutio eorundem in lib. 16. Cod. dict. tit.* Titulum ſine traditione non eſſe cauſam transferendi dominium. *conſtitutio eorundem in libr. 17. Codicis dict. tit.*

LVII.

DE VSVFRVCTV ET A-
lijs ſeruitutibus.

DE vſufructu, *tit. 33. libri 3. Codicis, & tit. 1. cum ſeqq. libr. 7. Digeſtorum*, puta. Maritum vſumfructum in dotem recipientem proprietatem obligare non poſſe. *conſtitutio Alexandri Imp. in l. 6. Cod. d. t.* Modicas expenſas pertinere ad vſufructuarium, magnas repetendas à proprietario. *conſtitutio Gordiani Imp. in l. 7. Cod. d. t.* Vſufructuarium alienandi facultatem non habere. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 9. Codic. d. t.* Vſumfructum filiofamilias relicto, acquri domino. *conſtitutio Iuſtiniani Imp. in l. 17. Codic. d. t.* De ſeruitutibus & aqua, *t. 34. lib. 3. Codicis.* Ex fundo alieno non poſſe duci aquam, niſi domino volente. *conſtitutio Antonini Imp. in l. 4. Cod. dict. tit.* In aquæductu antiquam conſuetudinem ſeruandam eſſe. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 7. Cod. d. t.* Ædificantem contra debitam ſeruitutem, cogendum ædificium tollere. *conſtitutio eorundem in lib. 9. Cod. dict. tit.* Inuito domino neminem poſſe ire per agrum alterius. *conſtitutio eorundem in l. 11. Cod. dict. tit.*

LVIII.

DE IVDICIO FAMI-
liæ erciſcundæ.

DE diuidenda hæreditate ſeu iudicio familiæ erciſcundæ, *tit. 36. lib. 3. Codicis, & titul. 2. lib. 10. Digeſtorum*, puta. Filium poſt mortem patris, dotem vxoris viuen-

viuentis vel defunctæ percipere iudicio familiæ erciscundæ. *constitutio Antonini Imp. in l. 2. Codic. dict. titul.* In iudicio familiæ erciscundæ, etiam fructus venire. *constitutio Gordiani Imp. in l. 9. C. d. t.* Inter filios & filias, hæreditatem parentis æqualiter esse diuidendam. *constitutio Philippi & Philippini Impp. in l. 14. Cod. dict. tit.* Iudicem in diuidendo inter liberos, sequi debere voluntatem defuncti, etiam non solennem. *constitutio eorundem in l. 16. Cod. dict. tit.* Quod pater nomine vnius filij vel filię emit & tradidit ad iudicandum, esse filij vel filię. *constitutio eorundem in l. 18. Cod. d. t.* Patrem inter filios, posse in se assumere officium arbitri diuidentis, & sufficere diuisionem etiam minus solennem. *constitutio eorundem in l. 21. Codic. dict. t.* Pactum hæredum non prę-iudicare creditoribus, sed inter ipsos cohæredes suum operari effectum. *constitutio eorundem in l. 23. Cod. dict. t.* Diuisionem vel dispositionem testati vel intestati inter liberos valere etiam imperfecta, id est, sine solennitate legati, modo persona extranea non permisceatur. *constitutio Constantini Imperator. in leg. vltima, Codic. dict. tit.*

LIX.

DE REBVS COMMVNIbus diuidendis.

DE rebus communibus diuidendis, *tit. 37. communi diuidundo, lib. 3. Codicis, & tit. 3. lib. 10. Digestorum,* puta. Fratrem non posse obligare portionem fratris, & creditorem qui reperitur in possessione rei communis, posse prouocare ad diuisionem. *constitutio Imperatoris Alexandri in l. 2. Cod. d. t.* In iudicio communi diuidendo per iudicem est facienda diuisio per assignationem partium vel possessionum diuersarum, & si vna alteri præponderat, veniendum esse ad licitationem, & si alter consortium ex inopia non est par in licitando,

admittendum esse extraneum licitatorem. *constitutio eiusdem in l.3. Cod. d.t.* Diuisionem factam inter fratres, habendam esse ratam, nisi beneficio restitutionis in integrum rescindatur. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.4. Cod. d.t.* Neminem cogendum esse in communione manere. *constitutio eorundem in l.5. Cod. dict. tit.*

LX.

DE ACTIONE AD exhibendum.

DE actione ad exhibendum, *titul. 42. libri 3. Codicis, & titul. 4. lib. 10. Digestorum*, puta. Ratione criminis commissi, persona exhiberi debet. *constitutio Alexandri in l.1. Cod. ad exhibendum.* Contra non exhibentem instrumenta iurandum in litem. *constitutio eiusdem in l.4. Cod. d.t.* Inuasorem instrumentorum, posse criminaliter accusari, & ciuiliter ad exhibendum cogi. *constitutio Philippi Imp. in l.6. Cod. d.t.* Rem deterioratam sua culpa exhibentem in factum, actione teneri. *constitutio Diocletiani & Maximiani Imper. in libro 7. Codic. dict. tit.*

LXI.

DE CONDICTIONIBVS.

DE condictione indebiti, *tit.5. lib.4. Codicis, & tit.6. lib.12. Digestorum*, puta. Indebitum per errorem solutum, condici sine vsuris. *constitutio Seueri & Antonini in l.1. Cod. dict. tit.* Successorem & filium, qui putat se successorem & filium, repetere indebitum, quod eo nomine soluit. *constit. Diocletiani & Maximiani Imp. in l.5. C. d. t.* Naturaliter tantum debitum facti errore solutum, repeti posse. *constitutio eorundem in l. 7. C. d. t.* De condictione ob causam datorum, *tit.6. libr. 4. C. &*

tit.

tit.4.lib.12.Digestorum, puta. Pactum in donatione appositum, ne liceat donatario alienare, operari quod aut pactum seruetur, aut res donata condicatur, & repetatur. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l.3. Cod. dict. tit.* Datum militi occasione procurationis non secutæ, condicendum & repetendum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Imp. in l.5. C.d.t.* Si quid datum est propter causam & propter casum fortuitum res non sequatur, pecuniam datam non repetendam. *constitutio eorundem in lib.10. Cod. d.t.* Aduocationis causa datam pecuniam, etiamsi non susceperunt aduocationem, per illos tamen non stetit, quo minus acceptam fidem impleant, repetendam non esse. *constitutio legis vltimæ eorundem Impp. Cod. d.t.* De condictione ob turpem causam, *tit.7.lib.4. Codicis, & tit.5.lib.12. Digestorum*, puta. Propter turpem causam datum, non repetendum. *constitutio Antonini Imper. in l.2. Cod. d.t.* Officialem, qui prætextu officii aliquid per concussionem accepit, id quod accepit, restituere debere & criminaliter puniendum esse. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l 3. C. dict. t.* Si quid datum fuit ob turpem causam, & accipientis non dantis turpis inuenitur causa, id quod datum est condici, non autem vsuras peti posse. *constitutio eorundem in l.4. Cod. dict. t.* Datum furi vt rem subtractam restituat, quasi turpiter acceptum, restituendum esse. *constitutio eorundem in l.6. C.d.t.* Recipientem pecuniam, vt pecora per eum occultata restituat, teneri illam restituere per condictionem ob turpem causam. *constitutio eorundem in l. vltima Cod. d.t.* De condictione furtiua, *tit.8. libr.4. Codicis, & tit.3. lib.13. Digestorum*, puta. Plures eandem rem furto subtrahentes, in solidum obligari, nec solutionem vnius liberare alium à pœna furti, sed liberare à condictione furtiua. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in lib.1. Codic. d.t.*

LXII.

DE ACTIONIBVS.

VT actiones ab hæredibus & contra hæredes incipiant, *tit.11.lib.4.Cod.* Ne vxor pro marito vel maritus pro vxore, vel mater pro filio conueniatur, *tit.12. lib.4. Codicis*, puta. Vxorem ex contractu mariti non esse conueniendam. *constitutio Diocletiani & Maximiani Imperator. in libro primo Codic. dict. titul.* Pro debito mariti, non posse fieri missionem in bona mariti. *constitutio eorundem in libro secundo Codic. dict. titul.* Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel seruus pro domino conueniatur, *titul.13. dicti libri quarti Codicis*, puta. Filium vt filium non teneri pro debito patris, nec pro officio ab eo male gesto. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in libro secundo Codic. dict. titul.* Quando fiscus vel priuatus debitoris sui debitores exigere possit, vel debeat, *titul. 15. libri quarti Codicis.* De hæreditariis actionibus *titul. 16. libri quarti Codicis*, puta. Creditorem debitori pro parte succedens, pro aliis partibus contra hæredes agere posse. *constitutio Gordiani Imper in libro primo Codic. dict. titul.* Actionem de dote contra hæredes, non contra debitores mariti, dirigendam esse. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in lib.3. Codic. dict. tit.* Creditorem non agere contra legatarios, sed contra hæredes. *constitutio eorundem in l. vltima Codic. dict. tit.* Ex delictis defunctorum, in quantum hæredes conueniantur, *titul.17. lib.4. Codicis*, puta. Actiones ex delicto post litis contestationem transire ad hæredes, nisi quatenus ad illos peruenit. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. vnica Cod. d.t.*

DE

LXIII.

DE INSTITORIA ET EXERcitoria actione.

DE institoria & exercitoria actione, *tit. 25. lib. 4. Codicis, & tit. 3. & tit. 1. lib. 14. Digestorum*, puta. Ex contractu serui institoris, dominum teneri in solidum. *constitutio Antonini Imper. in l. 1. Cod. dict. tit.* Ex deposito facto penes institorem teneri dominum. *constitutio Alexandri Imp. in l. 3. Cod. dict. tit.* Etiam mulieres teneri institoria & exercitoria. *constitutio Diocletiani & Maximiani in l. 4. Cod. dict. tit.*

LXIV.

DE CONTRACTIBVS SERui & filijfamilias.

QVod cum eo qui in aliena potestate est negocium gestum esse dicetur, vel de peculio siue quod iussu, aut de in rem verso, *tit. 26. lib. 4. Codicis, & tit. 5. lib. 14. Digestorum, & tit. 1. 2. 3. 4. libri 15. Digestorum*, puta. Ex officio tutelæ vel curæ gestæ per filium, patrem non obligari nisi peculiotenus, & de in rem verso. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 1. Cod. d. t.* Filiumfamilias posse fideiubere pro alio, si sit ætatis legitimæ. *constitutio Alexandri Imper. in l 5. Codicis dict. t.* Dantem mutuum libero alterius negocium gerenti, si non habuit respectum ad dominum, sed ad illum cum quo contraxit, illum saltem conuenire posse non dominum, nisi pecunia fuisset in rem domini versa, vel dominus contractum ratum habuisset. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 7. Cod. d. t.* Patrem teneri in solidum ex contractu socii, quando mandauit vel iussit eum fieri, vel fideiussit pro eo. *constitutio eorundem in l. 8. C. d. titul.* Filiumfamilias ex contractu licito teneri in soli-

rum. *constitutio eorundem in libr. 9. Codicis dict. titul.* Literas commendatitias & familiares, non introducere obligationem. *constitutio Honorij & Theodosii in libro 1. Cod. dict. tit.*

LXV.

DE COMPENSAtionibus.

De compensationibus, *tit. 31. libri 4. Codicis, & tit. 2. lib. 16. Digestorum*, puta. In quibus casibus cesset compensatio. *constitutio Alexandri in l. 3. C. d. t.* Compensationem vsque ad concurrentes quantitates fieri posse, & impedire vsurarum cursum. *constitutio eiusdem in lib. 4. Codic. dict. tit.* Cauta non tamen recepta, non posse compensari. *constitutio eiusdem in l. 6. Codic. dict. tit.* Neminem posse compensare id quod sibi non debetur. *constitutio Gordiani Imp. in l. 9. Codicis dict. tit.* Qui pro liberando prædio empto aliquid soluit creditori, illud venditori compensare posse cum pretio. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 10. Codicis dict. tit.* Debiti ad debitum admittendam esse compensationem, & quibus in casibus hoc verum non sit. *constitutio Imper. Iustiniani in l. 14. Codicis d. t.*

LXVI.

DE NVNDINIS ET MERCATORIbus & commerciis.

De nundinis & mercatoribus, *tit. 60. libr. 4. Codicis, & tit. 11. libri 50. Digestorum.* De commerciis & mercatoribus, *tit. 63.* Licitum esse ab hostibus furari & prædari, nec cum hostibus populi Romani, vel Sacri Imperii licere mercari. *constitutio Imper. Gratiani in l. 2. Cod. d. t.* Potentiores & nobiliores, se à negotiationibus abstinere debere, vt plebei eo facilius possint negotiari. *consti-*

constitutio Theodosii & Honorij Impp. in l.3. Codic. dict. t. Transgredientes ciuitates prohibitas, vel negociationes prohibitas suscipientes, puniendos esse pœna exilii, eorumque bona publicanda. *constitutio eorundem in l.6. Cod. d.t.*

LXVII.

DE IVRE DELIBERANDI ET DE *adeunda vel acquirenda vel repudianda hæreditate.*

De iure deliberandi & de adeunda vel acquirenda hæreditate, *tit.30 lib.6. Codic & t.2. lib.29. Digest.* puta. Filium soluentem simpliciter debitum patris defuncti, præsumi soluere vt hæredem. *constitutio Alexandri Imp. in l.2. Cod. d.t.* Filium in potestate patris, statim mortuo patre, effici hæredem ipso iure, & hæreditatem transmittere ad hæredes, etiamsi de immixtione aliter non appareat *constitutio Gordiani Imp. in l.3. C. d.t.* Hæreditatem delatam pupillo, debere pupillum adire cum authoritate tutoris. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l.5. Cod. dict. tit.* Eum qui de hæreditate sibi relicta testatur, eo ipso ipsam adire censeri. *constitutio Diocletiani & Maximiani in l.6. Codic. dict. tit.* Hæreditatem fratris non aditam, non transmitti. *constitutio eorundem in l.7. Cod. dict. tit.* Patrem hæreditatem filio delatam, sine filii voluntate repudiare non posse. *constitutio eorundem in libro 11. Cod. dict. tit.* Quolibet die posse quem hæreditatem adire. *constit. Theodosii Imp. in l.17. Cod. d.t.* Hæreditas infanti delata, quomodo aditi possit. *constitutio Theodosii & Valentiniani in l.18. Cod. dict. tit.* Ius deliberandi hæreditatem à quo tempore currat, & ad quem gradum transmittatur. *constitutio Iustiniani Imper. in l.19. Codic. d.t.* Institutus in diuersis partibus, an possit vnam partem amplecti & alteram repudiare. *constitutio Iustiniani Imperat. in libr.20. Cod.*

Cod. d. t. Si quis dubitat de viribus hæreditatis, quomodo ſuccedere poſſit, vt euitet damnum. *conſtitutio eiuſdem in libro vigeſimo ſecundo Codic. dict. tit.* Hæres conficiens inuentarium, ad quid teneatur. *conſtitutio eiuſdem in dict. leg. 22.* Hæres quas expenſas deducere poſſit, antequam ſatisfaciat creditoribus. *conſtitutio eiuſdem in verſ. in computatione autem, in d. l 22. Codic. dict. t.* Hæres inuentarium non conficiens ad quid teneatur, *ibid. in §. Si vero. Cod. dict. titul.* De repudianda vel abſtinenda hæreditate. *tit. 31. lib. 6. Cod.* Semel ſe gerentem pro hærede per repudiationem, non deſinere eſſe hæredem. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 4. Codic. dict. tit.* Pupillum hæreditatem etiam damnoſam repudiare non poſſe. *conſtitutio eorundem in l. 5. Codic. dict. tit.*

LXVIII.

DE IIS, QVIBVS VT INDIGNIS *hæreditas aufertur.*

DE iis quibus vt indignis hæreditates auferuntur, & ad Senatuſconſultum Syllanianum *tit. 35. lib. 6. Codicis, & tit. 5. lib. 29. Digeſtorum*, puta. Hæredem, qui non vindicauit necem defuncti, conuictum de negligentia, teneri reſtituere hæreditatem. *conſtitutio Seueri & Antonini in l. 1. Cod. dict. t.* Eum qui expenſas funeris non fecit, vt teſtator iuſſit, non propterea remouendum vt indignum. *conſtitutio Imp. Alexandri in l. 5. Cod. d. t.* Si occiſores non reperiuntur, non puniri hæredes ſi eos non accuſant. *conſtitutio eiuſdem in l. 7. Cod. dict. tit.* ſi tamen ad notitiam poſtea deuenerunt, debent eos accuſare, ſi nolunt hæreditate priuari. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 9. Cod. d. t.*

LXIX.

AD LEGEM FALCIDIAM.

AD legem Falcidiam, *tit. 49. lib. 6. Codicis, & titul. 2. lib. 35. Digest.* puta. Soluentem scienter, quod per Falcidiam retinere poterat, non dici plus debito soluere. *constitutio Seueri & Antonini Impp. in l. 1. Cod. dict. t.* Falcidiam minuere omnia legata pro rata. *constitutio eorundem in l. 2. Cod. d. t.* Ablata hæredi tanquam ab indigno, legata non minuere nec augere. *constitutio Alexandri in l. 3. Cod. d. t.* Falcidiam etiam locum habere, licet Principi legatum sit relictum. *constitutio eiusdem in l. 4. Cod. d. t.* De donatione causa mortis etiam detrahi Falcidiam. *constitutio eiusdem in l. 5. Cod. d. t.* In testamento militis, Falcidiam non habere locum. *constitutio eiusdem in lib. 7. Cod. d. t.* An testator possit prohibere, ne hæres Falcidiam detrahat. *constitutio Iustiniani Imper. in Authen.* Sed cum testator. *Cod. d. t.* De relictis ad pias causas, non detrahi Falcidiam. *constitutio eiusdem, in Auth. similiter. C. d. t.* Errorem facti non impedire, quin quarta Falcidiæ soluta, repetatur. *constitutio Gordiani Imp. in l. 9. C. d. t.* Hæredem grauatum de restituendo, transmittere ad suos successores, id quod poterat retinere ratione Falcidiæ. *constitutio eiusdem in l. 10. Codic. d. t.* Testatorem non posse Trebellianicam prohibere. *constitutio eiusdem in l. 11. Cod. d. t.* Nec de dote prædiorum, nec de instrumentis Falcidiam detrahendam. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 16. Cod. dict. tit.* Si æs alienum absorbet totam defuncti substantiam, legata non deberi, & frustra de Falcidia quæri. *constitutio eorundem in l. 16. Cod. d. t.* An testator possit prohibere Falcidiam. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 18. C. d. t.*

DE

LXX.

DE BONIS MATERNIS *& liberorum.*

DE bonis maternis, *t.59. Codicis*, puta. In rebus maternis delatis, filio in potestate constituto, patrem habere solum vsumfructum, non tamen posse illas alienare in præiudicium filiorum. *constitutio Constantini Imp. in l.1. C.d.t.* Prouenta filio ex genere materno quocunq; titulo, patri acquiri solum quoad vsumfructum, ideoq; patrem ea non posse alienare. *constit. Arcadij & Honorij in l.2. C.d.t.* Patrem per transitum ad secunda vota, non perdere vsumfructum sibi quæsitum in rebus filiorum, *constitutio Imper. Leonis in l. 4. Codic.d.t.* De bonis, quæ liberis in potestate constitutis, ex matrimonio vel alias acquiruntur, & eorum administratione, *tit.60. lib.6. Cod.* puta. Lucra nuptialia non quæri patri per filium, nisi quoad vsumfructum, sicut nec bona materna. *constitutio Theodosii & Valentiniani Impp. in l.1. C. d.t.* Quamuis lucrum ex coniugio filio in potestate quæsitum, patri non acquiratur, nisi quoad vsumfructum, tamen dotem, vel donationem propter nuptias, ipsi lucranti ab ipso patre datam vel constitutam, ad patrem redire. *constitutio eorundem in l.2. Cod. d t.* Filiumfamilias in lucris nuptialibus liberos suos habere hæredes, mortuis liberis auum paternum in lucris istis habere vsumfructum, maternum vero succedere in proprietate à se datorum. *constitutio eorundem in l. 3. Codic. d.t.* Quomodo in lucris nuptialibus succedatur. *constitutio Leonis & Antonini in l.4. Cod.d.t.* Sicut quæsita à marito vxor non acquirit patri, nisi quoad vsumfructum, sic nec quæsita à sponso. *constitutio eorundem in l.5. Cod. dict. tit.* Quibus in bonis acquisitis patri acquiratur vsusfructus. *constitutio Iustiniani Imper. in libr. 6. Cod.d.t.* Donata à principe vel ab Augusta, non quæri

patri.

patri, quoad vsumfructum, sicuti nec castrensia. *constitutio eiusdem in l.7.Cod.d.t.* Filio repudiante hæreditatem an pater eam quærere possit. *constitutio eiusdem in l.8.Codic.dict.tit.*

LXXI.
DE VSVCAPIONIBVS ET *præscriptionibus.*

DE vsucapione pro emptore vel transactione, *titul. 26.libri 7.Codicis*, puta. Ementem rem ab eo qui non habet ius vendendi dominium non acquirere, nec etiam vsucapere. *constitutio Antonini Imper.in l.1.Cod. d.t.* Prohibitionem alienationis per defunctum factam impedire rei istius vsucapionem. *constitutio Alexandri in l.2.Cod.dict.t.* Malæ fidei possessorem, partem quam possidet, nec præscriptionem nondum completam tueri, possessorem contra dominum vendicantem. *constitutio Gordiani Imper.in l.5.Cod.dict.tit.* Vitium furti impedit vsucapionem, etiamsi emptor quis sit bonæ fidei. *constitutio Philippi Imper.in l.6. Cod dict.tit.* Ementem à pupillo sine tutore, non vsucapere rem. *constitutio eiusdem in l.vlt.Cod.dict.tit.* De vsucapione pro donato, *tit.27.lib.7.Digestorum, & tit.6.lib.41.Digestorum*, puta. Rem affectam vitio furti vsucapi non posse, titulo pro donato. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l.2.Codic.dict.tit.* Ex donatione putatiua & erronea, non procedere vsucapionem. *constitutio eorundem in l. 3.Cod.d.tit.* De vsucapione pro dote, *tit.28.libr.7. Codicis. & titul.9.libr.41.Digestorum*, puta. Rem mobilem in dotem datam si vitium vsucapionem non impedit, vsucapi. *constitutio Alexandri Imper. in l.vnica, Codic. dict.t.* De vsucapione pro hærede, *titul.29.libri 7.Codicis, & tit.5.libri 41.Digestorum*, puta. Vsucapionem pro hærede non procedere in filiis in potestate. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l.2. Cod. dict.t.* Putatiuum hæredem non vsucapere pro hærede, nec

sino

ſine titulo procedere præſcriptionem. *conſtitutio eorundem in l.4.Cod.d.tit.* Vbi deficit titulus, ibi non procedere vſucapionem.*conſtitutio eorundem in l. 9. Cod. d. t.* Vſucapionem legitime inchoatam procedere, niſi interrupta ſit.*conſtitutio Imper. Conſtantini in l. 10. Codic. dict.tit.* De præſcriptione longi temporis decem vel viginti annorum,*tit.33.lib.7.Codic. puta.* Malam fidem authoris,non impedire præſcriptionem longi temporis in perſona emptoris à ſe præſcriptionem inchoantis.*conſtitutio Seueri & Antonini Impp.in l.1.C.d. t.* quæ per conſtitutionem Iuſtiniani Imp.*in Auth.hodie, C.d. t.* ſublata eſt.Præſcriptionem ſortiri effectum, re poſſeſſa bona fide cum titulo per longum tempus non interruptum. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l.2.Codic.d.t.* Sine titulo, non procedere vſucapionem longi temporis.*conſtitutio eorundem in l. 4. C.d.t.* Dolum dantem cauſam contractui bonæ fidei, inualidare titulum ad præſcriptionem longi temporis. *conſtitutio eorundem in l.6.Cod.d.t.* Titulum iniuſtum propter errorem iuris vſucapiendi,conditionem non parere. *conſtitutio eorundem in l.8.cod.dict.tit.* Vſucapionem longi temporis litis conteſtatione interrumpi. *conſtitutio eorundem in l.10.cod.d.t.* Poſſeſſionem continuam longi temporis decem vel viginti annorum, interueniente titulo & bona fide, ſufficere ad vſucapionẽ inchoandam & complendam, tempus autoris etiam additum ſufficere.*conſtitutio Iuſtiniani Imper. in l. 11. codic. dict.titul.* Quando perfecta ſit præſcriptio longi temporis inter præſentes. Quibus non obiiciatur longi temporis præſcriptio,*tit.38.lib.7. codic.* puta. Præſcriptionem longi temporis non currere minori.*conſtitutio Diocletiani & Maximiani in l.3.cod.dict. titul.* Abſenti Reipub. cauſa vel fortuito, non obſtare præſcriptionem. *conſtitutio eorundem in l.4.cod.d. t.* Præſcriptio longi temporis, quot annos habere debeat. *conſtitutio eorundem in libro 7. codic. dict. tit.* Militibus in expeditionibus verſantibus,

bus, succurrendum aduersus præscriptionem. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 8. Cod. dict. t.* De quadriennij præscriptione, *tit. 37. lib. 7. Cod.* puta: Contra fiscum præscribi quadriennio continuo. *constitutio Constantini Imp. in l. 1. C. d. t.* Prætendentem causam à fisco, perpetuo esse tutum, domino tamen rei contra fiscum dari regressum, vsque ad quadriennium. *constitutio Zenonis Imper. in l. 2. Cod. dict. tit.* De præscriptione triginta vel quadraginta annorum, *tit. 39. lib. 7. Codicis*, puta. Sine possessione, nullam procedere præscriptionem. *constitutio Valentis & Valentiniani Impp. in l. 2. Cod. dict. tit.* Actionem personalem durare 30. annis. *constitutio Honorij & Arcadij Impp. in l. 3. Cod. d. t.* Præstationem tributi, quæ fit in recognitionem vniuersalis dominii tempore non tolli. *constitutio Leonis Imper. in l. 6. Cod. dict. t.* Præscriptio triginta annorum quando cesset. *constitutio Iustiniani Imper. in l. 7. Cod. dict. titul.* Præscriptione longi temporis, quæri præscriptori ius rem vendicandi, etiam à quocunque possessore. *constitutio eiusdem in lib. 8. Cod. dict. tit.* Per litis contestationem interrumpi præscriptionem. *constitutio Iustiniani Imper. in lib. 9. Codic. dict. tit.*

LXXII.

DE ACQVIRENDA VEL RETINENDA *possessione.*

DE acquirenda vel retinenda possessione, *tit. 32. libr. 7. Codicis, & titul 1. libr. 41.* puta. Per liberam personam, ignoranti possessionem acquiri; sed solum scienti vsucapiendi conditionem. *constitutio Seueri & Antonini in lib. 1. Cod. d. tit.* Possessionem infanti quæri per seipsum authoritate tutoris, vel per Procuratorem. *constitutio Decij Imperator. in lib. 3. Cod. dict. tit.* In acquisitione possessionis, requiri animum & corpus, in retentione sufficere solum animum. *constitutio Diocle-*

tiani & Maximiani Impp. in l. 4. Cod. dict. t. Ingressum sine causa agrum alienum, teneri restituere illum non præscriptum cum omni sua causa. *constitutio eorundem in libro sexto Codic. dict. tit.* Possessionem & dominium quæri posse per Procuratorem. *constitutio eorundem in lib. 8. Codic. dict. tit.* Dolum Procuratoris coloni vel inquilini, aut alterius possessionem relinquentis dolo aut desidia, domino cuius nomine possidebat, non præiudicari. *constitutio Iustiniani Imperat. in libro duodecimo Codic. dict. tit.*

LXXIII.

DE ALLVVIONIBVS ET *pascuis.*

DE alluuionibus & paludibus & pascuis ad alium statum translatis, *titul. 41. libro septimo Codicis.* Flumen alio auertere esse prohibitum, ripam autem munire esse permissum, & mutato alueo, nō perdi dominium fundi. *constitutio Gordiani Imp. in libr. 1. Codic. dict. titul.* Accrescenti emolumentum per alluuionem accrescere & onus. *constitutio Arcadij, Honorij & Theodosii in lib. 2. Cod. dict. tit.*

LXXIV.

DE CESSIONE BONORUM. *norum.*

QVi bonis cedere possunt, *tit. 71. lib. 7. Codicis*, puta. Cessionem bonorum non liberare debitorem, sed facere tantum, ne deducatur in carcerem. *constitutio Alexandri Imp. in l. 1. Codic. dict. tit.* Facta cessione bonorum, non posse creditores bona propria authoritate tenere iure dominii, secus si data fuerint in solutum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 4. Cod. d. t.*

Nemi-

Neminem posse cedere bonis, vt onus publicum vel munus euitet. *constitutio eorundem in l.5. Cod. dict. titul.* Filiumfamilias siue habeat castrense peculium, siue non, posse cedere bonis. *constitutio Iustiniani Imp. in l. 7. Cod. dict. tit.*

LXXV.

DE OPERIBVS PVBLICIS.

DE operibus publicis, *titul. 12. libr. 8. Codicis*, puta. Iudicem non posse immunitatem concedere ab opere publico. *constitutio Constantis & Constantini Impp. in l. 1. Cod. dict.* Prætoria & domus publicas, non esse in vsus priuatos conuertendas. *constitutio eorundem in lib. 3. Codic. dict. tit.* Ad constructionem aquæductus vel portus, seu murorum refectionem, quemlibet conferre debere, non obstante dignitatis priuilegio. *constitutio Gratiani, Valentiniani & Theodosii in lib. 5. Cod. dict. tit.* Incolas ciuitatis, debere conferre ad constructionem operis publici. *constitutio Arcadij & Honorij in libr. 11. Cod. dict. tit.* Ædificia cohærentia operibus publicis, propter quæ formidari possunt incendia, vel insidiæ, vel per quæ angustantur spacia platearum, esse prosternenda & diruenda. *constitutio eorundem in libro 13. Codicis dict. tit.*

LXXVI.

DE EVICTIONIBVS.

DE euictionibus, *tit. 45. libr. 8. Codic. & tit. 1. libr. 21. Digestorum*. puta. Emptorem vniuersitatis non agere pro euictione rei suæ, nisi hoc specialiter sit promissum. *constitutio Seueri & Antonini in l. 1. Cod. dict. t.* Antequam res euincatur, de euictione non agendum, etiamsi res alii sit obligata. *constitutio eorundem in libro 3. Cod. dict. tit.* Emptorem cui res est tradita, posse agere vt libera tradatur, & si conuenitur de precio, posse

excipere de re non tradita. *constitutio Antonini Imp. in l.5. Cod. dict. tit.* Venditorem, licet se non obligauerit de euictione, tamen ex natura contractus teneri de euictione. *constitutio Alexandri Imper. in l.6. Cod. dict. tit.* In causa euictionis, posse agi etiam pro interesse meliorationis. *constitutio eiusdem in l.9. Codic. dict. tit.* Rem venditam in causa iudicati non posse per debitorem euinci, & si euincatur ab alio, teneri debitorem de euictione. *constitutio Gordiani Imper. in l.13. Cod. d. t.* Filium non posse euincere rem quam pater eius vendidit. Res euicta vel eius parte venditorem teneri de euictione, in qua veniunt impensæ factæ ad perpetuam rei vtilitatem deductis fructibus, ipsum autem euincentem non teneri ad restitutionem precii. *constitutio Diocletiani & Maximiani Imperatorum, in lib.16. Codic. dict. tit.* Emptorem qui præscripsit se tueri debere exceptione præscriptionis, nec timere euictionis periculum. *constitutio eorundem in l.19. Codic. dict. tit.* Res euicta post denunciationem absente reo vel absente actore, ad interesse agi, nec non ad precium. *constitutio eorundem in lib. 23. Cod. dict. tit.* Cum in limine contractus imminet euictio, emptorem precium soluere non teneri; vel residuum precii, etsi soluit repetere, nisi de euictione satisdatur. *constitutio eorundem in l.24. Cod. d. t.* Hominem mortuum non esse euincendum. *constitutio eorundem in l.26. Cod. d. t.* Eum qui scienter emit rem alienam vel alij obligatam, sibi imputare debere; nisi expresse de stipulatione sit stipulatus. *constitutio eorundem in libr. 27. Cod. dict. t.* In contractu permutationis venire euictionem, dum tamen interueniat denunciatio. *constitutio eorundem in l.29. Cod. dict. tit.* Creditorem euictionem pignoris non debere, *tit. 46. lib. 8. Codicis, d. t.* puta. Creditorem vendentem iure creditoris, rem quam putabat esse debitoris non teneri de euictione, nisi expresse promiserit. *constitutio Alexandri Imper. in libro primo Codic. dict. tit.* Creditorem vendentem iure pignoris, teneri de

ri de euictione duobus in casibus, quando vel expresse se obligauit de euictione, vel quando mala fide contraxit, sciens rem esse alterius & non debitoris. *constitutio Gordiani Imperat. in l. 2. Cod. d. t.*

LXXVII.

DE PATRIA POTESTATE, *adoptionibus & emancipationibus.*

DE patria potestate, *tit. 47. lib. 8. Codicis*, puta. Quod habet filius, præsumi ad patrem pertinere. *constitutio Antonini Imp. in l. 2. Cod. dict. tit.* Filium res acquisitas alienare non posse, & si patrem offendit, posse castigari per patrem, & si est necessaria seuerior castigatio, patre petente, iudicem debere eum punire ea pœna quam pater dictauerit. *constitutio Alexandri Imp. in l. 3. C. d. t.* Quæstiones domesticas inter matrem & filium esse dirimendas, si vero necessarium est iudicium, tunc illud coram iudice fieri debere. *constitutio Valeriani & Galieni Impp. in l. 4. C. d. t.* Filium teneri matrem alere pauperem. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 5. C. d. t.* Filium à patre vendendum non esse. *constitutio eorundem in l. 6. C. d. t.* Patrem negantem quem esse filium, nihilominus alimenta debere præstare. *constitutio eorundem in l. 9. C. d. t.* De adoptionibus, *tit. 48. lib. 8. C. & tit. 7. l. 1. Digest.* puta. Mulierem non posse quem adoptare in filium, nisi permissu Principis in solationem liberorum amissorum. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in l. 5. Cod. d. t.* Arrogationem non posse fieri sine Principis authoritate. *constitutio eorundem in lib. 6. Cod. dict. t.* Per adoptionem, patriæ nihil detrahi. *constitutio eorundem in l. 7. C. d. t.* In adoptionem extraneo datus, an perdat iura patris naturalis & ius succedendi & testamento vel ab intestato. *constitutio Iustiniani Imp.*

in l.10. Cod. dict. tit. De emancipationibus liberorum, *tit.49. lib.8. Cod.* puta. In emancipationibus & donationibus, potius attendi veritatem quam scripturam. *constitutio Diocletiani & Maximiani Impp. in libro secundo Codic. dict. tit.* Omissa solennitate emancipationis, non valere actum. *constitutio eorundem in l.3. Codic. dict. tit.* Absentem & infantem non posse emancipari, nisi ex rescripto Principis. *constitutio Anastasii Imper. in l.5. Cod. dict. tit.* Emancipationem debere fieri coram iudicibus competentibus & per emancipationem non solui iura agnationis. *constitutio Iustiniani Imp. in lib.6. Cod. dict. tit.*

LXXVIII.

DE INGRATIS LIBERIS.

DE ingratis liberis, *titul.50. lib.8. Codicis*, puta. Filium emancipatum propter ingratitudinem, reducendum in patriam potestatem. *constitutio Valentiniani, Valentis & Gratiani Impp. in leg. vnica, Codic. dict. tit.*

LXXIX.

DE CONSVETVDINE.

QVæ sit longa consuetudo, *tit.53. libr.8. Codic.* puta. Magnam esse authoritatem consuetudinis, non tamen tantam, quod vincat vel rationem vel legem. *constitutio Constantini Imper. in l.2. Cod. d.t.* Consuetudinem legem imitantem & antiquitus approbatam, seruandam esse. *constitutio Leonis & Antonini in libr.3. Cod. dict. tit.*

LXXX.

DE BONIS VACANTIBVS.

DE bonis vacantibus, *tit.10. libr.10. Codicis*, puta. Vacantia mortuorum bona tunc ad fiscum deferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea vel iuris titulo reli-

reliquerit legitimum inteſtatus hæredem. *conſtitutio Honorij & Theodoſii Impp.in l.4.C.d.t.* Theſaurus quando inuentoris ſit. *conſtitutio Imperat. Leonis, in l.vnica Cod.de theſauris,lib.10.tit.15.*

LXXXI.

DE HONORIBVS ET MVNEribus, & qui ab illis excuſantur.

DE honoribus & muneribus non continuandis inter patrem & filium. *constitutio Seueri & Antonini Impp.in l.1.& Gordiani in l.2.& 3.Cod.d.t.lib.10.tit.40.* De muneribus patrimoniorum, *titul.41. lib.10.Cod.* De excuſationibus munerum, *tit.47.lib.19.Cod.* De quibus muneribus vel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare, *t.48.lib.10.Cod.* Qui ætate vel profeſſione ſe excuſant, *t.49.lib.10.Cod.* puta. Liberalium artium, maxime iurium, ſtudioſos vacationem à munerib.publicis, vſq; ad 25.ætatis annum, habere. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Imperatorum, in l.Cod.d.t.* Maiores 55.annis ad munera perſonalia vocari non poſſe. *conſtitutio eorundem in l.3.C.d.t.* De iis qui morbo ſe excuſant. *tit. 50.lib.10.Cod.* puta. Cæcitatem excuſare à muneribus. *conſtitutio Gordiani Imp.in l.1.C.d.t.*. Podagræ morbum non excuſare à muneribus, niſi quis ita laboret, vt ſuis ſupereſſe rebus non poſſit. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Impp.in l.3.C.d.t.* De iis qui numero liberorum vel paupertate excuſationem meruerunt, *t. 51.lib.10.C.* puta. Numerum liberorum ab oneribus non excuſare. *conſtitutio Antonini Imp.in l.1.C.d.t.* Amiſſionem facultatum omnium, à muneribus excuſare. *conſtitutio Diocletiani & Maximiani Imp.in l.4.C.d.t.* Quinque liberos à muneribus & oneribus perſonalibus excuſare. *conſtitutio Conſtantini Imp.in l.vlt.Cod.d.t.*

LXXXII.

DE ATHLETIS ET GLADIATORIBUS.

DE Athletis, *titul.58.libr.10. Codicis*, puta. Quando athletæ excusationem à ciuilibus muneribus habeant. *constitutio Alexandri Imp. in l. vnica Cod. dict. tit.* De gladiatoribus, *tit. 43 lib.11. Codicis*, puta. Gladiatores in Republ. non esse ferendos. *constitutio Constantini Imp. in l. vnica Codicis, d.t.*

LXXXIII.

DE LEGATIONIBVS.

DE Legationibus, *tit.63.lib.10.Codicis*, puta. Patrem trium incolumium liberorum, legationibus publicis liberari. *constitutio Valentiniani & Galieni in libro 1.Cod.dict.tit.* Qui ex artificibus excusationem à muneribus publicis habeant. *constitutio Theodosii & Valentiniani in l.1.& 2.Codic.de excusationibus artificum, tit.64.lib.10.Codicis.*

LXXXIV.

DE NAVFRAGIIS.

DE Naufragiis, *tit.5.lib.11.Codicis*, puta. Facto naufragio, bona nihilominus dominorum esse, nec ad fiscum pertinere. *constitutio Constantini Imper. in libr.1. Cod.dict.tit.*

LXXXV.

DE MENDICANTIBVS.

DE mendicantibus validis, *titul. 25. libri 11. Codicis*, puta. Qua pœna afficiendi mendicantes validi. *constitutio Valentiniani Imp. in l. vnica, Cod.d.t.*

DE

LXXXVI.

DE EXHÆREDATIONE.

DE causis ex quibus liberi exhæredari possunt, de causis propter quas parentes exhæredantur, & vt non liceat creditori hæredes defuncti molestare ante nouem dies. *constitutio Iustiniani Imp. in Nou. 115.*

DE LEGIBVS ET INSTITVTIS *Spartanæ reipublicæ.*

QVemadmodum vero leges istæ obseruatu dignæ: ita non inutiles Spartanæ sunt, si cum iudicio legantur. Et egerunt de his Xenophon *in Spartana Repub. Plutarch. in institutis Laconicis & vita Lycurgi, & præceptis gerendæ Reip.* & Plato *in Hippia maiore, & 3. de Legib. Arist. polit. 2. c. 9.* Prima de Religione, est ista: Sacrificia quam minimo sumptu instituantur: cuius ratio, ne pauperes prohibeantur sacra peragere, & Deos colere. *Plutarch. in Lycurgo.* Votis & precib. illud petendum: vt honesta eueniant ex bonis actionib. iniuriam homines ferre possint. *Plut. in instit. Laconicis, Plat. in Alcibiade 2. & 3. de Legib.* Secunda, de Magistratu & officiis publicis. Publico officio nemo, nisi ciuis, fungatur: & quidem ita, vt virtutis hac in re maior, quam diuitiarum, aut generis habeatur ratio. *Plutarch. in Lycurgo, & Apophthegmatis Laconicis, Plato 3. de Legib.* Tertia de Coniugiis & matrimoniis. Coniugia legitime, & quoad fieri potest, inter pares instituantur. *Xenophon de Repub. Spartana.* Dotis non magna cura sit, eo quod dos magna parentum virtus habenda. *Plutarch. in Apophth. Lacon.* Et spectandi mores: eligenda vxor, non pecunia: cauẽdum, ne ob dotem seruus maritus fiat. *Plut. in Lycurgo. Iustinus lib. 3.* Quarta de vita & moribus instituendis. Nemo peregrinam disciplinam admittat, aut suo viuat arbitratu, sed legum propositũ præscriptum habeat. *Plut. in Lycurgo. Plato in Hippia maiore.* Quinta de libero-

rum institutione. Ciuitatis ius amittat parens, qui liberorum suorum ferre institutionẽ non potest: quia nihil boni inde sperandum, cum iuuentus indulgenter educatur. *Plut. in Lacon. instit.* Neq; liceat cuiquam aut leges mutare, aut præter consuetudinem liberos erudire. *Plato in Hippia maiore.* Sexta de officio adolescentum. Maiorum imperium omnes iuniores patiantur: senioribus honorem exhibeant: eorundem reprehensiones patienter ferant: puniti, querelas domum si attulerint, adhuc grauius à parentibus puniantur: in incessu, gestib. similibus aliis turpe nihil committant. *Plut. in Lycurgo & præceptis gerendæ Reipub. & Instit. Lacon. Xenophon de Repub.* Iunioribus non permittatur in leges inquirere, recte nec ne illæ latæ sint, quia inde contemptus legum & contumacia oritur. *Plato 1. de Leg.* Quin potius tria illa discant: bene obtemperare: labores ferre: in pugna aut vincere aut mori. *Plut. in Inst. Laconicis.* Septima de bonis & facultatibus. Nemini vendere aut emere possessiones liceat, vt alienatio prohibeatur, auertatur luxus & insolentia. *Plut. in Lycurgo, Arist. Polit. 2. c. 9.* Octaua de ebrietate vitanda. Nisi siti vrgente, nemo bibat: ebrietatem discant vitare liberi, seruorum ebriorum exemplo; vtpote, quæ & animis & corporibus nocet. *Xenophon de Spartana Repub. Plut. in Instit. Laconicis.* Nona de ignauia. Ignauus ignominia afficiatur, iudicetur indignus, qui in eodem cum aliis contubernio viuat: quod ignauia, omnium vitiorũ nutrix, & priuatim & publice perniciosa est. *Xenophon de Spartana Repub.* Decima de bello. Aduersus eosdem hostes bellum sæpe non geratur: quia ita fortes & periti rei bellicæ hostes redduntur. *Plut. in Lycurgo.* Clypeum in prœlio qui amiserit, infamia notetur: hostibus fugientibus non insistatur, quia & turpe, fugientes trucidare: & eosdem persequi, periculosum: & ordo ita turbatur: & admodum graue, cum desperatis pugnare. *Plutarch. in Lycurgo. Pausanias in Messeniis.*

DE

DE LEGIBVS ATHENIENSIS Reipublicæ.

PRima huius de vindicatione est. Si cui plaga data, aut illata vis fuerit, liceat ei, qui velit, aut possit, in ius eum trahere, qui iniuriam intulit. *Demosth. aduersus Midiam.* Secunda de Seditionibus. Infamis habeatur, qui orta seditione, non iustiori causæ se adiungit: quia boni ciuis est Reipub. casibus affici, & cum bonis Reip. iuuãdæ causa, periculum potius subire, quam extra discrimen expectare, quo victoria inclinatura sit. *Plut. in Solone, & Reip gubernandæ præceptis.* Tertia de dotibus. Nupta ad sponsum, præter tres vestes & supellectilem mediocrẽ nihil adferat: ratio, quia nõ debent venales esse nuptiæ, nec cõtrahi mercedis, sed amoris causa. *Plut. in Solone.* Quarta de educatione liberorum. Filius, qui artem nullam didicerit, alendi parentes necessitate soluatur: idem obseruetur in iis, qui thoro incerto aut inhonesto sunt nati. Huius ratio, quod ibi non honestas contraxit, sed libido copulauit nuptias: & natum esse liberis est opprobrium. *Plut. in Solone.* Quinta de conuitiis & maledictis. Abstinendum maxime in templo, in iudiciis, in curia, in spectaculis: quia argumentum magnum incontinentiæ, vt & prauæ educationis est, moderari irę hic non posse. *Plutarch. ibid.* Sexta est de ignauia. Qua quisque ratione victum sibi paret, an honeste se alat & suos, diligenter & apud Magistratum inspiciatur: afficiatur morte, qui vel inique fecerit quæstum, vel otiosus fuerit deprehensus. Ratio, quia otiosi sunt venenum ciuitatis; sunt proni ad libidines, inuidiam, seditiones, turbas. *Diodorus Siculus libro 2. Franciscus Patricius de Repub. lib. 1.* Septima de ebrietate. Princeps si ebrius deprehẽdatur, aut etiam alius Magistratus, morte mulctetur. *Diogenes Laërtius in vitis Philosophorum, Plutarch. in Solone.* Octaua de bonorum decoctione. Infamis habeatur, qui bona sua decoxerit. *Laërtius ibidem.*

bidem. Nona de mendacio. In foro venali fraus omnis absit: semper mendacium vitetur. *Demosth. in oratione contra Leptinem.* Decima de exportatione frugum. Nihil præter oleum è fructibus vendatur: qui alio fruges exportauerit, eius caput Princeps execretur, aut ærario censum numerare iubeat non exiguum. *Plato in Solone.* Vndecima de fœneratoribus. Patre viuente, filio, qui sub patris est iure, pecuniam credere non liceat: qui fecerit hoc, iacturam pecuniæ faciat. Cuius ratio: quia metuendum, ne filius alieno ære obligatus, vt creditum reddat, vel necem patri machinetur: vel aliunde pecuniam inhoneste quærat. *Alexander ab Alexandro libro 7.* Postrema de gratitudine. Aduersus ingratos non minus, atque aduersus alios grauis criminis reos, actio detur. *Valerius Max. lib. 5. c. 3. Pollux Onomastici 8.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

QVÆNAM LEGVM BONARVM qualitates & conditiones sint?

QVemadmodum variæ à variis leges sunt latæ, ita earundem quoque sunt conditiones consideran dæ. Peius enim esse videtur in legibus constituendis errare, quam hominem interficere: eo quod talis error per multa secula multos necat, & tam animo, quam corpori nocet. *Plato 5. de Leg.*

Cōditiones legū bonæ. Est vero I. conditio bonarum legum: vt instituantur propter iusticiam & vtilitatem publicam, non commodum priuatum paucorum; spectent salutem ciuium, ciuitatum incolumitatem. *Plato in Critia. Isocrates in Panathenaico. Cicer. 2. de Leg.* II. Vt paucę sint & de grauioribus tantum latæ, non multæ: quia quo plures leges iubent, eo lites plures oriuntur ex illarum interpretatione: turbantur ciues multitudine. Et argumētum male constitutæ Reipub. est, vbi multæ leges. Itaque paucas Solon, pauciores Lycurgus tulit. *Plutarch. in vita vtriusque.*

usque.Plato quoque paucissimas esse leges promulgandas putauit: propterea, quod si suo magistratus munere fungatur, legum superuacanea multitudo sit: si non fungatur, molesta & perniciosa. *Alexand. libr. 6. cap. 14.* III. Sint perspicuæ & manifestæ, non obscuræ, & ambigue scriptæ: alias, interpretationes variæ, controuersiæ infinitæ oriantur, necesse est: vt leges non tantum à prudentibus, verum etiam imperitis intelligantur. *Demosth. in Timocratem. Imperator in constitutionibus nouellis 77. Et in iure Canonico, distin. 4. cap. 2.* Atque hac de causa Rullus reprehenditur à Cicerone, quod leges ferat ambiguas: & eadem de causa Antonius quoque in Philippicis perstringitur. IV. Sint scriptę de iis, quę possunt fieri: alias erunt vota inania, non leges, & ad desperationem subditos impellent. *Plato. 5. de Legib. Thucyd. lib. 3.* Hinc Tiberius Cæsar, cum de coercendo luxu legem ferre vellet, videret autem coerceri sumptus immodicos non posse; satius esse duxit, omittere, quod assequi non posset, quam tentare turpiter, quod postea non efficeret. *Alexander lib. 3. c. 11.* V. Sint honestę, iustę, subditis vtiles: quia hic finis legum esse debet: &, quæ controuersias paucissimas pariant, orta dissidia subito tollant. *Isocrates in Nicocle. Et in iure Canonico, distinct. 4 cap. 2.* VI. Sint denique consuetudini, moribus, locis, temporibus, personis conuenientes: respiciant maxime Reipub. cuiusque formam. *Arist. Polit. 2. cap. 4.* Ac propterea leges Platonis Athenæus ridet, quod fictitiis hominibus sint positæ. *Athæneus lib. 12.*

QVAESTIO LXXXIX.

SINTNE MVTANDÆ SÆPE atq; abrogandæ leges, an retinendæ semper?

QVæritur quoque non immerito, An leges semper retinendæ; an vero mutandæ, & introducendæ nouæ

nouæ ſint Et quidem pro mutatione, faciunt illa: quod lex primum ab hominum voluntate dependet, quæ anceps & dubia. Deinde etiam mores antiqui ſæpe mutantur. Tum diuerſitas negociorum, temporum & locorum. mutationes interdum flagitant. Poſtremo leges inter ſe pugnant nonnunquam, aut ſunt plures de eadem re ſcriptæ, non raro etiam ridiculæ & ſtultæ. *Plato 6. de Legibus. Ariſtot. Politic. 2. capite 6. & in hunc Caſus. Liuius Decad. 4. libro quarto. Æſchines in Chteſiphontem. Imperator in Nouellis conſtitutiobus. 13.*

Cōtra mutationem argumēta. Contra mutationem ſtant illa: quod primum leges humanæ cauſam à Principe, robur à conſuetudine habent: vtriuſque contemptum adfert legum crebra mutatio. *Ariſtot. lib. ſecundo Polit. cap. 6.* Manat inde ſecundo loco pernicioſa conſuetudo non obtemperandi magiſtratibus. *Ariſt. ibid.* Experientia docet: tutius degere, qui iiſdem legibus, etiam malis vtantur, eodem modo Rempub. capeſſunt, quam qui mutationibus gaudent. *Thucyd. libro 3.* Huc accedit, quod ſuperioribus negociis melius & rectius eſt olim prouiſum: & quæ conuertuntur, plerunque in deterius mutantur. *Cornel. Tacitus 14. Annalium.* Atque inde Locrenſes mutationes impenſe oderunt: ita, vt ſi quis legem ferre nouam vellet, iuberetur illud facere collo in laqueum inſerto: vt, ſi lex videretur bona, eius autor incolumis abiret: ſin diſpliceret, laqueo ei gula frangeretur. *Demoſth. in Timocratem. Idem de Thurijs affirmat Diodorus Siculus, libro 12.*

QVÆSTIO XC.

VTRVM SATIS SIT, LEGES eſſe bonas? An vero hoc requiratur: vt, in has qui delinquunt, puniantur?

VT recte iſta ſeſe habent de legum mutatione: illud obſeruandum, quod ſapientes monent, ne temere

mere sæpe subitoque, sed maxima tantum vrgente necessitate, vtilitate euidentissima suadente, & paulatim, & cum consensu populi, totiusque Magistratus leges antiquentur, ferantur nouæ: ita in eam cumprimis curam incumbendum est, vt his obtemperetur: puniantur, qui eas contemnunt, aut transgrediuntur. Legum enim vsus non in eo consistit, vt bene illæ scriptæ sint, sed vt his positis pareatur: & melius est, non esse prorsus leges, quam legibus non obtemperare. *Aristot. Politic. 3. capite 8.* Et est Respub. quæ bonas habet leges, his vero non vtitur, incontinenti similis. *Aristot. Politic. 7. cap. 10.* Oriuntur hinc seditiosæ populi voces, & aduersus ipsos principes coniurationes. *Bodinus de Repub lib 3. cap. 1.*

Exempla illorũ, qui legum obseruantes extiterũt.

Itaque non Magistratus solum boni transgressores legis acriter puniuerunt: sed & ipsi obseruantes eorundem extiterunt. Atheniensi in Repub. propterea Democratia magnos habuisse progressus putatur, quod suas leges religiosissime illa obseruarit. *Pausanias in Messenicis.* Laudatur in iure Theodosius Imperator, qui dignam vocem esse Imperantis dixit: LEGIBVS OBLIGATVM ESSE SE PROFITERI. Et Charondas Thuriorum legislator, qui seipsum gladio interemit: cum imprudentia quadam, contra legem à se latam, gladio accinctus, in concionem venisset. *Diodorus Siculus libro duodecimo.* Et Zaleucus Locrensium legislator, qui sibi vnum oculum, alterum filio iussit erui, cum in adulterio deprehensus esset: quod lex vtroque orbari adulterum iuberet. *Valerius Maximus libro sexto, capite quinto.* Et Antiochus Rex, qui ad ciuitates suas scripsit, vt, si quid contra leges iusserit, non sibi obtemperarent. *Plutarch. in Græcis Apophthegmatibus.* Et Carolus ille Magnus sui gladii capulo, cui insignia erant insculpta, edicta mandataque est signare

sua

sua solitus: eiusdem quoque esse dixit, confirmare & defendere leges. *Ægidius Carrocetus de dictis memorabilibus.* Et Lacedæmonij qui non tam de legibus fuerunt soliciti, quam earundem obseruantia & cultu. Vnde legatus Atheniensis, cum domum reuersus Sparta, interrogaretur à Senatu, quomodo Spartani Rempub. suam administrarent: funem, furcam, gladium secum in Curiam attulit, & iis monstratis, in his positam esse salutem ciuitatis, hasce leges Spartanorum esse dixit.

Exempla illorũ, qui leges neglexerunt.

Quemadmodum contra male audiunt apud historicos: Clisthenes Atheniensis, qui Ostracismi autor primo eo punitus est. *Ælianus libr. 12.* Et Pericles, qui legem de nothis & spuriis à se latam abrogari iussit, ne nomen familiæ suæ interiret, cum legitime natos filios amisisset. *Plutarch. in Pericle.* Et Marius, qui cum reprehenderetur, quod contra leges quodam in negocio fecisset: false admodum respondit, se præ strepitu armorum legum audire vocem non potuisse. *Plutarchus in Mario.*

QVÆSTIO XCI.

VTRVM BENE IN CONstituta Repub. pœnæ & animaduersiones necessariæ?

ETsi reperiantur, qui litem exercere ac pugnam existimant cum religione, homines necare & è medio tollere: sint, qui clementiæ laudem captent, nulla re alia ad Deos sese propius accedere, quam hac virtute opinentur: extent, qui interdum dissimulandum & consulto aliquid prætereundum censent; quemadmodum domi puerorũ errata de industria parentes nõ obseruant. *Plut. in præceptis gerendæ Reip.* tamen intempestiua

pestiua & immoderata clementia neutiquam probanda: animaduersiones & pœnæ adhibendæ sunt: idque his monstrari rationibus potest.

Quia I. pœnæ propterea adhibentur, vt his tollantur mali, si esse nocentes voluerint: aut emendentur, si per negligentiam aliquid admiserint. *Seneca 1. de Ira cap. 16.* II. Multitudinis hæc est conditio; vt necessitati potius quam rationi, & pœnis, quam honestati pareant: ideoque instar iumentorum animaduersionibus & pœnis coërcendi, & in officio continendi sunt. *Arist. 10. Eth. cap. vlt.* III. Infliguntur pœnæ non ob præteritum facinus, quod infectum fieri amplius non potest, sed propter futurum, ne scilicet is, qui alteri iniuriam fecit, tale quid iterum committere audeat: cæteri quoque à vitijs deterreantur. *Plato in Protagora. Aristoteles Polit. 7. cap. 11.* IV. Non tantum decentes leges ferre summo bono est: sed etiam sanctitas accurate custodire & ad effectum deducere: transgressores competentibus pœnis subijcere. *Iustinian. Constit. 161.* V. Et delicta si non puniantur, criminis inuidia in Iudicis vel negligentiam vel præuaricationem deriuatur. *Plato lib. 9. de Legibus.* VI. Humanitate ac clementia Magistratus magna ad peccandum facinorosis fenestra aperitur: cum scelera non puniuntur, ad iniuriam inferendam proni homines redduntur. *Aristoteles Rhetor. libro 1. capite 12. Plutarch. in lib. de sera numinis vindicta. Demosthen. in Midian.* Nec male dicitur: Impunitas, peccandi magna illecebra. *Cicer. 3. offic. & pro Milone.* Iniuriæ itidem soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutrix. *Bernhardus lib. 3. ad Eudemum de consideratione.* VII. Etiam parua delicta nō punita nocēt, quia occulte violandarum legum consuetudo serpit: quemadmodum rei familiaris facultates etiam parui sumptus exhauriunt; si sæpe fiant. *Arist. Pol. lib. 5. cap. 8.* VIII. Vt contra supplicia facinoribus imposita, non solum futurorum ma-

Rationes pro pœna animaduersione.

leficiorum sunt inhibitiones, verum etiam consolationes læsorum. *Plut in lib. de sera numinis vindicta.* IX. Et sane hac ratione florentes & beatæ fiunt Respub. quando ciues omnes pœnarum metu à maleficijs abstinent: & beneficiorum præmijs inuitati officium facere student; *Demosth. aduersus Leptinem.* Neque Solon temere dixit, Respub. duabus rebus contineri; pœnis & præmijs. *Plutarch. in Solone, Cicer. in Bruto:* quemadmodum contra X. Vbi nulla seuera iudicia exercentur, etiam bona ingenia corrumpuntur: *Isocrat. in Areopag.* Idem hic quod in strage accidit, cum ipse se populus premit: nemo ita cadit, vt non alium in se attrahat: primi exitio sequentibus sunt. In vita enim nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris causa & autor est. *Seneca libro 1. de vita beata.* XI. Et vt in corpore, si quid eiusmodi est quod reliquo corpori noceat, vri secarique patimur, vt membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat: sic in Reipub. corpore, vt totum sit saluum, quicquid est pestiferum, amputandum est. *Cicer. 8. Phil.* Vt etiam fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: ita animaduersiones magnarum potestatum terrent latius quam nocent. *Seneca lib. 1. de clementia cap. 8.* Ideoq; XII. lex illa Platonis merito laudatur, ne impune quicquam cuiquam esto: exitio, carcere, verberibus, infamia, ære, capite, sontes puniantur. *lib. 9. de legibus.* XIII. In iure grauis Iudicibus pœna constituitur, qui iustitiam facere negligunt, damnum esse iniuriam passo resarcire iubeatur *lib. 7. feud. titulo 53. Et in Constitutionibus nouellis, Const. 30.* Atrocia, inquit Imperator, crimina acerbe puniantur: vt paucorum hominum supplicio omnes reliqui continuò castigentur. Neque inhumanitas hoc: sed potius summa quædam humanitas; cum multi paucorum animaduersione saluantur. XIV. Accedit huc illud, quod DEVS auferre sanguinem noxium iubet de Israël, vt bene illi sit. *Deut. 19.* Benedi-

ctio summa Sacris in Literis ijs promittitur, qui impium arguunt. *Prouerb. 24.* Vt contra XV. Sauli intempestiua clementia in regem Agagum vituperatur. *1. Reg. 15.* Et XVI. qui veterem iniuriam impune & lente fert, nouam inuitat: qui neminem studet offendere, placere & gratificari cupit omnibus, semetipsum in exitium conijcit. *Plut. in Apophtheg. Laconicis.* Maxime vero in re militari opus pœnis est & animaduersionibus: quia prœliorum delicta emendationem non recipiunt. *Veget. de re militari, lib. 1. cap. 13.* Neque vlla negligentia ibi veniam meretur, vbi de salute certatur. *Idem lib. 3. cap. 5.* Et assidue dimicantibus difficile est morum mensuram custodire. *Cassiodorus lib. 1. variarum Epist. 9.* Vires quoq; armis constant, quas vbi à recto tenore desciuerint, oppressura sunt, nisi opprimantur. *Valer. Max. lib. 2. cap. 7. Lipsius Polit. 5. cap. 13.* Pœnarũ deniq; ac disciplinæ effectus quam sit præclarus, exempla testantur Bruti & Cassij in bello ciuili; Alexandri Magni, qui exiguo cum exercitu prope terrarum orbem subegit; & Cyri, qui Persas vicit; & Epaminondæ Thebani, qui quatuor millibus hominum, 24000. Spartanorum superauit; ac Xerxis, qui à 300. Lacedæmonijs ad Thermopylas vexatus hoc se deceptum dixit: quod multos quidẽ homines haberet in exercitu, viros autem disciplinæ tenaces nullos. *Frontinus strategematum lib 3. cap. 2.*

QVAESTIO XCII.

QVÆNAM POENÆ MILITIBVS in bello imposita.

IMperatores & duces boni in castris disciplinæ diligentem semper rationem habuerunt: pœnas vsurparunt partim lenes, partim atroces pro criminum & delictorum conditione. Et quidem in audacia primum, ac Temeritate pœnæ loco adhibita sanguinis missio,

& venæ sectio: vt scilicet, ita superflua sanguinis parte defluxa, magis intra gyrum rationis sese milites continerent. *Alexander ab Alexandro lib 2. cap.3.* Cogitarunt id, quod dictum prudenter & præclare; NIHIL IN BELLO CONTEMNI OPORTERE. *Æmyl. Probus in Thrasybulo.*

Timiditatis & ignauia pœna. II. Timiditatis & ignauiæ fuerunt animaduersiones variæ, Vestis primo mutatio. Constituit enim Charondas Legislator, vt qui arma propria capere recusaret, vestibus muliebribus indutus, quotidie in foro se sistere cogeretur. *Diodorus lib. 12.* Agesilaus eandem ob causam Asiaticos quosdam vestitu nudauit, & sic per agmen incedere iussit. *Alexander lib. 2. c.13.* Danitius Corbulo, Æmilio Rufo propterea vestimenta per lictorem scidit *Frontinus, lib. 4. Arab. cap. 1.* Secunda deinde, missio eorum quæ pudorem incutiunt. Exemplo est Boleslaus tertius rex Polonorum, qui Palatino cuidam, cuius fuga victus exercitus fuerat, leporis pellem, colum & fusum domum misit, timiditatem ita eidem obijciens. *Cromerus, lib.6. Polon. Histor.* Germani veteres ignauos & timidos ita sunt punire soliti: vt in cœno & palude, iniecta insaper crate, eos mergerent. *Corn. Tacit. de Moribus Germanorum.* Etiam talibus pro tritico datum hordeum fuit. *Veget. lib.1. cap. 13. Dion. lib.49. Plutarch. in Marcello. Sueton. in Augusto.* Sed grauius in Iure, qui in acie prius fugam fecit, punitur: & quidem capite propter exemplum.

Armorum amissionis castigatio. III. Armorum omissionis, vel aliæ rationis pœna quoque capitalis: aut si mitigetur, mutatio militiæ est. *Digest. lib. 49. tit. 16. de re militari.*

Desertionis custodia aut stationis. IV. Qui custodiam, stationem, excubias relinquit, pro modo delicti aut castigatur, aut militiæ gradu deijcitur. *Digest. lib. 49. tit eodem*, aut capite plectitur. *Digest. lib. 48. tit. 4.* Exemplo Epaminondas est Thebanus, qui dormientẽ militẽ in excubijs transfixit gladio: affirmans, quod talẽ eũ reliquerit qualẽ inuenerit.

V. Or-

V. Ordines qui deserit in pace, eques gradu pellitur: pedes militiam mutat in bello, idem capite punitur. *Digest. eodem in loco*: aut viuus comburitur: aut venditur, teste *Liuio lib. 44.* *Ordinum desertionis aut pugnæ animaduersio.*

VI. Tempore pugnæ non pugnans morte punitur: quia speciem hoc proditionis habet. Exemplo Metius Suffenus est dux Albanorum. *Liuius Dec. 1. lib. 8.* aut cibum stans capere cogitur per totum bellum. *Alexander ab Alexand. lib. 2. cap. 13.* *Pugnæ tẽpore qui nõ pugnant.*

VII. Prohibitorum à duce commissio, omissio mandatorum capitalis quoque extitit: etiamsi feliciter res gesta fuerit. *Digestorum lib. 19. tit. 16. de re militari.* Exemplo sunt Posthumius, Tiburtus, & Manlius Torquatus, qui hanc ob causam etiam filios suos occiderunt. *Valer. Maxim. lib. 9. cap. 3.* *Mandatorum neglectionis pœna.*

VIII. Omnis quoque contumacia & irreuerentia aduersus ducem vel præsidem militis capite punienda: vt & seditio concitata. Ita tamen, vt leuior sit pœna, si intra vociferationem aut leuem querelam illa fuit mala. Tum enim gradu militiæ deijcitur, aut stipendij priuatione mulctatur. *Digest. lib. & tit. eodem.* Seueræ autem pœnæ exemplum Scipio Affricanus est: qui seditiosos milites in Hispania securi percuti curauit. *Liui⁹ lib. 8. Dec. 3.* Et Decimationes ac Centesimationes institutæ, teste *Suetonio in Caligula.* *Contumacia & seditionis.*

IX. Proditores quoque, transfugæ, huius farinæ alij plerunque capite puniuntur: propterea quod non pro militibus, sed hostibus habentur. *Digest. eodem in loco.* Apud Ægyptios vero proditoribus linguæ fuerunt abscissæ. *Diodorus Siculus lib. 2. cap. 3.* Apud Romanos ad bestias damnati, & his in spectaculis obiecti. *Liuius lib. 51.* Apud Germanos de arboribus suspensi. *Cornel. Tacit. de Moribus Germanorum.* *Proditionis.*

X. Furta præterea & rapinæ militares impunitę minime manserunt. Verberare iubet Imperator eum qui pullum alienum rapit: qui ouem contingit: qui vuam *Furtorum & rapinarum.*

ptione. *Plutarch. in Solone. Polyb. lib. 4. Gell. lib. 2. cap. 12.* Quod tamen controuersum esse videtur: etiam à Plutarch. reprehenditur *in libello de sera numinis vindicta.* idque hoc argumento: quod si nulli medij vel neutrales; inter dissidentes partes pax & concordia constitui non potest. Veruntamen defendi hæc & lex & pœna potest: si partes quis sequatur iustiores, non belli persequatur extrema. His rationibus quidem, vt alterutram partem defendamus, dignitas requirit, suadet Reipubl. vtilitas, officij ratio flagitat: & denique illi, qui neutram partem offendere volunt, vtrique tandem præda fiunt: à victis odium, à victoribus iniuriam referunt: quod accidisse Sabaudo legimus *apud Iouium lib. 34. in bello Caroli V. & Francisci I. regis Galliarum.* Postremo, illud in animaduersionibus militaribus obseruatum semper: perraro bis delictum Imperatores venia dignum iudicasse: iuxta Catonem *apud Vegetium, lib. 1. cap. 3. de re militari.* Non licet in bello bis peccare: vbi si quid perperam offenditur vel temeritate, vel inscitia quadam, emendari non potest. Parua in bello offensa, magnarum sæpe rerum momenta facit. *Alexander ab Alexandro lib. 2 cap. 13.*

QVÆSTIO XCIII.

DE MAGISTRATVVM POEnis. Quænam quibus impositæ?

ETiam de Magistratuum pœnis & animaduersionibus agendum: propterea quod 1. horum delicta esse occulta nequeunt: grauiora 2. habentur, ratione eorum, à quibus committuntur 3. Iniquum videtur eos qui aliena crimina puniunt, ipsos criminibus obnoxios esse. Quin etiam exemplo tales nocent plurimum. Quemadmodum delicta, quæ inter nauigandum committuntur, si quis nautarum deliquerit,

paruum est damnum: sin gubernator aberrarit, criminis calamitate vectores omnes inuoluit: ita plebeiorum peccata non in populi, sed ipsorum damnum cadit: Magistratuũ cõtra peccata ad vniuersos pertinent.

Puniuntur qui officia publica ferre recusant.

Hinc I. qui Reipub. ferre onera & officia recusant: mulctis, acceptis pignoribus & distractis, puniuntur. *Plato 1. de Rep. 6. & 12. de Leg.* II. Virtuti honos necessario datur: subtrahitur autem, cum liberum est admittere aut reijcere officia publica. Tertio florens & beata redditur Respub. cum ad eius gubernacula viri boni sedent, honorum alias minus appetentes. Quarto, paratur, quæ necessaria Reipub. ciuium obedientia. Malunt enim bonis & sapientibus, quam improbis ciues morem gerere. Quinto, hoc neglecto multi boni viri obscuri manent, qui inclarescere alias possent: quandoquidem Magistratus, vt ille ait, Virum facit & ostendit. Postremo, etiam lingua ita præcluditur improbis, cum boni euehuntur. *Plato Epist. 9. Arist. 2. Polit. cap. 7. Plut. in præceptis gerendæ Reipub.*

Contra eos qui Magistratus & officia publica ambiunt.

Contrario vitio laborantes & qui Magistratus ambiunt in Repub. etiam puniuntur. *Plato lib. 8. & 1. de Repub. Aristot. Polit. 2. cap. 9. Instit. 4. tit. 18. de Iudicijs publicis, in Nouellis constit. Constit. 8. Digestor. lib. 48. tit. 14. & Codic. lib. 9. tit. 26. de Ambitu.* Et quidem mulcta atque pœna constituitur centum aureorum, cum infamia & deportatione. Nec desunt rei huius rationes: quia dignitas virtute, non pecunia, est comparanda. 2. Non excludenda ab honoribus & officijs publicis honesta paupertas. 3. Quod emitur, idem facile & venditur: & quidem iure facere hoc licet. *Arist. Polit. 2. cap. 9.* Vsum si quis quæret, apud Ciceronem deprehendet in orationibus *pro Plancio, pro Muræna, & in Vatinium, lib. quoque 2. in Verrem*: vbi reprehenditur acriter Verres hoc nomine, quod Sacerdotia & officia publica alia vendiderit. Laudatur vero Respubl. Romana, quod prohibuerit Ambitum: vt vitupera-

superatur Carthaginensis, in qua venales Magistratus fuerunt. *Polyb. lib. 6.* Commendatur quoque Alexander Seuerus apud Lampridium: ac Leo Armenius apud Zonaram, & Alexius apud Nicetam, quod emi pecunia Magistratus & officia publica noluerint.

Munera qui accipiunt.

III. Etiam munera in iudicando, aut alijs gubernationibus publicis qui accipiunt, morte mulctantur, *apud Platonem, lib. 12. de Leg.* quia hoc periculosum ciuibus, ipsi Magistratui ignominiosum est. *Arist. Polit. lib. 4. c. 7.* Extat quoq; hac de re lex 12. Tab. IVDEX, QVI OB REM DICENDAM PECVNIAM ACCEPISSE CONVICTVS EST, CAPITE PVNIATVR. *Et Instit. 4. tit. 18. Digest. 48. tit. 11. & Cod. 9. tit. 27.* constituitur pœna capitis vel æstimatio sumptuum litis, vel deportatio, vel infamia, vel ignis. Exemplo Cambyses est, qui in Sisamnem Iudicem corruptum seuere animaduertit. *Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3.* Et Alexander Seuerus, qui si quem videret iudicem, furem, aut largitionibus corruptum, porrectum in eum digitum habuit, vt illi oculum erueret. *Lamprid. in Seuero.* Nec desunt pœnæ rationes. Quia 1. non tanquam ad nundinas & mercatum, ita Reipub. gubernacula est accedendum. *Plut. in præceptis gerendæ Reipub.* 2. Magistratus præmium est honos: vlterius aliquid qui appetit, tyrannus fit: neque quisquam Reipub. vnquam bene consulet, qui compēdij sui rationem habet. *Demosth. in Orat. de Republ. ordinanda.* Postremo, perfidia contra omnia diuina & humana iura censenda, cum quis iusiurandum suum pecunia vendit. *Gellius lib. 20. cap. 1.*

Pecunias publicas qui subtrahunt.

IV. Qui tempore administrationis publicæ pecunias publicas subtrahunt, etiam lege Iulia capitali animaduersioni subijciuntur. *Instit. 4. tit. 18. Cod. lib. 9. tit. 28.* Exemplum est huius insigne in Verrinis actionibus, & in Oratione de prouincijs consularibus: vbi accusatio instituitur, quod publicæ pecuniæ subtra-

ctæ, inque priuatum conuersæ visum fuerint.

Qui à rationib. reddendis esse immunes cupiunt.

V. Pœna & ille dignus iudicatur qui à reddendis rationibus immunis esse cupit. *Plato 6. de Legibus. Aristoteles lib. 2. Politicorum cap. 7. & lib. 1. Cod. tit. 47. Et in Nouell. constit. const. 95.* Nec desunt rationes pœnæ. Quia alias exhauritur ærarium: deinde locum largitiones inueniunt: tum etiam valet ac dominatur Ambitus, qui tamen (vt ante ostensum) grauiter puniendus est. Exemplum apud Demosthenem est *in oratione de falsa legatione*, vbi Iudices orator hortatur, vt ab Æschine rationes rerum gestarum poscant. Et apud Ciceronem *libro quarto Verrinarum actionum*: vbi rationes exigit orator à Verre expensarum & acceptarum tabulas poscit.

Qui priuata authoritate publica tractãt.

VI. Puniuntur ij etiam, & quidem capitis pœna, qui priuata authoritate, publica negocia gerunt: pacem aut bellum iniussu populi faciunt. *Plat. 17. de Leg.*

Qui male legationes obeunt.

Quemadmodum & VII. illi qui male legationes obeunt, hoc argumento: quod legati publicam personam repræsentant: imo Respubl. & regiones illas, à quibus mittuntur. Deinde authoritas ipsius Dei polluitur, qui legatorum esse vindex solet. *Plato 12. de Legib.* Exemplo sunt rei huius orationes duæ contrariæ, insignes Demosth. & Æschinis *de falsa legatione.* Et Philippicæ: vbi ad Antonium missi legati reprehenduntur, quod timidi extiterint: non rationem habuerint dignitatis ac maiestatis Romani Imperij.

QVÆSTIO XCIV.

QVIBVS AFFICIENDI POENIS, qui in Deum aut religionem delinquunt?

QVemadmodum pœnæ recte à Magistratibus delinquentibus sumuntur: ita non negligendæ sunt animaduersiones in delictis, q̃ Religionẽ concernunt: quia

quia præcipua cura in Republ. de Religione est suscipienda. *Plato 2. de Repub.* hæc est societatis humanæ fundamentū. *Cic. 2. de Natura Deorum:* propugnaculum Magistratus. *Plato 4. de Repub.* Vinculum legū & disciplinæ honestæ. *Idem 8. de Leg.* Religione sublata pietas erga Deum tollitur: simul etiam fides ac Iusticia. *Cic. 1. de Natura Deorum.* Estq; præclare illud dictum: sequi Deum & se ipsum nosse, summa salutis est. *Plutarchus in libello de adulatoris & amici discrimine.* Itaque

I. Religionem quoquo modo perturbare capitale esse videtur. Ratio hæc est: quia hoc qui facit, impius censendus est: impius quoque, qui de Dei natura impie loquitur: impie vero loquitur, qui vel illum esse vel curam gerere rerum humanarum negat, vel etiam statuit eundem precibus aut muneribus placatum indulgere sceleribus, *Plato 10. de Legib.* Et mala est consuetudo contra Deum disputandi, siue ex animo id fiat, siue simulate. *Cicero 2. de Natura Deorum.* Grauius quoque est de Religione, quam de rebus musicis imperitum musices, aut bellicis belli rudem verba facere. *Plutarchus in lib. de sera numinis vindicta.* ***Puniuntur, qui religionem perturbant.***

II. Etiam supplicio dignus ille censetur, qui separatim ac seiuncte religionē habet, aut nouam & peregrinam aliquam introducit. *Plato 10. de Legib. & in Romuli legibus. lege 7. & in lege 12. Tab. & lib. 2. Cic. de legibus.* Rationes istæ sunt: Quia 1. religionē qui contemnunt, nihil præterea magnifaciunt: numina noua qui introducunt, etiam ad nouas & peregrinas leges alias alliciunt. Vnde coniurationes, seditiones, bella ciuilia, mala alia oriuntur. *Dio. lib. 52. in Oratione Mecœnatis ad Augustum.* 2. Etiamsi horum verba, ac sermones non illico officiant: tamen semina in animo relinquunt. Et sequitur nos etiam malum, cum ab eo discesserimus post resurrecturum. Quemadmodum qui symphoniam audiuerunt, secū in auribus ferunt modulationis & cantus dulcedinē: quæ cogitationes impedit, ***Qui separatim religionem habent: aut nouam ac peregrinam introducunt.***

pedit, nec ad seria intendi patitur. *Sen. in Epist. Ep. 123.* 3. Etiam religionum oritur confusio, & inde non raro atheismus sequitur. *Cic. 2. de Leg.* 4. Illa ἐθελοθρησκεία origo superstitionum est. *Plato lib. 10. de Legibus.* 5. Hi non tantum sibiipsis nocent, Dei in se iram grauem concitantes: sed hæc mala etiam totam in ciuitatem redundant. *Plato ibidem.* Et laudantur hoc nomine, Augustus, Tiberius & Adrianus, qui noluerunt admittere, vt noua & peregrina religio introduceretur. *Suetonius in Augusto & Tiberio: & Spartianus in vita Adriani.*

Qui fidei articulos & S. Scripturam in dubium vocant.

III. Vt Hæretici quoque vitantur & à Magistratibus puniuntur, qui fidei articulos & Canonicam Scripturam in dubium vocant Noui & Veteris Testamenti, ac Symbola conuellũt, vt impias opiniones inuehãt. *lib. 1. Codic. tit. 1. de summa Trinitate, de fide Catholica, de hæreticis Arrianis, Manichæis & cæteris. Et in Nouellis constitut. 17.* vbi expulsionis seu deportationis & vltimi supplicij fit mentio: addita ratione, quod his nihil loci relinquendum, in quo ipsis etiam elementis iniuria fiat.

Qui ad Idolorum cultum ac superstitiones deflectunt.

Sed & IV. non minus recte puniuntur, qui ad Idolorum cultum & superstitiones deflectunt. Est constituta pœna capitalis & lapidatio apud Israëlitas. *Deuteronom. 13.* Extat quoque Lex Imperat. *Leonis lib. 1. Codic. de Paganis tit. 10.* qui cuilibet permittit, accusare eos, qui paganam superstitionem exercent. Ac tametsi qui superstitione laborant, misericordiâ potius, quam odio & pœna digni videantur; quia boni cupiditate ducti labuntur: tamen pœnam merentur, quia conceptis opinionibus qualescunque tandem sint, pertinaciter inhærent: & Dei verbo abutendum minime est: & iubet Dominus Prophetam, qui in nomine suo præsumpserit loqui, quæ ipse non præceperit, interficere. *Deuter. 13.* Deinde parum interest, vtrum Deum quis amet aut infamet. *Seneca in Epistolis, Epistola 123.* Tum

super-

superstitionem Graeci propterea δυσιδαιμονίαν appellarunt, opinionem turbulentam de Deo, quod nullus est metus, qui perinde homines ab agendo abducat, atque superstitio: eiusdemque animum quasi tepidum timiditate reddit. *Plutarchus in vita Alexandri.* Ideoque non male mentium humanarum ludibrium appellatur. *Curt. libro 7.* Et denique impij etiam feliciores esse videntur superstitiosis: quia impij negligunt Deos: superstitiosi terribile esse opinantur, quod est benignum, pacatum, & tutelarem curam gerit. *Plutarchus in libello de superstitione.*

V. De festorum neglectione lex quoque est Imperatorum. Omnes iudices vrbanæq; plebes, & cunctarum artium officia venerabili die Solis quiescant. *Lege 3. Cod. tit. 12. de Ferijs.* Et Imperator Leo, Dies festos, inquit, Maiestati altissimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari. Amissionem quoque militiæ & proscriptionē patrimonij sustinebit, si quis vnquam die festo spectaculis interesse, aut alio prætextu negocij publici seu priuati, hæc, quæ lege statuta sunt, temeranda crediderit. *Ibidem.* Grauior pœna legis diuinæ est: Qui polluerit Sabbatum, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. *Exod. 31.* Et huius exemplum est, *Numer. 15.* in lignante die Sabbati. *Qui dies festos negligunt.*

Rationes pœnæ istæ sunt: quia signum est & pactum sempiternum inter Deum & homines Sabbati cultus. *Exod. cap. 31.* 2. Sex diebus Dominus fecit cœlum & terram: in septimo ab opere cessauit. *Ibid.* Tertio, genus humanum Deus, ad labores & miserias natum, miseratus, laborum intermissiones & relaxationes constituit dierum festorum celebritates. *Plato 2. de Leg.* Estque (quarto) memorabile, quod de Romanis scribitur, solitos fuisse ijs diebus per præcones in vrbe proclamare: HOC AGE: & iubere ciues quiescere ab operibus: & se totos religioni & sacris dare. *Plutarch. in vita*

vita Numæ. Quin etiam Pythagoras noluit per transitũ & quasi obiter, sed diligenter Deos adorari. *Plutarchus ibidem.*

Qui Iusiurandum violant.

VI. Iusiurandum etiam ad religionem pertinet. Non vult Dominus periurare quenquam suo in nomine. Lex est Platonis: IVRISIVRANDI SACROSANCTA SIT AVTORITAS: NEC, NISI PAVCISSIMIS, IVRARE LICEAT. *12. de Legibus.* Est & apud Ciceronem illa: Periurij pœna diuina, exitium: humana, dedecus esto. *2. de Legibus.* Ac tametsi leges ciuitatis esse contemptæ videantur: tamen quod iurisiurandi contemptio Deum vltorem habeat; ideoque nec periculum corporis, nec maiestatis pœnam inducat: qui in Deum peccant, etiam principum legibus puniendi sunt. *lib. 1. Codicis, tit. 1.* Fundamenta & rationes huius sunt istæ: quia 1. Iusiurandum est affirmatio religiosa, neque vllum vinculum est ad adstringendam fidem hoc arctius. *Cicero libro 3. Officiorum.* 2. Qui falsum iurat, ipsum Deum contemnit: contemptus autem diuini numinis puniendus. *Plato 1. de Legibus.* 3. Improbus & impudens talis merito iudicatur: quia coram se maioribus mentitur. *Plato ibidem.* 4. Talis etiam fidem inter homines tollit: quia maximum vinculum societatis humanæ iusiurandum. *Diodorus lib. 1. cap. 6.* Ideoque Ægyptij capite periuros mulctarunt. *Diod. eodem in loco.* Censores Romæ de nulla re magis & seuerius, quam de Iureiurando iudicare sunt soliti. *Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 13.*

Qui incantationibus & artibus magicis vtuntur.

VII. Etiam de Magis, Maleficis, & Sagis ad pœnas religionis violatæ pertinere videtur. Et quidem hoc genus hominum DEVS ipse punire iubet. *Exod. 22. Leuit. 19. & 20. Deut. 18.* Leges ciuiles comburere iubent, aut ferali peste absumere. *lib. 9. Cod. Tit. 18. de maleficis & mathematicis: & Instit. 4. tit. 18. de veneficis.* Extat quoq; *Lex 12. Tab. 14.* Qui malum carmen incantauit, frugesque excantauit, coërcetor. Plato denique

nique in suis libris de legibus: Qui, inquit, nexibus, illecebris, aut quibusdam incantationibus, aut alio quopiam veneficio, lædendi consilio fuerit vsus, capite luito. *11. de leg* Itaq; inde constat, leges flagitare: vt ab huius generis hominibus & maleficis pœnæ sumantur.

Neque obstant, quæ contrà adferuntur: quod sagæ, lamiæ & maleficæ à dæmone primum illudantur: proferant multa, quæ ἀδύνατα: consopitæ deprehendantur tum, cum alibi fuisse dicuntur: nec videatur credibile, in formas catorum aut aliorum animalium sese posse tales transformare. Possunt enim apparere dæmones in forma hominum: possunt etiam illudere forma catorum aut aliorum animalium: possunt præstigijs sensus decipere illusione quadam phantastica: Potest & illud dubitari rectè: vtrum corpora, consopita quæ deprehenduntur, vera sint, an fictitia & dæmoniaca. Primum enim S. Scriptura sagas neci adiudicat. *Exod.22. Deuter.18.* Secundo, Patres hoc non improbant: vt videre licet apud Augustinum *de ciuitate Dei, libro 8. capite 29. & 10. cap. 9. & 12. cap. 2.* Et cum hoc facit D. Thomas *contra gentiles cap. 104. & 5.* Probant (tertio) hoc iura & leges Ciuiles modo indicatæ: quibus accedit illud in Constitutione Nouell. *Constit. 28.* qua expressè eos, qui Magicis artibus elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, & manibus acutis audent ventilare, vt quique suos inimicos malis artibus conficiat: ferali peste absumere iubent. Probant hoc etiam exempla. Romæ enim legimus aliquando septuaginta fœminas veneficas fuisse damnatas, cum venenata medicamenta maritis suis coxissent. *Liuius lib. 1. Decad. 8.* Et Gygis damnata capitis fuit ab Artaxerxe, propter ita interfectã Statyram cõiugem. *Plutar. in Artaxerxe.* Hanc ob causam Areopagitæ suppliciũ sumpserunt à quadã muliere. *Ælianus lib. 5.* Romani sagã quandã Marthã nomine exilio mulctarũt. *Plato in Mario.* A Claudio Cæsare punit⁹ eques quidam

quidam morte fuit propter circumgestatum ouum serpentis; vt eo indices falleret, & suas in partes pertraheret. *Plin. lib. 29. cap. 3.*

Nec (quinto) causæ & rationes desunt: quod I. Tales sunt naturæ inimici. II. DEVM & religionem omnem abnegare non dubitant: imo DEVM blasphemijs afficiunt: tales autem recte puniuntur, *secundum Leuit. 21. Deuteronom. 13.* III. Dæmonibus dant fidem, his adhærent, & facta peragunt: eiuscemodi vero homines ad pœnam lex diuina poscit. *Exodi 20. Deuteronomij 3. Numerorum 25.* IV. Etiam suos liberos paruulos ijsdem deuouere minime erubescunt: at punitururn sese tales DEVS affirmat, qui Molocho liberos dedicarint. *Leuitici 21. Deuteronom. 18.* V. Incesta colunt adulteria: ideoque neminem perfectum esse magum contendunt, nisi qui ex incestuosis nuptijs natus fuerit. VI. Postremo, non solum frugibus & pecoribus dant damnum, verum etiam homines, maxime infantes, necant & elixant: horum comedunt carnes, sanguinem bibunt.

In sagis puniedis quid obseruandum. Itaque etsi contra sint qui disputent: tamen recte concludendum videtur, puniendos eiusmodi homines esse: modo illud fuerit obseruatum, vt non confessionibus aliorum & tormentis temere credatur: sed habeatur ratio probationis à testibus inculpatis, reorum confessione certa, facti denique euidentia. *Bod. de Magorum dæmonomania, lib. 4. cap. 5. & in refutatione Rierij: Plicrus de præstigijs dæmonum & lamijs. Cardanus lib. 15. de rerum varietate. Bartholomæus de Spina in libro de strigibus. Gregorius Tolossanus de Repub. lib. 13. c. 28.*

Qui sunt blasphemi. Postremo, etiam de blasphemorum pœnis quod est constitutum, minime est negligendum. Lex enim diuina requirit, vt homo, qui maledixerit DEO, lapidibus obruatur: siue ille ciuis, siue peregrinus extiterit. *Leuit. 24.* Leges quoque ciuiles vltimis supplicijs subdere tales iubent: seuere præfectis mandant, ne vindictam

dictam & pœnam hic negligant. *in constit. Nouell. tit. 6. constit. 77. de blasphemijs in Deum.*

Nec rationes desunt. Quia I. si contra homines factæ blasphemiæ, impunitæ non relinquuntur: multo magis, qui ipsum DEVM blasphemare non verentur, supplicio digni iudicandi. II. Tale ob delictum ad iracundiam DEVS prouocatur: ciuitates & Respub. integræ læduntur. *Institut. ibid. Const. 77.* III. Si ab Areopagitis punitus fuit Stilpo, cum Mineruam non Deam, sed Phidiæ esse opus dixit. *Laërtius lib. 2.* Eiectus ab Atheniensibus est Philosophus quidam, cum scripsisset de Dijs, neque vt sint, neque vt non sint, habere se quod dicat. *Cic. 2. de Natura Deorum.* Multo magis Numinis veri contemptus & blasphemia puniri à Magistratu debet. Et est memorabile, quod de Ludouico Francorū rege affertur: qui blasphemos candente lamina in fronte notare est solitus. Cumq; pro magno viro noxio intercederetur, ne hoc modo puniretur: respondit, illud se monumētum in fronte libenter gesturum; si ita Francia purgari possit tanto scelere in Deum Opt. Max. commisso. *Æmylius in historijs Francicis libro 7.* Et DOMINVS extra castra quoq; eductum blasphemum lapidibus necare iubet. *Leuit. 24.*

QVÆSTIO XCV.

QVA POENA AFFICIENDI, QVI in Principem aut Magistratum peccant?

PRoximas à DEO partes Magistratus & Principes obtinent: ideoque etiam de animaduersionibus agendum eorum, qui in hos delinquunt. Et quidem ad Maledicta & conuitia quod attinet, etsi de Modestini sententia lubricum linguæ non sit ad pœnam facile trahendum *lib. Digest. 24. tit. 4.* regium, vt Alexander dixit, sit bene agere & male audire: Antigonus rex

etiã pulsans male dicentem: Cauete, inquit, ne rex vos audiat: apud Xiphilinum Titus neminem affirmet contumelia sese afficere posse: propterea quod nihil agat, quod reprehendi mereatur: ea vero negligat prorsus, quæ falso de se dicuntur: Imperatores velint, vt si quis modestiæ nescius, ignarus pudoris, improbo petulantique maledicto nomina sua lacessenda crediderit; pœnæ non subiugetur, neque durum aliquid, aut asperum sustineat, hoc argumento: quod si ex leuitate illud processerit, contemnendum, si ex insania, miseratione dignum: si ab iniuria, remittendum: tamen hoc ad suam scientiam referri voluit: vt ex personis hominum dicta pensentur: & vtrum prætermitti, an exquiri debeant, consideretur. *libro 9. Codicis tit. 7.* & lex de famosis libellis est lata. Sacræ literæ principi populi maledicere vetant. *Exod. 22.* Propter conuitia in Dauidem congesta punitus Semei est. *Reg. 3. c. 2.* Neque omnino permittendum videtur, vt de regibus & magistratibus suis libere omnibus loqui liceat. Quod 1. DEI vicarius est princeps & magistratus. Vt ergo qui lædit parentes suos vel factis vel verbis, secundum leges meretur pœnam: ita & qui Magistratum suum conuicijs lacessit. 3. Dicendi hac libertate concessa, magna rerum oritur confusio. 4. Sequitur pœna, & quidem iustissima, ad iram principem & magistratum concitantis. 5. Vt nulla in corpore salus, si partes huic oppositæ fuerint: ita quoque Reipublicæ salus ibi nulla expectanda, vbi principi aut magistratui male subditi dicunt. 6. Ideoq; Respub. bene constitutæ acriter tales homines puniuerunt. *Aristot. 5. Polit. cap. 11. & in hunc Casus.* Romani aliquando aduocatum quendam nimis alte coram Censoribus oscitantem, graui mulcta damnassent: nisi iureiurando ille affirmasset, eiuscemodi malo se natura laborare. *Fulgosus lib. 2. cap. 4.*

Maledicta & conuitia in Magistratus aut principem punienda.

Facta ipsa. Secundo, vt maledicta & conuitia in Magistratu punienda: ita in eos quoque animaduertendum, qui re & facto

facto hunc ipsum lædunt: idque secundum legem Iuliam Maiestatis. *Institut. 4. titulo 18. & 9. Codicis, titulo 8.* Pœna vero huius delicti est animæ primum amissio, & gladius. *Codic. 9. titulo 8.* Exilium olim. *Cicer. 1. Philipp. Tacitus libro 1.* Tertio, post mortem damnatio & memoriæ rei. *Instit. 4. titul. 8.* Quarto, Alienatio hæreditatis, & successionis parentum aut proximorum. V. Bonorum publicatio. VI. Perpetua egestas & infamia. VII. Remotio ab honestis congressibus, honoribus, Sacramentis. Talis VIII. vt mors solatium, vita supplicium sit. *Cod. 9. titul. 4.* Quin & IX. accusare tales possunt etiam serui & familiares, qui ab accusationibus alias remouentur. *cod. 9. tit. 1.* X. Audiuntur etiam mulieres in tali crimine. XI. Nec prouocatio hac lege damnatis conceditur. XII. Et postremo, etiam corpora damnatorum huius criminis sepulturæ vix mandari possunt. *Digest. lib. 8. tit. 24. de cadaueribus punitorum.*

Exempla si quis requirat & Historias, offert se Catilinaria coniuratio apud Sallustium, & apud Spartanum *in Caracallæ historia*, vbi damnati sunt, qui coronas detraxerant imaginibus principum. Et apud Suetonium *in Tiberio*, vbi multa supplicia commemorantur, & variæ animaduersiones illorum, qui vel ebrij aliquid commiserunt in Imperatorem.

Nec rationes desunt: quia I. iudicium hoc munimentum est tranquillitatis publicæ. II. Non alia ratione commodiori magistratus & principis saluti consulitur. III. Proditionis habet speciem, facto principem aut magistratum lædere. *Dio lib. 60.* IIII. Ingratitudo magna est, lædere eum, à quo beneficia accepimus, viuimus in pace, sedet quisque super vineam suam, nec est qui deterreat. *Esaia 36. Aristoteles Pol. 1.*

etiā pulſans male dicentem: Cauete, inquit, ne rex vos audiat: apud Xiphilinum Titus neminem affirmet contumelia ſeſe afficere poſſe: propterea quod nihil agat, quod reprehendi mereatur: ea vero negligat prorſus, quæ falſo de ſe dicuntur: Imperatores velint, vt ſi quis modeſtiæ neſcius, ignarus pudoris, improbo petulantique maledicto nomina ſua laceſſenda crediderit; pœnæ non ſubiugetur, neque durum aliquid, aut aſperum ſuſtineat, hoc argumento: quod ſi ex leuitate illud proceſſerit, contemnendum, ſi ex inſania, miſeratione dignum: ſi ab iniuria, remittendum: tamen hoc ad ſuam ſcientiam referri voluit: vt ex perſonis hominum dicta penſentur: & vtrum prætermitti, an exquiri debeant, conſideretur. *libro 9. Codicis tit. 7.* & lex de famoſis libellis eſt lata. Sacræ literæ principi populi maledicere vetant. *Exod. 22.* Propter conuitia in Dauidem congeſta punitus Semei eſt. *Reg. 3. c. 2.* Neque omnino permittendum videtur, vt de regibus & magiſtratibus ſuis libere omnibus loqui liceat. Quod 1. DEI vicarius eſt princeps & magiſtratus. Vt ergo qui lædit parentes ſuos vel factis vel verbis, ſecundum leges meretur pœnam: ita & qui Magiſtratum ſuum conuicijs laceſſit. 3. Dicendi hac libertate conceſſa, magna rerum oritur confuſio. 4. Sequitur pœna, & quidem iuſtiſſima, ad iram principem & magiſtratum concitantis. 5. Vt nulla in corpore ſalus, ſi partes huic oppoſitæ fuerint: ita quoque Reipublicæ ſalus ibi nulla expectanda, vbi principi aut magiſtratui male ſubditi dicunt. 6. Ideoq; Reſpub. bene conſtitutæ acriter tales homines puniuerunt. *Ariſtot. 5. Polit. cap. 11. & in hunc Caſus.* Romani aliquando aduocatum quendam nimis alte coram Cenſoribus oſcitantem, graui mulcta damnaſſent: niſi iureiurando ille affirmaſſet, eiuſcemodi malo ſe natura laborare. *Fulgoſus lib. 2. cap. 4.*

Maledicta & conuitia in Magiſtratus aut principem punienda.

Facta ipſa. Secundo, vt maledicta & conuitia in Magiſtratu punienda; ita in eos quoque animaduertendum, qui re & facto

facto hunc ipsum lædunt: idque secundum legem Iuliam Maiestatis. *Institut. 4. titulo 18. & 9. Codicis, titulo 8.* Pœna vero huius delicti est animæ primum amissio, & gladius. *Codic. 9. titulo 8.* Exilium olim. *Cicer. 1. Philipp. Tacitus libro 1.* Tertio, post mortem damnatio & memoriæ rei. *Instit. 4. titul. 8.* Quarto, Alienatio hæreditatis, & successionis parentum aut proximorum. V. Bonorum publicatio. VI. Perpetua egestas & infamia. VII. Remotio ab honestis congressibus, honoribus, Sacramentis. Talis VIII. vt mors solatium, vita supplicium sit. *Cod. 9. titul. 4.* Quin & IX. accusare tales possunt etiam serui & familiares, qui ab accusationibus alias remouentur. *cod. 9. tit. 1.* X. Audiuntur etiam mulieres in tali crimine. XI. Nec prouocatio hac lege damnatis conceditur. XII. Et postremo, etiam corpora damnatorum huius criminis sepulturæ vix mandari possunt. *Digest. lib. 8. tit. 24. de cadaueribus punitorum.*

Exempla si quis requirat & Historias, offert se Catilinaria coniuratio apud Sallustium, & apud Spartanum *in Caracallæ historia*, vbi damnati sunt, qui coronas detraxerant imaginibus principum. Et apud Suetonium *in Tiberio*, vbi multa supplicia commemorantur, & variæ animaduersiones illorum, qui vel ebrij aliquid commiserunt in Imperatorem.

Nec rationes desunt: quia I. iudicium hoc munimentum est tranquillitatis publicæ. II. Non alia ratione commodiori magistratus & principis saluti consulitur. III. Proditionis habet speciem, facto principem aut magistratum lædere. *Dio lib. 60.* IIII. Ingratitudo magna est, lædere eum, à quo beneficia accepimus, viuimus in pace, sedet quisque super vineam suam, nec est qui deterreat. *Esaiæ 36. Aristoteles Pol. 1.*

QVÆSTIO XCVI.

QVOMODO PVNIENDI, QVI IN *parentes delinquunt?*

A Deo & Magiſtratu cum recedimus, maxima eſſe delicta videntur, quæ in parentes committuntur: ideoque & horum pœnæ graues ſunt. Etquidem ad verborum contumelias & maledicta quod attinet, lex eſt diuina, quæ capitis pœnam conſtituit ijs, qui patri vel matri maledixerint. *Exod.21.& Deut.21.* Lex quoque ciuilis mulctare iubet filios & filias contumaces, qui parentes vel acerbitate conuicij, vel cuiuſcunque atrocis iniuriæ dolore pulſant. *lib.8.Cod.tit.1.de ingratis liberis.* Ab hæreditate eos excludit Leo Imperator *conſtitutione 22.titulo primo de nuptijs.* Etiam apud Platonem lex eſt, quæ parentum cultum & honorem flagitat. *4.de Legibus.* Fundamenta & rationes huius ſunt: quod I. parentes honorare lex diuina mandat. *Exod.5.* II. DEVS etiam leues & temerarios in parentes ſermones punit. *Plato 4.de Legibus.* III. Primum & antiquiſſimum debitorum illud eſt; quo ijs obligati ſumus, à quibus geniti & in hanc producti lucem ſumus. *Plato ibid. Ariſtoteles lib. Ethic. 9. cap.2.* IV. Etiam beſtias amare videmus, à quibus natæ ſunt. Et ea V. de cauſa, lege Solonis, infamia notatur illi liberi, qui inopes parentes non colunt, ſi modo artibus eos erudierint. *Plut. in Solone. Demoſth. contra Timocratem. Xenophon lib.2. memorabilium.*

Maledicta in parentes impunita eſſe minime debent.

Et vt conuitia & maledicta in parentes puniuntur: ita non impune abeunt facta; & quidem Parricidia. Solon nullam parricidis pœnam conſtituit; quod neminem tam nefarium eſſe putaret, qui tantum crimen committeret. *Laërtius in Solone.* Etiam Seneca affirmat, ſumma prudentia præditos viros noluiſſe de parricidio pœnam cōſtituere: ne vindicando oſtenderent, tale

Parricidia punienda.

tale quid fieri posse. *Seneca lib.1.de clementia.* Et tamen huic delicto pœna capitalis constituitur in lege diuina. *Exod.21.* Et lege ciuili *lib 4. Instit.tit.18. & 9. Cod. tit. 17.de his, qui parentes occiderunt.* Pœna vero ijs in locis est: vt Parricida neque igni, neque gladio, neq; vlli pœnæ alij subijciatur: sed insutus culeo cum CANE, & GALLO GALLINACEO, & VIPERA, & SIMIA comprehensus, vel in mare, vel amnem proijciatur: vt omnium elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. Cuius pœnæ rationes eleganter reddit Cicero *in Oratione pro S.Roscio.* CANIS vero additus parricidæ, quia ferox & immundum animal: huic non dissimilis parricida: VIPERA, quia parentibus inimica: SIMIA, quia fœtus suos strangulat & præter humanam formam humani nihil habet: GALLVS GALLINACEVS, quia viperæ maxime infestus: ideoque pugna ibi atrocior exoritur; pœna magis exasperatur. Plato quoque *9.de Legib.* Si quis, inquit, filius in tantam iræ insanæ intemperiem inciderit, vt parentis sui sanguine manus impias commaculare audeat, extremis supplicijs subiectus erit. Et si fieri posset, iustissimum esset, multis mortis generibus parricidam necari. Nec desunt pœnæ rationes: quia I. maximum scelus, ei mortem per vim inferre, à quo quis vitam accepit. *Diodorus lib. 1. cap. 6. Cicero pro S.Roscio.* II. Nullum maius argumentum esse potest impietatis, quam parentum despectus & iniuria. *Plutarch.in libello de fraterno amore.* III. Cum quæritur de comparatione officiorum, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes parentes sunt. IV. Etiam videmus feras inter se partum & educationem natura conciliare. *Cicero pro S.Roscio.*

QVÆSTIO XCVII.

QVA POENA AFFICIENDI MAledici, calumniatores, accusatores falsi?

ETsi viri boni conscientia sua freti contemnunt maledicta & conuitia: tamen leges puniunt. Et inter iniurias refertur, si cui conuitium factum fuerit. *Instit. 4. tit. 18. Digest. lib. 48. tit. 16. Et cod lib. 9. titul. 46.* de Calumniatoribus. Vbi infamiæ supplicium constituitur, omnis iuris color, omnis publica abolitio, omnis specialis indulgentia, beneficium omne generale adimitur. Etiam apud Platonem *lib. 11. de leg.* est de Calumniatoribus lex, quæ vult obseruari; vtrum auaritia, an ambitiosa quadam contemptione sit factum, quod factum: & capitis pœnam constituit. Quemadmodum & hanc decernit Aristot. *lib. Pol. 6. cap. 5.*

Famosi libelli. Et huc pertinent famosi libelli, si quis scilicet ad infamiam alicuius libellum, carmen, historiam aliquam scripsit, composuit, edidit, doloue malo fecit, quo quid eorum fieret. *Inst. 4. tit. 4. de iniurijs.* Et Imperatores volunt, vt si quis famosum libellum, siue domi, siue publico in loco inuenerit, ignarus, aut corrumpat priusquam alter inueniat, aut nulli inuentum confiteatur: secus qui fecerit, quasi autor huius delicti, capitali sententiæ subiugetur. *Lib. 9. cod. tit. 36. de famosis libellis.* Etiam intestabilis talis constituitur, hoc est, neque testis esse potest, neque testamentum facere, neque ex testamento hæres esse. *Digest. lib. 22. tit. 5. de testibus.* Nota quoque lex est 12. Tab. Si quis actitauerit, siue carmen condiderit, quod infamiam, flagitiumue alteri precetur, capite punitor.

Pœnæ rationes istæ sunt: quia optimus quisque vir res suas sic cupit instituere, vt sui memoriam magna

cum laude ad posteros transmittat. *Plato in Epist.Ep.2.* II. Sine honestæ vitæ laude deinde vir esse perfectus nequit. *Idem 12. de Leg.* III. Existimatio præclara secundus est ventus ijs, qui ad Remp. & officia honoraria tendunt. *Plutarch. in præceptis gerendæ Reip.* Non mediocre etiam telum IV. ad res gerendas. *Cicer. in libello de Amicitia.* V. Opus in Repub. est mutua ciuium beneuolentia, quæ calumnijs & delationibus dissoluitur. *Arist. Polit. 6. cap.5.* Quandoquidem ex mutuis imprecationibus, & leuiculis calumnijs inter ciues odia & inimicitiæ grauissimæ oriuntur. *Plato 11. de leg.* VI. A cæteris maleficis, adhibitis custodibus, res familiaris seruari potest: & qui noctu domi manet, nihil mali patitur. At à calumniatorum metu nemo liber viuit. *Demosth. in oratione contra Theocrinem.* VII. Vitium hoc facit, vt magistratus falsum credat, & sequatur sæpe. *Herodotus lib.7.* Bonum oriatur iudicium de improbis: improbi contra videantur viri boni. *Isocrates in oratione de permutatione.* VIII. Et vt vulnus nullum ita solerter curatur, quin cicatrices maneant; nec macula in charta aut veste sic scalpello tollitur, vt vestigia quędã non deprehendantur: ita semper aliquid hæret. Nec de nihilo esse putatur quod dicitur: Calumniare audacter; semper aliquid hæret.

Itaque IX. laudantur ab Historicis Augustus, Pertinax, Traianus, qui calumniatores & delatores tales eiecerunt; verum esse ostenderunt id, quod dicitur: Irritare principes calumniatores, qui non castigant calumniatores *Tacit. lib. 1. Sueton. in Aug.* Vespasianus assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos & nouissime per Amphitheatrum ductos venire tales iussit. *Suetonius ibid.* Alexander Seuerus Thurinum quendam calumniatorem fumo necari in foro curauit, præcone clamante: Fumo punitur, fumum qui vendidit. *Lamprid.* Et memoria dignum est, quod de Ladislao Iagellone, Polonorum rege, scribitur: qui delatorem

Heguigæ coniugis, Daneuitium nomine, è decreto publici Iudicij coëgit, vt publice mentitum se esse clara voce & latratu subter scamnũ edito profiteretur. *Cromerus lib.15. Polonicarum Historiarum.*

QVÆSTIO XCVIII.

TESTIMONIIS FALSIS QVÆNAM *pœna infligenda?*

PRoxime accedunt ad delationes & calumnias Testimoniorum falsorum pœna, quæ est constituta grauis in Sacris literis: vt si quis deprehensus fuerit falsum testimonium dixisse, puniatur, nec vlla adhibeatur deliberatio. *Deut.19*. Extat deinde lex 12. Tab. Qui falsum testimonium dixerit, è saxo Tarpeio deijciatur. Et Nouella 90. de Testibus quoque pœnam statuit: verberibus subijciendos hos esse mandat. Et Cod. *lib. 4. tit. 20. de Testibus:* vbi Iureconsultus, Qui falso, inquit, vel varie testimonia dixerunt, à Iudicibus competenter puniantur. *Digest. 22. titulo 5. de Testibus.* Plato singularem his pœnam constituit: vt qui bis falsi testes fuerint conuicti, ad dandum testimonium lege non cogantur: si ter, non ei fas sit vllo modo testimonium perhibere. *11. de Legibus.* Nec desunt rationes: quia falsi testes etiam veris fidem abrogant: II. Veluti factione circumuentos miserabiles reddunt reos. *Seneca lib. 6. de beneficentia.* III. Faciunt, vt Iudices, falsa testimonia secuti, iniquas sententias ferant. *Cod. 4. tit. 20.* IV. Cum iurati dicant testimonium, non solum homines, sed etiam DEVM offendunt. *Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 10.* Ideoq; recte Ægyptij tales mortis supplicio affecerunt. *Diodorus Siculus lib. 2. c. 3.* Lydij vendiderunt; vt quos dignos minime sua societate iudicarent.

QVÆ-

QVÆSTIO XCIX.

FVRTA VT PVNIENDA?

DE horum pœna dubitari poteſt. Spartani enim furta punire non ſunt ſoliti, modo non eſſent deprehenſa: quod arbitrarentur, ingenij & artis eſſe tecte furtum committere: acuere hoc ingenium, animum ſolertem reddere. *Plut. in Lycurgo, Xenophon in Repub. Spartana. Gellius libro 11. cap. 18.* Etiam apud Germanos licuiſſe exercere latrocinia, Cæſar teſtatur, *lib. 6. Comment.* addita cauſa: quod ita iuuentus exerceatur, minuatur deſidia. Idem de Ægyptijs affirmat Diodorus Siculus *lib. 2. cap. 3.*

At contra leges diuinæ abſtinere à furto iubent. *Exod. 20. Leuit. 19. Deuteron. 5.* Fures quadruplo puniunt. *Exod. 22.* Et lex eſt 12. Tabul. Si nox furtum faxit, & ita quis occidit, iure cæſus eſto. *Gell. libro 11. capite 18.* Plato præterea de furto vnam hanc vult eſſe legem poſitam, & vnam pœnam, vti, quod eſt furto ablatum, duplo rependatur, ſi facultates reſpondeant: ſin minus, & egeſtas obſtet, conijciatur in vincula, luat corpore, quod in ære non poteſt. *Et lib. 12. de legibus.* Si quis, inquit, publicum aliquid fuerit furatus, ſiue paruum, ſiue magnum extiterit; eodem ſupplicio plectatur, quod æqua cupiditate furatur, & qui magnum, & qui paruum ſuſtulit. Rationes iſtæ ſunt. Quia lex hæc antiqua & perpetua: Quæ non poſuiſti, ne auferas: *ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλῃς. Plat. 11. de leg.* I I. Hominum ſocietatẽ vehementer furta lædunt. *Diodor. Sic. lib. 2. c. 3.* Ideoque Draco, Athenienſium legislator, etiam capitis pœnam ijs conſtituit, qui olera aut fructus leuiores abſtuliſſent. *Plutar. in vita Solonis.* Imper. Seuerus ita odio fures habuit, vt in conſpectum ſuum admittere eos nollet: pœnis afficeret grauiſſimis. *Lampridius in eius vita.* Zeno ſeruum piceas & furaces manus habentem cædi iuſſit: cumque is ſe excuſaret, Sibi in fatis eſſe,

 vt fure-

vt furetur. Etiam in fatis, inquit, est, vt cædaris. *Laërtius lib.7.* Furta apud Locrenses oculorum priuatione fuerunt punita. Ideoque cum Saleuci Legumlatoris filius criminis huius insimularetur, & Locrenses illi parcerent: ipse, vt legi satisfieret, sibi vnum, alterum filio oculum effodit. *Heraclides.* Pescenninus niger milites qui gallum gallinaceum subtraxerant, ea ignominia affecit, ne, quam diu essent in castris, focum facerent, aut cocti quid obsonij sumerent: sed pane & frigidis vescerentur. *Alexander ab Alexandro lib.2.cap.3.*

QVÆSTIO C.

QVONAM PACTO IN HOMICIDIA & vim animaduertendum?

DE Homicidijs viq; illata lex est diuina. *Exod.20. Num.35. Deut.5.* quæ pœnam ab homicidis requirit. Et *Genes.9.* Qui sanguinem hominis effuderit, eius sanguis effundatur. Sed nec leges ciuiles hic desunt. Est Cornelia lex de sicarijs, quæ homicidas vltore ferro persequitur: punit eos, qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. *Instit.4.tit.18. de publicis iudicijs, Digestorum 48.titulo 8.* vbi lex, Qui hominem, inquit, occiderit, puniatur; non habita differentia, cuius conditionis homo interemptus fuerit.

Quinam excipiantur ab homicidij pœna? Excipiuntur tamen interim infantes & furiosi: quod illos inopia consilij, hos fati infelicitas excusat. Et qui interfecerunt stuprum suis per vim inferentes, & vxores in adulterio deprehensas. Et Plato *lib.9.de Legib.* diligenter monet Iudicem: vt distinguat inter cædes præter voluntatem & ira factas: & certa voluntate iniuste, nefarie, impotenti quadam voluptatis, cupiditatis, inuidiæ, odij intemperie perpetratas. Et idem voluntate certe factas cædes ita existimat puniendas esse: vt homicidæ I. à communi rerum societate, templi, fori, & omnis publici conuentus arceantur, ne eos cœtus comma-

commaculent. Vnicuique deinde permittit vindictam de homicida sumere. Tandem damnatum necare iubet. Pœnæ rationes istæ sunt: quia Homicidium crimen atrocissimum, ipso sacrilegio grauius est, *Theon Sophista*. II. Æquum est, vt quod quis alteri fecit, idem quoque patiatur, eundem vitæ finem sortiatur. *Plato 9. de leg. Aristot. Rhetoric. 1. capite 12.* III. Vt viuere summum est bonum: ita qui vitam tollit, summe improbus iudicandus. IV. Et arbores quidem cæsæ semel celeriter renascuntur: at semel occisus homo non recuperatur: secundum Periclis illud, *apud Plutarchum in Pericle.* Ideoq; V. grauissima olim de homicidio sunt iudicia habita *Demosth. aduersus Aristocr.* Postremo etiam sanguine impiatur terra; neq; expiatur ab eo, nisi sanguine illius, qui fudit. *Num. 35.*

QVÆSTIO CI.

QVOMODO ADVLTERIA *punienda?*

POena mortis adulterio constituitur: *Leuit. 20.* etiam in hos animaduertere leges ciuiles iubent. *Digest. 48. titulo 5. ad legem Iuliam de adulterijs coercendis. Et Cod. 9. tit. 9. de adulterijs & stupro.* Et lex Platonis incontinenter viuentes, ignominia afficere iubet. *lib. 6. de legibus:* & infamia notari & arceri à ciuitatis honoribus, qui adulterijs & scortationibus se polluunt. *Idem lib. 8. de legibus.* Estque nota vetus lex Romuli: Adulterij conuictam, vir & cognati, vti volent, necanto. Ideoque Germani pœna hac obseruata adulteras maritis permiserunt: virgines ad laqueum sæpe adegerunt, aut curarunt à mulieribus flagellis cædi ad mortem vsque. *Corn. Tacit. de Moribus Germanorum.* Apud Cumanos adulteræ lapidi in foro insistere sunt coactæ: vt omnibus conspicuæ essent. *Plutarch. in Problematib.* Virgis apud Ægyptios filij sunt cæsi; naso mutilatæ mulieres propter

propter formæ abuſum. *Diodor. lib. 1. cap. 6.* Grauius ſupplicium his Aurelianus Imp. conſtituit: Vt ſcilicet adulteri arborum duarum inflexis capitibus, & ad pedes religatis moxque dimiſſis interuulſi vtrinque morerentur. *Cælius lib. 10. Antiq. cap. 6.*

Pœnæ rationes iſtæ ſunt: quia magnum vinculum coniugij, Reip. fundamentum & ſeminarium matrimonium eſt. *Plato 6. de legib.* II. Illegitimis familiarum ſplendor obfuſcatur: educatio & inſtitutio negligitur. Vnde & qui thoro ſunt non legitimo & incerto patre nati, eſſe petulantiores ſolent. *Xenophon in Oeconomicis.* III. Fœdiſſima eſt nequitia, quæ pudorem ſuum alienis libidinibus proſternit. *Cod. 9. de adult.* Et denique abſolute turpe & flagitioſum, alium, aut aliam vllo pacto tangere videri: cum eſt & appellatur coniunx. *Ariſt. Polit. 7. cap. 16.*

QVÆSTIO CII.

QVÆNAM MONOPOLIIS pœnæ conſtitutæ?

MOnopolia quoq; eodẽ modo, quo furta publica, puniẽda ſunt, ſiue exilio, ſiue bonorũ publicatione. Extat hac de re lex *lib. 4. Cod. tit. 59.* Iubemus, ne quis cuiuſcunque veſtis, piſcis, vel cuiuslibet alterius ad victum, vel ad quemcunque vſum pertinentis ſpeciei Monopolium audeat exercere: hoc auſus qui fuerit, bonis proprijs ſpoliatus, exilij perpetuitate damnetur. Pœna quoque *ibid.* grauis conſtituitur Magiſtratibus, qui mollius Monopolia exercentes puniunt.

Nec deſunt animaduerſionis rationes Quia I. magna in Repub. eſt tyrannis, rerum ad vitam ſuſtentandam neceſſariarum vſum à paucorum nutu & arbitrio pendere. II. Tales etiam ſibi ipſis nocent, quia multa ſimul recte tractare nequeunt: atque ita magnam ſæpe

sæpe rerum iacturam faciunt. Accidit his quod Metiocho Athenis: de quo, cum omnia agere vellet, dictum vulgo fuit; METIOCHVS LVGEBIT. *Plut. in præceptis gerendæ Reip.* Sed & III. nocent plurimum. Reipub. Nec male Plato, non cuique concedendum esse scribit, vt immensas diuitias cumulet: secus qui fecerit, huius opes fisco adiudicandas esse scribit, *lib. 5. de leg.* Verum ibidem & certam hæreditatem esse statuit: si parentes suis liberis non magnas opes, sed plurimum pudoris, modestiæ, & reliquarum virtutum reliquerint. Negant quoque alij bene constituta in Repub. permittendum, vt quiuis quouis modo ditescat & opes accumulet: eo quod res hæc licentiam nimiam parit, honorum procreat ambitionem; excitat inuidiam, quam rixa & seditiones sæpe sequuntur: ordinem omnem tollit: facit, vt pauci ditescant, ad inopiam multi redigantur. Vnde publica tandem res perit, non secus atque corpus hydropicum: *Aristot. Polit. 2. cap. 5. & in hunc Casus.*

QVÆSTIO CIII.

MONETÆ ADVLTERATIONES vt puniantur?

DE monetæ adulteratione lex illa est: Quicunque nummos aureos partim rasetit, partim tinxerit vel finxerit: siquidem liberi sunt, ad bestias tradi: si serui, summo supplicio affici debent. *Digest. lib. 48. tit. 10.* Et in Codic. vbi ijs, qui falsè cudunt ac fabricantur monetam, nummos falsos fusione formant, flammarum exustionem paratam esse debere Imperat. iubet, *lib. 9. tit. 24. de falsa moneta.*

Itaque etiam apud Athenienses tales sunt capite puniti. *Demosth. aduersus Leptinem.* Apud Ægyptios si qui monetam circumciderent, aut cuderent adulterinam, aut pondera vel signa immutarēt, aut falsis literis inscri-

inscriberent: illis manus ambæ amputabantur: vt, quę corporis pars peccasset, etiam pœnas lueret per vniuersam vitam. *Diodor. lib. 1. cap. 6.* Apud Suecos, qui adulterina moneta alios deceperunt, ita sunt puniti, vt monetam illi colliquarent, & in eum falsarios viuos immitterent: vel in sublimiori trabe circumligatos per totum corpus moneta vndique splendente his gulam frangerent. *Olaus lib. 6. cap. 13.*

Nec desunt rationes: quia nummo opus est ad quotidiana commercia & omnes vitæ vsus. *Plato 5. de leg.* Hic est mensura cõmutandarum rerum. *Aristot. Polit. 1. c. 6.* Et hanc ob causam inuentus, vt locorum distantiæ, temporum dissimilitudini, rerũ quantitati, hominum indigentiæ succurrat. *Idem ibid.* Itaq; contractus & commutationes omnes corrumpunt, qui monetam adulterant. Et hæc res Romanos mouit, vt vnam tantum officinam haberent monetalem Iunonis in templo: constituerent Triumuiros Monetales, qui monetam ærosam tollerent: etiam scholam aliquam aperirent, in qua ciuium liberi discerent nummos probare, monetam adulterinam à vera seiungere. Et Carolum Magnum res hæc impulit, vt Monetarum officinas vellet esse in palatio suo, quo accuratius nummi & cuderentur, & probarentur. *Bodin. lib. 6. cap. 3.*

QVÆSTIO CIV.

QVIBVSNAM IN DELICTIS pœnæ mitigatio ac clementia adhibenda?

SÆpenumero in pœnis grauiter peccari solet: cum vel nimis seuere exercentur supplicia quibusuis in delictis: vel rursus inconsiderata & intempestiua lenitas adhibetur. Et quidem Stoici omnia delicta esse paria voluerunt, & eodem modo punienda. *Cicero 4. de finibus, & in paradoxis.* Draco Atheniensium legislator omnibus

omnibus peccatis capitis pœnam constituit. Vnde dictum fuit, leges eius non atramento, sed sanguine scriptas esse. *Plutarch. in Solone.* Tenedia securis in prouerbium abijt: quod Tenedi Rex omnes iniuriosos æque securi percutere iussit. *Stephanus in Vrbium catalogo.* L. Cassij prætoris Romæ tribunal, reorum scopulus appellabatur propter nimiam seueritatem. *Valerius Maximus lib.3. cap.7.* Sed extat lex Platonis: Delicta non pœna æquali omnia puniantur: ratio hominum in criminibus habeatur. *lib.9. de legib.* Etiam Asyla fuerunt constituta ijs, vel qui homicidium commisissent casu aliquo, aut affectione animi: Athenis à Theseo, Romæ à Romulo. *Dionys. Halycar. lib.2.* In populo Israelitico Domini iussu, *Leuit. 35. & Deuter. 18.* Sunt quoq; hac de re & impetranda pœnæ mitigatione nō pauca in veniæ deprecatione vsurpanda. *Apud Cicer. 2. de Inuent. Horennianum magistrum, lib.2. Aristot. lib.3. Rhetor. 8. Hermogen. in doctrina de Statibus, Quintil. lib.7. cap.5. & Platonem lib.9. de leg.* vbi criminum accurata distinctio habetur, ne omnia eodem modo puniantur. Neq; id immerito. Quia I. quærendæ sunt potius ignoscendi causæ, quam puniendi occasiones: & hoc est proprium iudicis & magistratus considerati. *Ammianus Marcellinus lib.19.* II. Parsimonia debet esse & obseruari etiam vilissimi sanguinis. *Seneca lib.1. de clementia.* II. In dubijs causis eam in partem est inclinandum: vt si peccandum omnino magistratui, melius iudicetur iniuste reum absoluere, quam iniuste perdere: quod illud peccatum quidem, at hoc impietas. Et exemplum obseruandum eorū, qui errantib. viam monstrant. Melius est enim eum, qui per agros viæ ignorantia aberrat, admonere, quam expellere. *Aristot. in Problem. sectione 29. Stobæus in sermone de Magistratu. Senec. lib.1. de ira.* IV. Sæua fit quoq; crudelitas, nisi se intra congruentes nocentium pœnas coerceat. *Lactan. lib.6. c.14.* Prope est, vt libēter damnet, qui cito: prope, vt ini-

vt inique puniat, qui nimis: *Seneca libro 1. de Clementia.* Et vtile hoc est magistratui, misericordiæ potius, quam crudelitatis & tyrannidis rationem habere. *Cicero 2. de Inuent.* Et habet V. Clementia liberum arbitrium, nec sub formula, sed æquo & bono iudicare, & absoluere illi licet. Et nihil ex his dum facit, tanquã iusto minus facit, sed tanquam id quod iustissimum constituit, id est, non contra legem, sed intra metas rectæ rationis. *Seneca libro 2. de Clementia.* Atque hinc VI. apud vetustissimos Gothos Apis regem significabat, quod populorum moderatorem oporteret cũ iustitiæ aculeo, clemẽtiæ mel commixtum habere. *Olaus Magnus de regionibus Septentrionalibus lib. 1. capite vltimo.* Et Romani magistratibus suis secures fascibus alligatas prætulerunt: vt ostenderent leuiter delinquentes, virgis, peccantes grauiter, securibus & capite puniendos esse. *Plutarch. in Problem. Alexander ab Alexandro libro 3. capite 5.*

Causæ lenitatis & mitigationis pœnæ.

I. Ætas.

Concludendum ergo videtur, non rigide quæuis delicta eodem modo punienda: sed adhibendam lenitatem & mitigationem aliquam esse: maxime si causa aliqua apparet: quarum I. Ætas est: vbi quæritur, sint ne eodem modo pueri & adolescentes, quo viri & senes, puniendi. Et pro mitigatione pœnæ rationes illæ adferri possunt: quod exemplum est in promptu Iulij Cæsaris, qui Ptolomæum Ægypti regem non eodem modo punire voluit, quo eius consiliarios: hac addita ratione; quod puer rex esset, consiliarij senes. *Plut. in vita Cæsaris.* Reprehenduntur contra ab Historicis Spartani, qui necem Agidæ intulerunt adhuc adolescenti. II. Leges ciuiles eodem loco pueros, quo furiosos habent: ideoque puniri grauiter nolunt, *libro 48. Digest. tit. 8.* Plato quoque *tertio lib 9. de leg.* peccatis, quæ committuntur in pueritia pœnas præscribit mitiores: nõ exiguã his esse veniam concedendam affirmat. III. Rationes huic ætati quoque succur-

funt. Siquidem adolefcentes non tam funt, quam fiunt mali, ex aliorum inftinctu & conuerfatione. *Plato 3. de Republ.* Maxime cum duriter educati fuerint, & poft guftare mel cœperint: verfati fuerint cum ijs, qui varias voluptates excogitant. *Idem lib. 5. & 8. de Republ.* IV. Horum natura ardens ac veluti ignea eft: neque quiefcere facile poteft: ideoq; male fæpe agit. *Plutarch. de fera numinis vindicta.* V. Sunt imperiti huius vitæ actionum, ideoque decipi facile poffunt. *Ariftot. Ethic. 1. cap. 1.* VI. Obnoxij funt varijs animi perturbationibus, hisq; ftudiofe inferuiunt. *Ariftot. Rhetoric. 2. c. 12. Ethic. 8. c. 13.* VII. Cupiditatibus plurimis redundant. *Ifocr. in Areopagitico.* VIII. Maxima iudicij & confilij imbecillitate laborant. *Cic. 1. Offic. & lib. de Senectut. Ariftot Polit. 1. c. vlt.* IX. Fieri plerunq; folet, vt magna indoles magnis quoq; vitijs laboret: idemq; plane hic accidat, quod vinis recentibus, quæ quieta in dolio non probantur: & agris, qui quo funt fertiliores & feraciores, eo magis noxijs herbis infeftantur. X. Si prima in ætate ac adolefcentia illico & grauiter punirẽtur, impedirẽtur horũ actiones multæ præclaræ. Videmus. n. sũmos homines & clariffimos ciues factos fuiffe non paucos, cum adolefcentiæ cupiditates deferbuiffent. *Cic. pro Cœlio.* ¶Nec defunt exempla in Hiftorijs: Themiftoclis, qui petulans & prodigus in prima ætate, vir poft fummus euafit. Neq; id diffimulauit, fed dixit: è ferociffimis pullis optimos equos fieri, fi recte informentur atque educentur. *Plutarch. in eius vita.* Scipionis Affricani, qui admodum diffolute primos adolefcentiæ annos exegit. *Plinius de Viris Illuftrib. cap. 49. Valerius Maxim. libro 6. cap. 9.* Valerij Flaccij, qui adolefcens luxu perditus, poft modeftiæ ac fanctitatis exemplum Romana in Republica extitit. *Valer. Maxim. ibid.* Et Quint. Fabij Maximi Allobrogici, cuius adolefcentia admodum fuit infamis; fenectus ornatiffima, ac fpeciofiffima. *Liuius lib. 61.*

II. Ebrietas. Altera causa ebrietas est. Quemadmodum adolescentes & pueri, cum peccant, puniendi lenius videntur: ita etiam ebrij, si delinquunt, mitiori pœna videntur afficiendi. In contrariam partem ista faciunt: quod Athenienses ebrietatis actionem instituerunt. *Iulius Pollux libro 8.* Constituerunt etiam Oenoptas, qui in conuiuijs obseruarunt, quid quisque biberet. *Athenaus libro 10. capite 7.* Pittacus quoque Mitylenensis septem Sapientum vnus, ebrios, si peccauerint, duplici pœna afficiendos esse censuit. *Aristot. Politic. 2. cap. 10. Laërtius lib. 1. cap. 5.*

Contra ebrios.

Rationes sunt istæ, quia in ebriorum primo fuit potestate non inebriari. *Aristoteles Ethicorum 3. capite 5.* II. Ebrij quando peccant, varijs modis peccant: in naturam, Rempublic. seipsos. In naturam, quia infirmam hanc, varijsque morbis obnoxiam reddunt. In Rempub. quia hanc ciue bono spoliant, qui vini flamma læditur. In seipsos, quia tollunt preciosissimum thesaurum; ingenij aciem, quæ ebrietate & crapula hebetatur. *Aristot. ibid. & in hunc Casus.* III. Sequuntur ebrietatē omnis generis incommoda. Est hęc ἀρχέπολις omnium flagitiorum. *D. Basilius in oratione de ebrietate.* IV. Ad omnes actiones honestas & vtiles ineptos homines reddit. *Plato 1. de leg.* Itaq; V. Lex illa Minois laudatur apud Cretenses: vti ne alij cum alijs compotationibus ad ebrietatem indulgeant. *Plato in Minoe.* Et Mahometi lex est, vt ebrius 80. ictib⁹ puniatur, & sic natura calidi in officio facilius contineantur.

Pro ebrijs.

Atq; hæc contra ebriorum delicta faciunt. Pro horum mitigatione sunt quæ sequūtur: quod primo Pyrhus Epirotarum rex, cum nonnulli adolescentes inter pocula male de ipso locuti fuissent, & ab hoc examinati vnus respondisset; Imo nisi lagulena defecisset, occidissemus te: simplici confessione motus, eis ignouit. *Plutarchus in eius vita.* Et Pisistratus, qui à Therasippo inter pocula conuitio laceratus, ita vocem

& ani-

& animum ab ira cohibuit: vt abire volentem familiari inuitatione retineret: ferret etiam alia. *Valerius Maximus lib. 5. capite 1. de Humanitate.* II. Imperatores, Theodosius, Arcadius, & Honorius, legem hanc tulerunt: Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, temulentia turbulentus, temporum nostrorum obtrectator fuerit: eum pœna nolumus subiugari, neq; durum aliquid, aut asperum volumus sustinere. *Cod. 9. titulo 7.* Et alibi Iureconsultus: Si per vinum, inquit, custodia amissa; tractandus is, qui deliquit, mitius est, & in deteriorem militiam dandus. *Digestorum 48. titulo de custodia.* Et rescriptum Imperatoris extat Hadriani: Per vinum aut lasciuiam lapsis capitalis pœna est remittenda & militiæ irroganda mutatio. *Digestorum lib. 19 tit. 26. de re militari.*

Nec desunt III. rationes aliæ: quia ebrij cum peccant, non proposito aut dolo malo peccant, qui in omnibus delictis cōsideratur: sed impetu. *Digest. 48. tit. 19. de pœnis.* Ebrij, vt senes, sunt bis pueri: pueros autem delinquentes puniendos esse lenius ante ostensum est. *Plato 1. de legib.* Ebrij præterea ignorantibus sunt similes, & propterea tantum puniendi, quia nimium biberunt. *Tiraq. de legum pœnis mitigandis.* Ebrij sensibus interceptis diiudicare nihil possunt: ideoque his ignoscendum. *Arist. in problem. sect. 30. q. 1.* Ac propterea (postremo) pœna illis leuis est constituta in veteribus legibus Francorum: Si quis miles ebrius fuerit repertus: eiectus, quoad culpam agnoscat, aquā bibere cogatur. *Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum.*

Tertia causa Ira est. Vt sunt lenius tractandi, per Ebrietatem qui deliquerunt, ita eodem habendi numero & loco videntur, qui animi quadam commotione & iracundia peccarunt. Exemplo primo est is, qui patris vlciscendi causa matrem necauit, & non solum humana, sed etiam Deæ sapientissimæ sentētia liberatus est. *Cicer. pro Milone.* Deinde illud, cuius meminerunt Va- **III. Ira.**

lerius Maximus, & Gellius. Mulier, quæ virum & filium simul irata clam veneno interemit hanc ob caussam; quod illi filium suum, ex priore natum matrimonio insidijs interemissent: accusata apud Dolobellam, missa Athenas est ad Areopagitas, qui cognita causa, simul & accusatorem & reum post centum annos ad se redire iusserunt: quod videretur non licuisse mulieri per leges maritū & filium necare: nec etiam rea damnanda, eo quod commotione animi & ira iusta peccasset. *Valerius Maxim. libro 8. cap. 1. de publicis iudicijs insignibus. Gellius lib. 12. cap. 7.* II. Etiam leges ciuiles, Iracundiæ habendam esse rationem, statuunt. Et notum illud est de diuersis regulis Iuris: Quicquid in calore Iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratū, quam si perseuerantiâ apparuerit iudicium animi fuisse. *Digest. lib. 40. tit. 17. Et lib. 9. Cod. tit. 9.* Ad Iuliam legem de adulterijs tantum exilio mulctatur, qui inconsulto dolore adulterum interemerit: eo quod nox & dolor iustus factum releuant. Etiam III. Plato similem inuoluntario esse scribit eum, qui primo iræ impetu & repente aliquem interemit, *lib. 3. de Legibus.* Accedunt IV. rationes aliæ, quod Ira, vt dicitur, furor breuis est: Furiosi autem mitius puniendi. Deinde animi cōmoti nec se cohibere possunt, nec quo loco volunt. *Cic. Tusculan. quæstionum lib. 3.* Sunt V. mala duo inuicta: Superbia & Ira. Et irati qui sunt eodem modo strenui videntur, quo, qui febri laborant, calidi sunt: quod animi illorum pulsu & tumore quodam distēduntur, vindictæque sunt cupidi. *Plut. in Coriolano.*

IV. Imperitia. Quarta caussa Imperitia tyrocinij. Non minus peccari sæpe solet, maxime ab adolescentibus imperitia & ruditate quadam: quando minus adhuc exercitati aut tyrones in arte aliqua aut officio versantur, vbi quæritur: vtrum venia danda, & ignoscendum ijs, qui primum ad negocia adhibiti aut studia, in his peccant, & contra leges delinquunt. In negantem sententiam

tentiam ire voluit Orbilius ille Grammaticus, Plagosus & Vulnerarius dictus, propterea quod admodum asper in tractandis discipulis fuit: ideoque maiori fama, quam emolumento docuit. *Sueton. de Grammat. illustr. capite 8.* Non etiam hanc probant, qui ingeniosi sunt, propterea quod, *Cicerone teste*, quo quis est ingeniosior, eo docere iracundius solet, quia scilicet alios suo ingenio æstimat.

Possunt autem contrariam in sententiam rationes istæ adferri. Quod I. imperitia & ruditate quadam qui peccant, non dolo malo, non improbitate, non negligentia peccant, nisi iterare idem voluerint, vbi illud valet: Vulnus iteratum curatur tardius. Frequenter qui peccant & lugent, veniam vix merentur. ***August. in libro Soliloquiorum, Tiraquellus de pœnis temperandis, causa decima.*** II. Nulla disciplina est, in qua non peccando discatur. Nam si quis perperam administratum improspere cesserit, vitatur quod fefellerat. ***Columell. de re rustica libro 1.*** III. Nihil est grauius, quam errorē adeo deserere, vt se reuocare nō possit. ***Ambrosius de Caino & Abele.*** IV. Profectus pars magna iudicanda, velle proficere. ***Seneca in Epistol. Epist. 7.*** V. Æquitatem hic natura ipsa postulat, quæ nihil perfectum illico producit. ***Cicero 2. de inuent. & in lib. de claris oratoribus.*** Nihil in hac reperitur, quod se in vniuersum profundat, & quod totum repente euolet. ***Idem 2. de oratore.*** Ideoque illud Hieronymi tenendum: IN OMNIBVS HÆC EST PERFECTIO, IMPERFECTIONIS COGNITIO. Accedunt huc sexto leges ciuiles, quæ tyronibus ignoscunt. Est lex de re militari; Si plures simul primo deseruerint, deinde intra certum tempus reuersi sint; gradu pulsi, in diuersa loca distribuendi sunt: sed tyronibus est parcendum. ***Digest. lib. 49. titulo 15. Et paulo post eodem in tit.*** examinantur causæ semper-emansionis; sed & ignoranti adhuc disciplinam tyroni ignoscitur.

V. *Error, casus, imprudentia.*

Quinta causa, ERROR, Casus, Imprudentia est. Quemadmodum enim sæpe imperitia peccatur: ita delinquitur casu, errore, atque imprudentia quadam. Ideoque quæstio mouenda, vtrum qui imprudentia, casu, errore quodam peccant, mitius ac lenius puniendi sint. Non daret hoc Charondas: non concederet Draco Atheniensis: non largirentur Stoici, qui omnia delicta paria constituerunt. Sed tamen probari potest tam exemplis quam rationibus. Cum enim primo Adrastus in venatione forte aprum sectatus Crœsi interfecisset filium, veniam à parente impetrauit: eo quod per errorem hoc fecisset. *Herod. lib. 1.* Athenienses delictis einsmodi inuoluntarijs aras constituerunt; ad quas, qui ita peccarant, confugere possent. *Thucyd. lib. 4.* Habuerunt etiam distincta tribunalia inuoluntarijs cædibus, & errore atque casu factis: & illas in pago Martio, has in palatio diiudicarunt. *Ælianus lib. 8. cap. 15.* II. Lex diuina etiam mitius tales vult tractari, cum, Si quis, inquit, per industriam interfecerit proximum suum & per insidias, ab altari auelles eum, vt moriatur. Qui percusserit volens hominem, morte moriatur: qui autem non est insidiatus, sed DEVS illum tradidit in manus suas, constituam tibi locum, in quem fugere debeat. Constituitur vero locus *Deuteronom. 19.* vt tres ciuitates æqualis inter se spatij diuidantur in medio terræ Israeliticæ, & habeat in vicino, qui propter homicidium profugus est, quo possit euadere. III. Plato in libris suis de legibus, Si quis, inquit, in pugna & certaminibus nolens, siue è vestigio, siue postea morte secuta, amicum interfecerit, vel in exercitatione bellica: is mundus censeatur. *lib. 9. de leg.* Aristoteles quoque inter purgationis partes casum recenset & imprudentiam, *Rhet. 1. capite 13.* Et æquitatis ibidem esse docet, non factum ipsum, sed animum considerare: non pari pœna dignos statuere errores, infortunia, & iniurias. Ac in delictis dolus consideratur, qui non est in errante.

rante. Casum adferunt talem: Si putator ramum ex arbore deijciens in plateam, vbi nullum est iter, hominem interfecerit, non teneatur lege Cornelia de Sicarijs, eo quod diuinare non potuerit: an per eum locum aliquis transiturus sit. *Digest. lib.* 95.2. Eodem loco habetur casus fortuitus in Iure. Vt si quis de alto se præcipitauerit, & super alium venerit, eumque occiderit; non teneatur lege Cornelia de Sicarijs. *Digestor. libro 48. titul.* 8. Et cum venator venando, telo in feram misso hominem interficit. *Digestor. lib.* 48. *tit.* 19.

Et sunt hæ rationes: quia I. quæ ex improuiso casu potius quam fraude accidunt, plerunque fato, non noxæ imputantur. *lib.* 9. *cod. tit.* 16. II. Spectanda cunctis in rebus voluntas est, & quæ consulto facta non sunt, fraudi esse non debent. *Aristot. Rhetor.* 3. *cap.* 14. III. Nihil videtur indignius, quam eum, qui culpa caret, supplicio non carere: euentum, non animum spectarit: pœna affici pari flagitia & aduersos casus. *Hermogenes de statibus. Cicer. 2. de Inuent. Herennianus author libro 2. Quintil. libro 7. capite* 3. Postremo, commune est omnibus hominibus, vt imprudentia quadam labantur & peccent: malorũ vero, vt iniuria alios afficiant. *Aristo. Rhet.* 3. *cap.* 14.

Sexta causa, Personæ qualitas, dignitas, nobilitas, merita. Non minus quæri sæpe solet: vtrum sint lenius puniendi illi, qui nobili sunt loco nati, valent dignitate, ante sunt bene meriti de Republ. aut parentes habuerunt vel maiores præclare de hac meritos. In contrariam & negantem partem videntur adferri illa posse: quod quo maiores sunt homines, eo puniendi grauius, si peccant. *Thucyd. libro sexto.* Scriptura affirmat, fore vt potentes tormenta patiantur. Magnorum & nobilium delicta à pluribus conspiciuntur, & sic exemplo nocent, non secus atque verrucæ in facie corpus deformant. *Plutarchus in præceptis gerendæ Reipublicæ.* Quod tandem qui ita delinquunt, tam

VI. Causa, personæ qualitas.

in DEVM, quam homines ſunt ingrati, à quibus eue-cti ſunt ad honores. *Thomas quæſtione 37. Tiraquell. de mitigat.pœnarum,cauſa 28.*

In affirmantem contra ſententiam faciunt, primum exempla: quod Scaurus repetundarum reus, & quidem perditus & comploratus, tamen propter vetuſtiſſimam nobilitatem & recentem memoriam patris abſolutus eſt. *Valerius Maximus libro octauo, capite primo,&c.* Maximi authoritas Attilium Calathinum generum, admodum infamem reum, periculo eripuit. *Valerius ibidem.* D. Seuerus & Antoninus clariſſimum quendam iuuenem ſacrilegũ in inſulam deportarunt: cum alias Sacrilegij pœna ſit ad beſtias damnatio aut ſuſpendium. *lib.48. Digeſtorum, tit.13.* Secundò hanc confirmat ſententiam Ius ciuile, quod in delictis perſonæ iubet qualitatem conſiderare in peculatu, *lib.48. Digeſtorum,tit.13.* Et qui in ciuitate incendium faciunt data opera, ſi humiliore ſunt loco nati, beſtijs vult obijci: ſi in aliquo gradu, in inſulam deportari. *Digeſt.43. titulo 9.* Accedit huc, quod etiam ſi in vinculis eſt nobilis detinendus, non ita ſtricte tenendus eſt, vt alij. *lib. 48.Digeſt.titulo 3.* Nec deſunt rationes. Quia I. ſemper habenda ratio dignitatis eſt. *Cod.9.tit.2.* II. Valere debet apud omnes ſenex clarorum hominum de Repub. meritorum memoria, etiam mortuorum. *Cic.pro Sextio.* III. Turpe eſt, tantiſper cuiuſq; curam agere, dum eius vſus eſt: poſt vero nullam rationem habere. *Demoſth.in Epiſt.Ep 3.* IV. Non tam eſt neceſſarium, male meritis refefre, quod debetur. *Cic. in oratione ad Quirites poſt reditum.* V. Ita comparatum natura eſt, vt ſæpius omnes peccemus, quam officio fungamur: & tamen ita humanæ fragilitati aliquid tribuendum, vt beneficium aliquod & nobis, & aliorũ meritis dignum conferatur. *Iſocr.in oratione ad Philip.* VI. Tyrannidis oritur ſuſpicio, cum multi nobiles, velut eminentiora papauerum capita, obtruncãtur. *Ariſtot. Polit.5.cap.11.*

VII. Etiam

VII. Etiam Medici, quanquam aduersa in valetudine nihil serui à liberis differant, mollius tamen & clementius liberos quam seruos tractant. *Plinius lib.8.Epist.8. Lipsius Polit. 8. cap.11.*

VII. Sexus.

Septima causa, Sexus. Non minus & illud in quæstionem venit; Vtrum in pœnis & animaduersionibus sit Sexus ratio habenda; mitius puniendæ fœminæ, quam Viri? Affirmantem in sententiam ista adferri posse videntur: quod I. Aurelianus Imperator Cœnobiam defendit contra milites, & seruauit, etiamsi illa imperium rapere ad se conaretur. *Vopiscus in Aureliano.* II. In Iure, cum læsæ Maiestatis crimen est concessum, filiæ eius, quæ hoc commisit, mitius quam filij puniuntur. *Lib.9. Codic. tit. 8. ad legem Iuliam Maiestatis.* excusatur sexu incestus. *lib.48. Digest.tit.5. Ad legem Iuliam de adulterijs:* excusatur & peculatus, *lib.48. titulo 13.* Purgantur denique, qui propter sexum actionem non ediderunt, *lib.2. titul.13. de edendo.* Nec desunt rationes: quod mitior debet esse circa eas sententia, quæ per sexus infirmitatem minus sunt habiles, *libro 9. Cod. tit. 8.* fœminæ habent quidem consultandi facultatem, sed imbecillam: virtutem, sed languidam & imperfectam. *Aristot. Polit. 1. cap. 8.*

--- Nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est: nec habet victoria laudem.
Virgil. 1. Æneid.

QVÆSTIO CV.

QVÆNAM IN POENIS ET SVPplicijs sumendis vitanda?

I. Lætitia & voluptas.

PEccari hac in re non raro solet. Itaque vitanda in animaduersionibus primum est lætitiæ & voluptatis cuiusdam suspicio: ne delectari aut gaudere videatur princeps ob eorum pœnam, qui sunt puniendi. Quia I. est ferina rabies, sanguine & vulneribus gau-

dere. *Seneca lib. 1. de clementia.* II. Licet recte quidam & merito puniantur: tamen si voluptates inde capi aliqua videatur, miseratio oritur: tanquam non vtilitate publica, sed in vnius sæuitiam tales absumantur. *Lipsius Pol. 8. capite 11. ex 15. Annalium Cornelij Taciti.* III. Cum gaudium & voluptas quædam deprehenditur in supplicijs; Magistratus non ad Rempublicam, sed se ipsos respicere videntur. *Cic. 1. off. 4.* Itaq; hic faciendum quod Medici facere consueuerunt, qui membrum deploratum non libenter sed coacti resecant: ne totum corpus pereat. *Haresbachius de principis Instit. cap. 16.*

II. Præcipitantia ac celeritas vitanda.

Secundo fugienda præcipitantia & celeritas est in pœnis & animaduersionibus. Crudelitas (inquit ille) acerbissima videtur, quæ trahit pœnam: misericordiæ genus, cito occidere. *Seneca libro secundo, de beneficentia.* Itaq; Tiberius Imperator vetuit, ne damnati intra dies decem suppplicio afficerentur. *Dion libro 57. Sueton. in Tiberio.* Extat quoq; in Iure lex Imperatorum: Si vindicari in alios seuerius contra nostram consuetudinem iusserimus: pro causæ intuitu nolumus statim eos aut pœnam subire, aut excipere sententiam: sed per dies triginta super statu eorum sors & fortuna suspensa sit. *libro 9. Codic. titulo 47.* Huius rationem Anaxandrides Spartanus attulit: qui interrogatus, cur Lacedæmonij plures dies insumerent in cognoscendis capitalibus causis: respondit, Quod si in his semel erratum fuerit, non esset corrigendi consilij potestas. *Plutarchus in Apophtheg. Laconicis.* Deinde prope, libenter videtur damnare, qui cito damnat. *Seneca libro secundo de Clementia.* Tertio, si est alterutram in partem peccandum, sanctius est impunitum relinqui facinus quam innocentem condemnari. *Digest. 48. tit. 19. de pœnis.* Ideoque Romanorum secures fuerunt fascibus alligatæ, vt resolutione mora interijceretur. *Plutarchus in problematibus.*

Tertio

Tertio, etiam nouitas vitanda est pœnarum & supliciorum. Itaque Arist. more patrio vult supplicia sumi. *Polit.5.cap.11.* Præ se fert deinde nouitas crudelitatis ac tyrannidis quandam speciem. Et sæpe modus agendi non bonus causam perdit bonam. *Seneca lib. 2. de Clementia.* Est & nouitas omnis ingrata & inuisa: nec modo difficulter, verum etiam minus tuto introducitur. *Plutarch. in præcep. gerendæ Reipublic.* Eaque de causa Mezentius apud Poëtam male audit, qui mortua iungebat corpora viuis, Componens manibusque manus, atque oribus ora. *Virg. 8. Æneid.*

III. Nouitas suppliciorũ vitanda.

IV. Princeps aut magistratus ne sit spectator pœnarum.

Quarto, illud quoque vitandum, ne ipse pœnas exigat Magistratus aut princeps, etiam vix spectet. Vbi enim præmia sunt & munera distribuenda, ipse princeps hoc faciet: vbi contra pœnæ & animaduersiones adhibendæ, alijs negocium demandabit. *Xenoph. in Hierone. Lipsius Polit. 8. cap. 11.* Eoque nomine reprehenditur Verres à Cicerone quod non solum noua excogitarit supplicia: lictoribus & carnificibus suis omnem petulantiam concesserit: verum etiam ipse fuerit spectator suppliciorum.. *lib. 5. in Verrem.* Vituperatur quoque Volasus Asiæ proconsul: qui cum trecentos vno die securi percussisset, incedens inter cadauera, vultu superbo, quasi magnificum & conspiciendum aliquid fecisset: exclamauit, ô rem regiam! *Seneca libro 2. de ira, capite 5.*

QVÆSTIO CVI.

VTRVM BENE CONSTITVTA IN Repub. præmia sint necessaria.

Vsus quæstionis.

DE Solonis sententia non tantum pœnis, verum etiam præmijs Respub. continetur: optima illa iudicatur gubernatio: in qua vtraque coniunctim reperiuntur. Et ad vsum transferri hæc hodie Quæstio potest in omnibus causarum generibus: cum in deliberationibus de præmijs ac honoribus bene meritorum agitur:

agitur: sunt à principibus & Magistratibus alijs illi petendi: in demonstratiuo laudanda atque celebranda facinora, quæ præmia flagitant: in Iudiciali defendendi viri boni, & ostendendum, non hos pœnis ac supplicijs, sed præmijs dignos esse: aut etiam illorum est patrocinium suscipiendum, qui ambitu vel largitionibus dicuntur impetrasse honores & officia publica, quæ præmij loco ob beneficia in Rempublicam singularia illi sunt consecuti.

Laborum præmia necessaria.

Ac tametsi virtus sibi sit pulcherrima merces. *Silius lib.3. Punicorum:* satis in ipsa conscientia facti pulcherrimi sit fructus. *Cicer.4.Philip.* vir bonus, amore virtutis & Reipublicæ potius, quam commodi, aut præmij spe adductus bene alijs facere & debeat & soleat: præmijs ac beneficijs ærarium exhauriatur: priuatorum opes imminuantur: non vero etiam foueatur ignauia. *Corn.Tacit.lib.3.* tamen in contrariam sententiam rationes bene multæ neq; contemnendæ sunt.

Quod primum augustissimum & præcipuum officium est persoluere debita ijs, qui bene de nobis sunt meriti. *Plato 4.de Leg.* Æquum est, vt vnicuique prosit & proficiat labor suus. *Cassiod.libro 2.Epistol.2.* Ciuitatis potentia tum augetur: cum supplicijs improbi afficiuntur: præmia & honores consequuntur bene meriti. *Demosth.in Leptinem.* Quandoquidem vbi virtutibus sua sunt præmia proposita: ibi ad gubernacula etiam optimi viri promouentur, quisque animo optimo ad ea in Rempublicam accedit; quæ præmia habere sua videt. *Thucyd.lib.1.* Nihil non aggrediuntur homines, si magnis conatibus præmia magna proponantur: magni animi magnis honoribus fiunt. *Liuius libro 4. Decad.1.* omnium beneficiorum, quæ merentibus præclare tribuuntur, non ad ipsos magis gaudium, quam ad similes redundat. *Plin.in Paneg.4.* Et quidem vt frugum copiam magnam bona aëris temperies gignit: ita bonorum ingeniorũ incrementa efficit Regum & Magistra-

gistratuum liberalitas:vt eorundem contra sordes cuncta extingunnt ac perdunt. *Plutarch. in libro de Virtute seu fortuna Alexan.1.* Qui prudentes sunt ac cordati, honoribus ac præmijs collatis, onus sibi imponi vident: eum, qui indigne his ornatur, vel corrupta consuetudine, vel amore aliquo,norunt quasi furem & latronem esse talium honorum & præmiorum. *Gellius libro secundo,capite tertio.* Quemadmodum contra nihil in humana vita iniquius est,quam vno eodemq; loco haberi, æqualibus præmijs ornari & fortes & ignauos. *Xenoph. libro secundo de Pædia Cyri.* Ac quando bene meritis gratia non refertur,rerum communicatio,& officiorum velut mutuatio tollitur. *Aristot.Eth.5. cap.8.* Eaq; de causa Respublicæ multæ intereunt,cum viri fortes ac strenui, nihil deterioribus plus auferunt. *Euripid.in Hecuba.* Siquidem nemo Reipublicæ in periculis cum laude & virtute versatur,quin spe posteritatis & fructu ducatur. Indiscreti hominum mores & confusi vagantur, nisi culpa formidinem, virtus præmium habeat. *Cassiod.lib.2.* Et licet splendidum virtutis sit nomen : tamen non

--Inuenies multis de millibus vnum,
Virtutem precium qui putet esse sui:
Ipse decor recti facti,si præmia desint,
Non mouet: & gratis pœnitet esse probum.
Iuuenal.Satyr.10.

Ac licet Philosophi de virtute seipsa contenta, contemnenda quoque gloria multa disputent: tamen in illis ipsis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt, & in eo ipso, in quo prædicationem & nobilitatem despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt. *Cicero pro Archia.* Maleque passim ingrati audiunt,qui debita pręmia negligunt.Sunt hoc nomine reprehensi Athenienses : qui licet essent doctissimi,& scientiarum quodammodo parentes:tamen velut carnifices extiterunt virtutum.

Quemad-

Exempla eorum, qui in meritos præclare, ingrati extiterunt.

Quemadmodum exempla testantur benemeritorum sed male acceptorum: Solonis, Socratis, Aristidis, Themistoclis. *Plutarch. in horum vitis, Valerius Maximus libro quinto, capite tertio. Ælianus libro duodecimo variarum historiarum.* Sic reprehensus fuit maior Dionysius, qui Platonem pro seruo vendi curauit: quod non ille attendisset, virum sapientem & doctum aut rarissime aut iucundissime ac suauissime versari cum Tyrannis oportere. *Diodorus libro quinto.* Vituperatus fuit Iustinianus Imperator propter ducem Belisarium, qui Gothis & Vandalis Italia pulsis Constantinopolim reuersus, oculis orbatus, eo ab illo redactus est, vt ostiatim panem mendicare cogeretur: vbi illud semper repetijt: Date stipem Belisario, quem virtus extulit, inuidia excæcauit. *Fulgosus lib. 5. cap. 3.*

Pœnæ in ingratos constitutæ.

Postremo, etiam pœnæ constitutæ fuerunt illis, qui bene meritis præmia denegarunt. Obseruarunt hoc Persæ: qui putarunt ingratitudinem impudentiam sequi, quæ ad omnem turpitudinem dux esset. *Xenoph. lib. 1. Pædiæ Cyri.* Philippus Rex Macedoniæ militi ingrato erga hospitem suum stigmata fronti inscribi curauit: Hic ingratus hospes est. *Senec. lib. 4. de beneficijs, cap. 17.* Apud Athenienses aduersus ingratos non minus actio data fuit publica, ac si quis scelus & crimen magnum perpetrasset. *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 1.*

Vtrum ingrati actio detur.

Quod tamen recte ne fiat, & vtrum ingrati actio bene constituta in Repub. admittenda; disputatur vtramque in partem apud Senecam *de beneficijs lib. 3. cap. 6. & in sequentibus.* Et quidem negantem in sententiam adferuntur istæ rationes: quod I. Recepta & admissa ingrati actione beneficij & gratiæ nomen pereat. II. Non sint huic crimini suffectura omnia fora, propter multitudinem ingratorum III. Neque formula possit dari iudicandi in eiusmodi actione IV. Admodum graue ac difficile de ingrati vitio iudicare, videre, quæ sint aut non sint beneficia. In affirmantem vero illæ

occur-

occurrunt: quod, si non detur actio ingrati, tardiores homines futuri sint ad beneficia danda: II. Æquissima & iuris gentium vox, Redde quod debes, locum minime habitura: & tandem iniquum admodum, ingratos non puniri, qui & publice & priuatim nocent.

QVÆSTIO CVII.

QVINAM POTISSIMVM præmijs afficiendi?

QVemadmodum præmia necessario in Republica requiruntur: reprehenduntur, hæc qui negligunt: ita neque illi laudantur, qui, quos non oportet, aut magis, quam oportet, præmijs decorare solent. Vti Rancinius Ægypti Rex ob artificiorum furtum filiam suam furi elocauit. *Herod. lib. 1.* Athenis aurea data corona ei fuit, qui in Bacchi festo bibendo alios superaret. Quod & Alexander Magnus fecisse dicitur. *Ælian. libro 2. variarum historiarum.* Xerxes præmium proposuit illi, qui nouum aliquod voluptatis genus inuenisset. *Valerius Maximus lib. 9. cap. 1.* Ornauit percussores proscriptorum Sylla. *Plutarchus in eius vita.* Iohanni cuidam Conario Episcopatus est datus: quod capones præbere & præparare egregie nosset. *Cromerus lib. 30. rerum Polonicarum.* Sunt & hodie non pauci, qui, quod prouerbio dicitur, lutum manibus, pedibus farinam tractant: præmijs dignos negligunt, indignos his ornant, vel potius onerant. Itaque recte quæritur, quinam præmijs sint afficiendi.

Et quidem literatos & doctos esse præmijs & honoribus dignos, etiam leges ciuiles ostendunt: quæ priuilegijs & immunitatib. singularibus hos ornant: iubent vt Grammatici, Rhetores, Medici, qui in patria sua, vel Romæ has artes exercent, & intra numerum sunt Professorum, à tutela excusentur. *Digestorum libro 27. tit. 1. de excusationibus, &c.* Adfertur alibi ratio: quod hi sa-

I. Viri docti & literarum studiosi.

hi ſalutis hominum: illi vero ſtudiorum curam agunt. *Digeſtorum lib. 50. tit. 13. de extraordinarijs cognit.* Volunt, vt Medici Grammaitci Profeſſores literarum, & Doctores legum vna cum ſvxoribus & filijs rebusque omnibus, à cunctis muneribus, vel publicis, vel ciuilibus immunes ſunt: vt neque hoſpites recipere, nec ad iudicium deduci, nec eximi, vel rehiberi, vel iniuriam pati debeant. *Imperator Conſtantinus libro decimo Codicis, titul. 52. de Profeſſoribus & Medicis.*

In profeſſoribus & Doctoribus ſcholarum quid requiratur.

Interim, quæ ſequitur lex Imp. Iuſtiniani, hanc addit conditionem: vt magiſtri ſtudiorum & doctores excellant moribus & facundia: iubet, vt, quiſquis docere vult, non repente nec temere proſiliat ad hoc munus: ſed iudicio ordinis probetur: decretum curialium mereatur, optimorum conſenſu conſpirante. *Ibid. lib. 7. de Magiſtris.* Mandatur præterea, vt Philoſophi munera ſordida corporalia non ſubeant. Etenim vere Philoſophantes pecuniam contemnunt, cuius retinendæ cupidine fictam eſſe aſſeuerationem detegunt, ſi ſe excuſant. *Digeſtorum libro 50. titulo 5. de vacat. & excuſat. munerum.*

Huc quarto & illud accedit: quod leges flagitant, vt Profeſſorum & Medicorum domus, vbicunque poſitæ fuerint, militem ſeu iudicem hoſpitandum ſuſcipere non cogantur. Et hæc etiam valere in coniugibus & filijs volunt. *lib. 10. Codic. tit. 52. de Profeſſ. & Medicis.*

Poſtremo, Studioſis quoque & maxime ſacrarum legum profeſſoribus hunc haberi honorem Frider. Imper. *in conſtitutione noua poſtulat*: vt ijs in locis, in quibus literarum exercentur ſtudia, ſecure habitent: rationibus additis pulcherrimis. Quod dignum, vt cum omnes bona facientes laudem & protectionem mereantur: digni iudicentur illi ſpeciali dilectione & ab omni iniuria defendantur, quorum ſcientia totus mundus illuminatur, & vita ſubiectorum informatur ad obediendum & Deo & magiſtratui. Et quis, inquit, eorũ

non

non misereatur: qui amore scientiæ exsules facti de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt: vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis sæpe hominibus (quod grauiter ferendum) corporales iniurias sine caussa perferunt. Et quæ sequuntur: de damnis & iniurijs scholasticorum auertendis & puniendis: & lite aliqua exorta, conueniendo eos, quibus iurisdictio data & commissa est.

Sed quia tales exemplis maxime mouentur, etiam notanda præmia sunt literatorum: & quidem secundum diuersas facultates & scientias, initio facto à Philosophis. Vbi memorabile, quod Agathonem Philosophum Platonicum summo in precio Agesilaus habuit. *Volaterr. lib.13.* Platonem & Theophrastum donis affecit Philippus: gratulatus sibi est de filio Alexandro Aristot. tempore nato. *Ælian. lib. 4. variarum.* Amplis muneribus Cratippum Pompeius ornauit. *Plut. in eius vita. Plin. libro 7. cap. 30.* Heliodorum in precio habuit Adrianus. *Spartian. in eius vita.* Carolus Magnus artium liberalium doctores præ cæteris veneratus est. *Auentin. lib. 4. Annalium Boiorum.* Neque, vt hodie, contemti fuerunt Mathematici. Ægyptij summopere hos coluerunt, maxime propter contentiones ortas inter vicinos de agrorum finibus propter Nili inundationem. *lib.1. cap.6. apud Diodorum.* Constantinus Leonis philosophi filius, Henricus Imperator, Carolus Magnus, & ipsi Mathematici insignes, & Mathematicos plurimum amarunt: plurima his ipsis concesserunt priuilegia. *Auent. lib. 4. & 5. Annal. Cedrenus.* Et Matthias rex Vngariæ Ioannem Monteregium & honoribus & diuitijs magnis prosequutus est. *Bonfinius in Vngaricis Historijs lib. 8 Decad. 4.* Et Ludouicus Vngariæ rex Mathematica studia promouit. *Bonfinius lib. 10. Decad. 2.* Carolus vero Imperator in expeditionibus suis semper ducere est secum solitus Mathematicos & Astronomos.

Philosophorum præmia.

Ss Secun-

Oratorum. Secundo, & Oratores non exiguo in loco numeroque fuerunt. Amauit Ciceronem Augustus, & iudicauit optimum virum, Reique pub. amantem. *Plutarch. in Cic. Strab. 14. lib.* Iulius Cæsar ipse se declamando exercuit: præmia declamatoribus constituit, vt & pœnas. *Suet. in Cæsare. Plut. in eius vita.* Vespasianus primus è fisco Latinis & Græcis oratoribus stipendia constituit. *Suet.* M. Antoninus pius Rhetoribus prouincias decreuit. *Iulius Capitolinus.* Hos circum se habuit semper, prope solium collocauit. *Andronicus Comenus: vt Nicet. lib. 2.*

Historicorum. Quemadmodum Sallustium & Liuium dilexit vnice Augustus. *Volaterran. lib. 12.* Henricus Imperator omnis generis coluit Historicos. *Auentinus lib. 5.* Franciscus I. rex Galliæ ad mensam non moriones, sed doctos & Historicos habuit. *Sleidan. lib. 19.*

Poëtarum. Neque quintæ classis, quod aiunt, sunt iudicati Poëtæ. Amauit Ennium Scipio: Marius Ennium & Archiam: Augustus Virgilium, Horatium & Ouidium. *Dion in Augusto. Strab. lib. 14.*

Medicorũ. Ad facultates quod attinet, exempla nota sunt. Artaxerxes rex Persarum Hippocratẽ Medicũ voluit vocari ita, vt quantũ peteret auri, illi numeraretur. *Plin. lib 7. c. 37.* Erasistratus à Ptolomæo aureis nummis quindecies millies est donatus propter vnicam curationem. *Ludouicus Viues de laudib. Philosophorũ.* Medicos in ciuitatẽ recepit Iulius Cæsar, & magnis beneficijs ornauit. *Suetonius in Cæsare.* Cauterius Medicus à Ludouico II. Galliæ rege singulis mensibus accepit decem millia aureorum. *Philippus Comminæus.*

Iureconsultorum. Iureconsulti in autoritate magna fuerunt apud Alexandrum Seuerum Imper. adhibiti fuerunt ad omnia negotia. *Pontan. lib. 1. de magnanimitate.* Iustin. Imp. licet, vt quidam iudicant, ἀναλφάβητος, plane rudis & ignarus literarum, veneratus est & adhibuit diligenter Iurisconſ. Tribonianum, Theophilum & alios.

Cuspi-

Cuspinianus. Carolus 4. Imp. Bartholum de Saxoferrato vna cum familia & successoribus immunitatibus singularibus donauit. *Auent.lib.4. Annal.*

Neque fuerunt neglecti Theologi. Laudantur Reges, Impp. & Principes, qui præmijs & honoribus eos affecerunt. Quales sunt Constantinus, qui singulare vectigal à ciuitatibus pendere solitus est Ecclesijs. *Socrates & Sozomenus in tripartita.* Et Iouianus Imp. qui etiam lege edita iussit Ecclesijs frumentum restitui. *Theodoretus lib. 4. cap. 4.* Carolus Magnus, cuius liberalitas prædicatur à Crantzio *in procœmio Metropoleos*, & à Cuspiniano : & Henricus quartus, qui ab eodem hac de causa laudatur. *lib. 5. Metropoleos.* Et Ludouicus Imperator hanc ob rem Pius dictus. *Platina.* Neque illud vtique immerito. *Theologorum.*

Religionis præcipua est in Repub. cura habenda: eiusdem est fundamentum ac propugnaculum. *Plato 4. de Repub.* sunt Iureconsultorum ædes ciuitatum oracula, & sine his habitari ciuitas feliciter non potest. *Arist. Polit. 3. cap. 8. Cic. 3. de Orat.* Honorare Medicos Sacræ literæ etiam propter necessitatem iubent. *Eccles. 38.* Hominum corpora omnis generis affectionibus & morbis sunt obnoxia. *Galenus lib. 1. de Sanitate tuenda.* Nec contemnendi Philosophi, sed cogitandum : non ante malorum finem in Republ. futurum, quam Philosophi summam rerum in hac obtinuerint. *Plato 6. de Republica.* Philosophiam hoc efficere : vt, qui vere illi dant operam sua sponte illud agant: quæ cæteri legum metu faciunt. *Plutarch. de amore virtutum.* Nec exterminandi Oratores, eo quod elegans, erudita oratio salutis quædam arx est inexpugnabilis : idem coniuncta cum sapientia, quod exercitus contra hostes, præstat. *Aristot. in Rhetor. ad Alexandrum.* Et æque turpe est, lingua vti non posse, & habere manus, defendere vero se non audere. *Aristot. Rhet. 1. cap. 1.* Nec inculti relinquendi Historici : cum verum sit quod dicitur; Bis *Docti cur honorandi ac præmijs decorandi.*

pueros eos esse, qui, quid antequam sint nati, acciderit, ignorant. *Cic. in Orat. perfecto.* Exemplis quoque est opus: vt, quod fuit vtile, obseruetur: vitetur, quod exitu fœdum extitit. *Liuius lib. 1. Decad. 1.* Postremo, & recte Poëtarum ratio habenda, qui longe sunt vetustiores Oratoribus & Historicis; & prosunt & delectant simul: quę necessaria sapienti cū suauitate proponunt: paratos & promotos reddunt homines ad Reipub. munera obeunda. *Plat. 3. de Repub.*

II. Milites præmijs digni.

Secundo Martia iura sunt cumprimis hodie in vsu: vbi Mars & Bellona truculenta dominantur: ideoque recte de militum honoribus & præmijs agetur: quæ iura minime negligunt: sed volunt, vt longi temporis præscriptio non officiat mulieribus, quæ diutissime cum marito fuerunt, qui militiæ dedit operam. *cod. lib. 2. tit. 52.* Agunt de restitutionibus militum, *ibid. tit. 51.* Et peculio Castrensi, *Digest. 49. tit. 17.* Iubent, vt iuris ignorantia vel error excuset milites: *lege cod. tit. 21.* hac ratione, quod milites magis arma, quam leges scire oporteat. Veteranis magna largiuntur priuilegia: vt sint immunes à vectigalibus, oneribus ac muneribus publicis, non necesse habeant militare, non cogantur alibi, nisi coram ducibus suis comparere tam in ciuilibus, quam criminalibus caussis. *Cod. 12. tit. 36. de re militari, & 12. tit. 47. de veteranis. & Digest. 49. tit. 18. de priuilegijs veteranorum.* Cuiusmodi vero secundo loco esse debeant militum præmia, sigillatim ostendendum ex antiquitate & historiarum monimentis. Fuerunt enim I. laudationes adhibitæ tam generales, quam speciales: vt notat Plutar. *in vita Coriolani, Liu. libro 7. Ammianus Marcellin. lib. 24. Sallust. in bello Iugurth.* Rationem harum monstrat Plat. *in Menexeno.* Pericles in laude cæsorum Atheniensium *Thucyd. lib 8. Demosth. in funebri oratione, Cic. in 3. 6. & 14. Philippica. quæ orationes præbent exemplum, quo pacto demortui sint laudandi.* II. Tituli, nomina, cognomina data hono-

honorifica: quemadmodum appellatus fuit populi gladius ob fortitudinem Marcellus. *Sabel. lib. 6. cap. 3.* M. Manlius Capitolinus propter defensum Capitolium. *Plin. de Viris Illust.* Constantinus, Alexander, Pompeius sunt Magni dicti. Otto 4. Imp. ob rerum gestarum magnitudinem vocatus Mundi Miraculum. III. Sunt tributæ coronæ gramineæ & obsidionales, quernæ & ciuicæ ob seruatum ciuem: murales & castrenses ob vallum receptum: nauales ob rem gestam fortiter nauali in prœlio: ouales in victoria parta sine sanguine. *Polyb. lib. 6. Suet. in Caligula, Plin. lib. 22. cap. 3. 5. & 6. Gell. lib. 5. c. 6. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 18. Blond. lib. 6. Polyd. Virg. de rerum inuentoribus lib. 2. cap. 17. Stenvvegius in Veget. cap. 7.* Quo pertinent & palmæ gestationes. *Pausan. in Arcadicis*: & coronæ oleagineæ, & alij rami. *Ælian. lib. 6. variarum. Val. Max. lib. 2. cap. 1. Probus in Thrasybulo, Plut. in Themistocle.* Et laurea ac fasces laureati. *Plin. lib. 15. cap. 29. Valer. Max. lib. 2. cap. 3.* IV. Accesserunt torques, & armillæ argenteæ, & phaleræ, testibus: *Vegetio de re militari lib. 2. cap. 7. Corn. Tacito lib. 2. Annalium, Plin. lib. 33 cap. 2. Liuio lib. 10. Cælio lib. 18. cap. 18. Suetonio in Augusto.* V. Sunt erectæ statuæ viris fortibus. *Sueton. in Tito, Gell. lib. 4. cap. 5.* Concessi triumphi. *Appianus de bellis Punicis. Sigonius de iure triumphandi.* Trophæa erecta. *Florus lib. 3. cap. 2. Plut. in Pelopide. Stenvvegius in Vegetium lib. 7. cap. 7.* VI. Sunt dati nummi, quod Pompeius fecit, deuicto Mithridate. *Plutarch. in Pompeio*: & Iulius Cæsar. *Plut. in Cæsare*: & Augustus Cæsar. *Sueton. in eius vita*: Seuerus Imp. *Ziphilinus.* Prædæ etiam & spolia relicta, quæ post in postibus ædium suspensa. *Liu. lib. 10. Vopiscus in Probo, Valer. Max. lib. 3. cap. 8.* VII. Donatæ quoque fuerunt domus, aut exstructæ publicis sumtibus. *Plin. lib. 36. cap. 15.* Concessi itidem agri. *Plut. in Cæsare. Lamprid. in Seuero.* VIII. Accesserunt vestimenta honorifica

rifica:vt M.Catoni licuit in purpura ludos publice spectare. *Alex.ab Alex.lib.2. c. 29. & lib.5.cap.15. Ælianus variarum lib. 6.* IX. Datum etiam vinum honoris ergo. *Plut. in Camillo, Plin. lib. 18. c. 8.* Nec vtebantur olim promiscue omnes vino:sed illud adhibebant tantum ad sacra & heroum conuiuia. Vnde mos hodie manasse videtur : vt, quemadmodum Homerus vocat, γερούσιον, honorarium vinum hospitib. detur. X. Non negligebatur cibus:& quidem armi & femora in conuiuio apponebantur viris fortibus aut dignitate singulari præditis, *vt. 1 Reg. 3.* Et Cyrus amicis & viris fortibus honoris ergo semiesos anseres, & alias partes cibariorum de mensa est mittere solitus. *Xenoph.in pædia Cyri, lib.8.* Et publico in loco ac Prytanæo Athenis est victus illis datus, qui bene meriti in bello de Repub. essent. *Suidas.* Contigit hoc Romæ Horatio & Manlio,& cuidam fœminæ; quæ matrem carceri inclusam lacte suo sustentauit. *Val. Max.lib. 5. c. 4. Plin. lib.6.c. 36.* Quo accesserunt etiam conuiuia & viscerationes non neglectæ à Cæsare Traiano, Antonino & Aureliano:qui dicere consueuit,PopuloRomano saturo nihil esse lętius. *Plut.in vita Cæsaris. Xiphilinus in Antonino. Alexand. ab Alexand.lib.5.cap.24.*

III. Principes & Magistratus.

Sunt tertio vt docti & rei dediti militari ,ita quoque Magistratus honoribus ac præmijs digni : quia in præmio & honore splēdor Magistratus consistit. *Arist. Pol. 3. c.9.* II. Recte Magistratus parentes,pastores,medici à sapientib. appellantur:conferuntur cum oculis, cū anima in corpore, cum Sole in cœlo. *Arist. Pol. 4.c. 15. & lib.5.c.12.* III. Cuilibet bono excellēti,& quidē ciuili honos debetur:modo ad cōmune ciuitatis bonū illud prosit . *Arist.Pol.3.c. 8.* IV. Natura ipsa honorē,qui exhibeatur Magistratui, requirit, vtpote superiori : siquidem reb.pręclaris & eximijs meliora loca concedit: cælum angelis, capita humana animis. *Arist.ibid. Et in hunc Casus.* V. Magistratus præter honorem,mercedem

dem aliam non accipiunt:& qui aliud quid desiderant, primum tyranni fiunt: deinde in discrimen ac periculum coniiciunt Respublicas: tum faciunt,vt male propter iniusticiam audiant : deniq; rebus priuatis cumulandis student: commoda publica negligunt. *Aristot. Politic. 4. cap. 6.* VI. Etiam Deus ipse honorandum esse Magistratum statuit. Et inter seculi huius mala sacris in literis recensetur & illud apud Ecclesiasten, *cap. 10.* Cum serui in equis sedent,Principes ambulant supra terram quasi serui. VII. Contemtus Magistratus & Principum & ipsis principibus & subditis & dignitati obest. *August. de vita clericorum serm. 3.* Nihil est ad audaciam malis promtius: quam cum Magistratus parum probatus & dissolutus contēnitur. *Trebellius Pollio in Gallienis.* Et quemadmodū domus non bona censetur, in qua natu minores grandiorib. nō obtemperant: literarius ludus infelix,vbi discipuli magistros contemnunt: nulla spes ægrotis,si Medicis non obtemperant: est periculosa nauigatio, quando gubernatori nautæ morem non gerunt: ita actum est de illa Repub. aut regno & imperio,in quo principes & Magistratus non afficiuntur honorib. sed cōtemnuntur. *Dio lib. 51. in Orat. Cæsaris ad milites.* VIII. Hac de causa iura & leges cūprimis puniunt eos, qui in Magistratus suos sunt cōtumaces & inobedientes: qui imagines Imperatorum aut statuas iam consecratas contaminant,lege Iulia Maiestatis tenentur. *Digest. lib. 48. tit. 9. ad legem Iuliam Maiestatis.* Hoc ipsum crimen Maiestatis summum iudicatur: quando scilicet hostili quis animo aduersus Rempublicam vel principem aliquid est molitus. Potest hoc in delicto accusare,cui alias accusatio non permittitur: potest torqueri,qui ad quęstionem alias non abripitur: potest minime prouocationem instituere: non potest sepulturæ talis mandari : imo etiam mortuo eo Iudicium peragitur. *Cod. lib. 9. tit. 8. ad legē Iuliā Maiestatis.* Deinde maledicta & famosi libelli quoque puniun-

tur: & siquidem ex leuitate vel insania quid perpetratur, non ita punitur, atque si per iniuriam. *cod. 9. tit. 7. Si quis Imperat. maledixerit.*

Contra libellos famosos.

Eodem in lib. tit. 36. capitalis pœna constituitur, non solum illis, qui scripserunt libellos famosos; sed etiam inuentos qui non corrupit, priusquam alij inuenirent, aut etiam inuentos alijs confiterentur. Et extat hac de re quoque Constitutio grauis Caroli V. Imperatoris: qui vetat libellos famosos, titulos, Epigrammata, carmina alicuius famam lædentia, scribere, proponere, spargere, nomen suum addere: allatis quoque pulcherrimis rationibus, eiuscemodi homines puniendos esse grauiter statuit. IX. Videmus quoque semper punitos fuisse eos, qui debitum Magistratui honorem non exhiberent. Apud Plutarch. *in vita Valerij Publicola* lex extat, quæ mulctam constituit ijs, qui Consulibus se opponerent, duobus bobus & ouibus duabus constantem. Alex. Magn. Dario victo, Polymachum quendam necari iussit, propterea quod Cyri sepulchrum fuerat demolitus. *Diod. Sic. lib. 4.* Veturius à Romanis est publice condemnatus, quod prætereunti Tribuno pl. via decedere recusasset: quasi iniuria non Tribuno, sed Reipubl. illata esset. *Plut. in Graccho.* Iidem Romani Aduocatum quendam, nimis alte oscitantem coram Censoribus, pœna graui voluerunt damnare, nisi interposito iureiurando sancte ille affirmasset, morbo oscitandi grauiter se laborare. *Fulgosus lib. 2. C. 4.* Qui Augusti statuæ caput ademerat, & imposuerat alterius cuiusdam, capite punitus est. *Sueton. in Augusto.*

Qualia prœmia, cuiusmodi honores Magistratui ac Principi alicui habendi.

Cuiusmodi vero his honores sint habendi, considerandum erit. Persæ, Medi, Indi, Ægyptij prope superstitiose Magistratus suos coluerunt. Et quidem Indi, cum Reges capillos suos abluerent, solennia celebrarunt, dona Regibus miserunt. *Strabo lib. 15.* Adorare sunt suos soliti Persæ & Ægyptij: quod non crederent absq; diuino numine tantū imperium eos esse consecutos:

cutos: & optime merentes de alijs diuinæ naturæ participes esse factos. *Diodorus Sic. lib. 1. cap. 7. Alexand. ab Alexan. lib. 2. cap. 19.* Præmiorum vero & honorum species hæc I. est adoratio maxime apud Orientales vsitata. II. Consecratio, cum quæ in honorem clarorum & illustrium virorum etiam adhuc viuorum instituta sacra fuerunt: vt T. Flaminio propter restitutam libertatem Græciæ Græci velut DEO alicui libarunt. *Plut. in eius vita.* Brasidæ Lacedæmonio Amphipolitæ anniuersaria sacra constituerunt. *Thucyd. lib. 5.* Sunt Augusto Cæsari adhuc viuo à Romanis erecta altaria: eidem redeunti in vrbem in bello sunt feriæ habitæ, & Augustales nominatæ. *Dio lib. 24.* Publicis sumptibus Iudæi pro Romanis Imperatoribus sacra peregerunt. *Iosephus lib. 2. contra Appionem.* Sunt Flamines & sacerdotes constituti Iulio Cęsari: erectum quoq; templum adhuc viuo. *Lib. 44.* Ita Deorum in numerum à gentilibus relatus est Constantinus Magnus. *Fulgosus lib. 8. cap. 16.* Eodem honore affectus Carolus Magnus. *Auent. lib. 4.* Et Marcus Antoninus Imper. *Sabell. lib. 4.* Et Vngariæ rex Ladislaus. *Bonfinius lib. 4. rerum Vngaricarum, Decad. 3.* Quo vero pacto ἀποθεώσεις & consecrationes sint institutæ, ostendunt scriptores. *Herodianus in Cæsaribus. Sabell. lib. 5. Ennead. 7. Cælius lib. 21. antiquitatum, cap. 33. Vitruuius de Architect. lib. 3. Plut. in vita Cæsaris. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4.* III. Species ad insignia spectat, cuiusmodi fuerunt I. Diademata regia & coronæ capitibus principum impositæ, veluti corporis humani parti sanctiori ac præstantiori: de quibus vt & earundem rationibus & modis diuersis apud diuersos sunt legendi scriptores. *Dionys. Halicarnass. lib. 3. Strabo lib. 11. Sueton. in Nerone, Dion. in Pompeio, Iustin. lib. 1. Xenoph. lib. 8. pædiæ Cyri. Plut. in Artaxerxe, Herod. lib. 4. & 6. Diod. Sic. lib. 2. cap. 3. Et lib. 3. cap. 2. Curtius lib. 3. Ammianus Marcell. lib. 23. Athenæus lib. 12. cap. 13. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19.*

tur: & siquidem ex leuitate vel insania quid perpetratur, non ita punitur, atque si per iniuriam. *cod.9.tit.7. Si quis Imperat. maledixerit.*

Contra libellos famosos.

Eodem in lib. tit. 36. capitalis pœna constituitur, non solum illis, qui scripserunt libellos famosos; sed etiam inuentos qui non corrupit, priusquam alij inuenirent, aut etiam inuentos alijs confiterentur. Et extat hac de re quoque Constitutio grauis Caroli V. Imperatoris: qui vetat libellos famosos, titulos, Epigrammata, carmina alicuius famam lædentia, scribere, proponere, spargere, nomen suum addere: allatis quoque pulcherrimis rationibus, eiuscemodi homines puniendos esse grauiter statuit. IX. Videmus quoque semper punitos fuisse eos, qui debitum Magistratui honorem non exhiberent. Apud Plutarch. *in vita Valerij Publicola* lex extat, quæ mulctam constituit ijs, qui Consulibus se opponerent, duobus bobus & ouibus duabus constantem. Alex. Magn. Dario victo, Polymachum quendam necari iussit, propterea quod Cyri sepulchrum fuerat demolitus. *Diod. Sic. lib. 4.* Veturius à Romanis est publice condemnatus, quod prætereunti Tribuno pl. via decedere recusasset: quasi iniuria non Tribuno, sed Reipubl. illata esset. *Plut. in Graccho.* Iidem Romani Aduocatum quendam, nimis alte oscitantem coram Censoribus, pœna graui voluerunt damnare, nisi interposito iureiurando sancte ille affirmasset, morbo oscitandi grauiter se laborare. *Fulgosus lib. 2. C. 4.* Qui Augusti statuæ caput ademerat, & imposuerat alterius cuiusdam, capite punitus est. *Sueton. in Augusto.*

Qualia [illegible], cuiusmodi honores Magistratui ac Principi alicui habendi.

Cuiusmodi vero his honores sint habendi, considerandum erit. Persæ, Medi, Indi, Ægyptij prope superstitiose Magistratus suos coluerunt. Et quidem Indi, cum Reges capillos suos abluerent, solennia celebrarunt, dona Regibus miserunt. *Strabo lib. 15.* Adorare sunt suos soliti Persæ & Ægyptij: quod non crederent absq; diuino numine tantū imperium eos esse consecutos:

cutos:

cutos: & optime merentes de alijs diuinæ naturæ participes esse factos. *Diodorus Sic. lib. 1. cap. 7. Alexand. ab Alexan. lib. 2. cap. 19.* Præmiorum vero & honorum species hæc I. est adoratio maxime apud Orientales vsitata. II. Consecratio, cum quæ in honorem clarorum & illustrium virorum etiam adhuc viuorum instituta sacra fuerunt: vt T. Flaminio propter restitutam libertatem Græciæ Græci velut DEO alicui libarunt. *Plut. in eius vita.* Brasidæ Lacedæmonio Amphipolitæ anniuersaria sacra constituerunt. *Thucyd. lib. 5.* Sunt Augusto Cæsari adhuc viuo à Romanis erecta altaria: eidem redeunti in vrbem in bello sunt feriæ habitæ, & Augustales nominatæ. *Dio lib 24.* Publicis sumptibus Iudæi pro Romanis Imperatoribus sacra peregerunt. *Iosephus lib. 2. contra Appionem.* Sunt Flamines & sacerdotes constituti Iulio Cęsari: erectum quoq; templum adhuc viuo. *Lib. 44.* Ita Deorum in numerum à gentilibus relatus est Constantinus Magnus. *Fulgosius lib. 8. cap. 16.* Eodem honore affectus Carolus Magnus. *Auent. lib. 4.* Et Marcus Antoninus Imper. *Sabell. lib. 4.* Et Vngariæ rex Ladislaus. *Bonfinius lib. 4. rerum Vngaricarum, Decad. 3.* Quo vero pacto ἀποθεώσεις & consecrationes sint institutæ, ostendunt scriptores. *Herodianus in Cæsaribus. Sabell. lib. 5. Ennead. 7. Cælius lib. 21. antiquitatum, cap. 33. Vitruuius de Architect. lib. 3. Plut. in vita Cæsaris. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4.* III. Species ad insignia spectat, cuiusmodi fuerunt I. Diademata regia & coronæ capitibus principum impositæ, veluti corporis humani parti sanctiori ac præstantiori: de quibus vt & earundem rationibus & modis diuersis apud diuersos sunt legendi scriptores. *Dionys. Halicarnass. lib. 3. Strabo lib. 11. Sueton. in Nerone, Dion. in Pompeio, Iustin. lib. 1. Xenoph. lib. 8. pædiæ Cyri. Plut. in Artaxerxe, Herod. lib. 4. & 6. Diod. Sic. lib. 2. cap. 3. Et lib. 3. cap. 2. Curtius lib. 3. Ammianus Marcell. lib. 23. Athenæus lib. 12. cap. 13. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19.*

II. Sceptra, quæ apud plerosque exteros Reges in summa parte Ciconiam, in ima Hippopotamum habuerunt: vt ostenderetur Regem iusticiæ debere studere: & simul domare iram & libidines suas. *Alexand. lib. 1. cap. 28. Plut. in Problem. Herod. lib. 2.* III. Fasces & secures: quæ insignia fuerunt Magistratuum Romanorum post reges exactos: quæ à XII. lictoribus præferebantur Consulibus: vt doceretur improbos esse puniendos, sed ita, vt non præceps & præmatura pœna esset. *Plut. in Problem. Liuius lib. 3. Decad. 7. Valer. Max. lib. 2. cap. 2. Dionys. Halicarn. lib. 3.* vbi illud obiter notandũ, alternis mensibus fuisse illa insignia apud Consules: ne duplicatus terror videretur: ita vt præferretur quo ad tempus, & darentur prius insignia Consuli seniori plures habenti liberos, aut saltem marito antiquiori, nouum Consulatum ineunti. *Plut. in Publicola, Valer. Maximus lib. 4.* IV. Et insignia sunt alia capitisq; tegumenta notanda: quemadmodum apud Venetos dux capitis gestat tegumentum ita compositum, vt cornu in tergum redeat: quo ostenditur Principem quidem illum esse Reipub. sed ita, vt ordo senatorius, qui sequitur, partem præcipuam sibi cum eo vendicet: eaq; de causa gladius non nudus, sed vagina aurea tectus præfertur: vt cogitet Dux, alia sententia se egere, & simul pœnam non debere esse celerem. *Egnatius lib. 2. cap 1.* V. Species est appellatio honorifica, quemadmodum Iulius Cæsar appellatus Semideus est. *Dion lib. 43.* Cicero est pater patriæ nuncupatus. *Plutarch. in eius vita.* Scipio Nasica dictus vir optimus à Senatu. *Volaterr. lib. 19.* Iustus Aristides. *Plutarch. in eius vita.* Magnus Pompeius, Felix Sylla. In vtriusq; vita, *Idem.* VI. Species est dimissio reorũ, qui honos habitus fuit apud Romanos Augusto: vt quoties ille vrbem ingrederetur, de nullo supplicium sumeretur. *Sueton. in Augusto.* VII. Occursus est honorificus & acclamatio fausta: qui honos contigit Numæ ad regnum vocato. *Plutarch.*

Plutarch.in eius vita. Et Ciceroni post reditum, vt testatur in duabus orationibus ipse, ad Quirites & Senatũ habitis. Et Vespasiano ad Imperium accersito à bello Iudaico. *Iosephus libro 7. belli Iudaici.* Et Alexandro Seuero Imperat. *Cuspinianus.* Et Philippo Falesio Galliæ regi. *Æmyl. lib. 8. de rebus gestis Francorum.* Et Matthiæ Coruino è carcere ad Vngariæ regnum adhibito. *Bonphinius lib. 9. Decad. 3.* VIII. Statuarũ est & columnarum erectio. Fuit more receptum apud Spartanos, ita regibus erigi statuas, vt viui apparent. *Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 7.* Romani quoque in rostris imagines erexerunt cereatas, marmoreas, æneas, memoriæ & leniendi doloris gratia. *Blondus lib. 6.* Athenienses itidem habuerunt suas statuas, *vt Suidas notat.* Et Ægyptij Pyramides, quibus Regum corpora tegebantur. *Herod. lib. 2. Iosephus lib. 2. antiquit. Iudaic. Plinius lib. 36. capite 12.* IX. Huc & encomia funebria pertinent, cuiusmodi & hodie haberi solent. Reportauit præmium illud primus Romæ L. Brutus consul, qui laudatus à collega P. Valerio. Laudauit post sic Cæsarem Antonius, *apud Dionem libro 44.* Et Augustum Tiberius, *apud eundem libro 56.* Et commendatur illud institutum à Platone *in Menexeno*, à Thucydide, *in oratione Periclis*, & Demosthene *in oratione funebri.* X. Et postrema species, liberorum, coniugum, posterorum sustentatio est. Præmium hoc est datum Lysimacho Aristidis filio: vt centum haberet talenta à Repub. ob merita patris, qui pauper admodum discesserat. *Plutarch. in Aristide.* Et Serrani liberis Romæ atq; vxori: quibus publica alimenta decreta. *Valer. Max. lib. 4.* Et M. Attilij Reguli liberis. *Liuius lib. 18.* Et Fabritij ac Corn. Scipionis, quorum filiæ ne indotatæ manerent, dotem acceperunt à Republ. *Valer. Max. lib. 4. Frontinus lib. 4. cap. 3.*

IV. Artifices, Opifices, Agricolæ.

Quemadmodum vero debentur honores & præmia ijs qui castra sequuntur, ad rerum publicarum sedent gubernacula, sunt doctrina & eruditione clari: ita nec sunt

ſunt negligendi alij, licet inferioris eſſe conditionis videantur. Contemnuntur, vt quidam cenſent, artifices, & qui opiſicia tractant: quia ſcilicet ſingularem ſuam Rempublicam & Ideam quandam ille ſpectat. Apud Perſas ſunt tales ignobiles habiti *teſte Herodoto, lib. 2.* Spartani præterea ſeruis ſuis artes eiuſmodi commiſerunt: *vt in Lycurgo Plutarchus notat.* Nec ab his diuerſum ſentire videtur Ariſtoteles: cum opifices & agricolas ſua è Republica exterminat, propter quæſtus ſtudium ac curas collatas in priuatas res, non publicas. Veruntamen & illis honor debetur, non deneganda præmia. Et gloriari eos quoque ſacræ literæ affirmant, qui opificijs ſunt dediti. *Eccleſ. 35. capite.* Extant leges de excuſationibus artificum: ſunt in promptu immunitates ac priuilegia, *libro decimo Codicis, titulo 14.* addita ratione pulchra: quod & tales in artibus ſuis diſcendis ocium accommodent: & excitati præmijs exerceant illas diligentius, operam dent, vt peritiores euadant: etiam filios ſuos has docere cupiant: ſiquidem verum eſt, quod non tantum de literis, ſed etiam alijs dicitur: Artes honorem alere, negligi atque excoli minime ea, quæ contemnuntur ac deſpicatui ducuntur. Huc accedit, quod inter ciuitatis partes non poſtremas, opifices recenſentur: ſiquidem & ab his onera Reipublicæ maxima feruntur, eiuſdem procurare tales commoda poſſunt. *Ariſtoteles Politicorum 2. C. 5. & 9.* Neque ſine cauſa Solon inter leges alias etiam hanc tulit: ne filius alere patrem teneretur, qui non curaſſet aliquid eum diſcere, & arti alicui operam dare. *Plutarchus in Solone.* Atque hinc apud Indos legimus immunes fuiſſe opifices & agricolas à tributis, etiam frumentum à regia aula accepiſſe. *Diod. Sic. lib. 2.* Veſpaſianus Imperator magno precio Architectos Romam vocauit: impenſe fouit, & amauit artes Mechanicas alias. *Sueton. in Veſpaſiano.* Alexander Seuerus artifices omnes ampliſſimis pręmijs ac ſtipendijs eſt proſecutus.

ſecutus. *Lamprid. in Seuero.* Propter inſtrumenta varia & machinas bellicas confectas, quibus Syracuſæ aduerſus Marcellum ſunt defenſæ, Archimedes à ſuis πολυμήχανος honoris gratia nominatus: à Romanis Briaræus ἑκατόνχειρ, centimanus eſt dictus: hoc ei tributum, vt quicquid affirmaret verum, non ἀδύνατον iudicaretur. *Diod. lib. 5. cap. 9. Plut. in Marcello, Athenæus lib. 5. cap. 7.* Ob horologium ſolarium inuentum Anaximenes Mileſius Spartæ magnis honoribus fuit affectus. *Plinius lib. 2. cap. 78.* vt propter Clepſydram & horologium ex aqua confectum Theſibius Alexandrinus. *Vitruuius de Architect. libro 9.* Propter picturam artificioſam eſt tantum non in Deorum numerum Apelles relatus, *vt ſcribit Plin. lib. 2. cap. 10.* Et decoratus ſummis honoribus Protogenes Caurius, *cuius Strabo meminit libro 14.* Dignos præmijs ſtatuarios inſignes iudicarunt Romani: & inter omnes vrbes maxime ſtatuis abundauit vrbs Roma. *Idem libro 34.*

Neque etiam agricolæ numero nullo olim fuerunt habiti. Numa hos magnifecit, *vt notat Plut. in eius vita.* Apud Indos capitale fuit habitum, agricolas lædere. *Diodor. Sicul. libro 2. capite 10.* Quin & reges olim atque principes non puduiſſe agris dare operam, exemplum docet Cyri: *cuius meminit Cicero de Senectute:* & Diocletiani, qui poſt viginti annorum imperium, agriculturæ, maxime hortorum voluptati, incubuit. *Auent. libro 2. annalium Boiorum.* De Romana Republica multa adferre minime neceſſe eſt, in qua familias nobiles admodū hiſce rebus ſtuduiſſe vel cognomenta illa indicant. Sunt Piſones dicti à piſis, à cicere Cicerones, Lentuli ob lentes eximie cultas, à fabarum ſatione Fabij, Hortenſij ab hortorum ſtudio, Lactucinij à lactucarum cura. *Colum. de re ruſtic. Plinius libro 17. capite 1. & libro 19. capite 4.* Neq; id ſane immerito: quia agricultura & publice & priuatim plurimum prodeſt: ſuppeditat alimenta hominibus gratiſſima: ad ſanitatem

Agricolæ non negligendi.

tem maxime accommodata exhibet: habet honestissimum commercium cum terra: exercitio suo corporis vires excitat, firmat, roborat. Omnium eorum, quibus aliquid acquiritur, nihil agricultura melius, nihil vberius, nihil libero homine dignius. *Cicero 1. Officiorum.* II. Antiquitate & vetustate, agricultura vrbanam vitam superat. III. Romani ciuitatis ordines non constituerunt saltem senatorium & equestrem, sed etiam plebeium. *Liuius libro primo.* Agnoscit hunc quoque ordinem Plato, & agricolas etiam necessarios censet: vt qui quasi ministri constituti, cæteris ciuibus res ad vitam necessarias comparent. *Libro septimo de Republica.* Idem quoque Aristoteles facit, cum ordines distinguit secundum res necessarias, & inter postremos minime eos recenset, qui glebæ sunt addicti, propter scilicet victum, quo vita humana carere nequit, *Politicorum 7. capite 9.* Ad Martis IV. opera maxime Agricolæ idonei iudicantur, vt laborum patientes, alieni ab otio & libidinibus. *Veget. libro primo de re militari.* Et est deniq; omnium ordinum summa & necessaria coniunctio, ita vt alter alterius ope operaque egeat. Vnde elegans est carmen Cyri Theodori in Amicitia Exsulante de necessaria artium coniunctione:

Homines sociantur artibus per me suis.
Nam quærit ecce fullo calcearium:
Equitum magistro gratus est freni faber:
Agrum colenti mechanicus coniungitur:
Breuiter habeto: qualibet ars cuilibet.
Piscator omnis indiget re rusticâ:
Eget piscatore rura qui colit:
Ille panes dans ipse pisces accipit.
Sic omnis opifex quærit alterius opem.
Hic deniq; modus ciuitatem promouet.

QVÆ-

QVÆSTIO CVIII.

QVO ORDINE ET MODO *præmia distribuenda?*

AD ordinem quod attinet, cum vt Aristot. *1. Rhet.* docet, merito ac maxime honores & præmia illis tribuantur, qui aut beneficia in nos contulerunt, aut beneficiendi facultatem habent: dubium esse non potest; quin, quo maiora beneficia extiterint, eo magis sint honoribus ac præmijs afficienda & reliquis anteponēda. Hac vero in re trium est habenda ratio. 1. eorum, qui dant beneficia: illorum quæ dantur: & quibus dantur. Et quidem in dantibus aut facientibus aliquid præclari videndum, an qui soli, an primi, an copiose de nobis aut Republ. sint benemeriti: egerint aliquid supra vires, supra ætatem, supra æquales. His enim in ordine honorum ac beneficiorum semper primo loco ratio habenda est. Secundo, quod ad merita & beneficia ipsa attinet, sunt præferenda alijs & remuneratione cumprimis digna, quæ sunt plura, & paucioribus vel vni anteponenda. 2. quæ propter se expetenda, non propter aliud. 3. quæ rariora & minus vsitata. 4. quæ alijs minus egent, per se possunt consistere. 5. quæ laboriosa ac difficilia magis vel cōparatu vel conseruatu. 6. quorum cupiditates honestiores ac meliores. 7. quæ prudentiores ac præstantiores viri vel simpliciter, vel sua in arte periti maiora iudicant. 8. quæ diuturna & stabilia magis incertis ac breuibus præferēda. 9. quæ fieri possunt, & ad multas quoq; res sunt vtiliora. 10. quæ plus voluptatis ac iucunditatis, minus molestiarum habent: postremo etiam desiderabilia ijs maiora, quibus facile carere possumus. His .n. obseruatis, facile deprehenditur, quænam quibus beneficijs sint referenda: quibus etiam propter hæc ipsa præmia maiora, honores & dignitates plures debeantur. *Arist. 3. Topic. Rhet. 1. Cic. in Top.* Postremo, cum quæritur,

Ordo qui tenēdus in præmijs.

ritur, quibus potissimum dandum: instituitur quædam contentio ac comparatio. Primum obtinere debent locum patria & parentes, quorum beneficijs maxime obligati sumus: proximi sunt liberi & tota domus, quæ in nos solos spectant, neque ad alium vllum possunt refugium habere. Deinde bene conuenientes propinqui sequuntur, quibuscum communis plerunq; fortuna est. *Cic. 1. Offic.* Interim sunt & alia in his consideranda, quæ augent merita & beneficia. Quo enim quisq; magis opus re aliqua habet, subleuatus maiorem tenetur gratiam referre, vt si nudus tempore hyberno vestiatur, esurienti cibus detur, peregrinanti crumenâ vacuâ liberaliter viaticum concedatur: obligatus eo magis est, quo maior est necessitas & inopia. Quam vero sint hæc vtilia & necessaria, sæpe etiam in dicendo & scribendo adhibeantur: exempla docent Ciceronis *in oratione ad Quirites, & Senatum post reditum*; vbi beneficium augetur respectu dantis & accipientis, & simul eius, quod est datum. Et *in 3. Philipp.* vbi de honoribus Augusti agitur: vrgetur illud mire, quod adolescens, præter omnium spem, summa in necessitate, suis facultatibus exercitum compararit ac defenderit Rempub. Et *in orat. pro Murana*: vbi quæritur, rectiusne honos Consulatus Iurisconsulto Sulpitio, quam Murænæ Imperatori committatur: & collatione facta concluditur, rectius Murænam, quam Sulpitium Consulem esse factum. Est & elegans apud Liuium exemplum, vbi Eumenes bene de Romanis meritus, præmij loco aliquas ciuitates Græciæ petit: huic se opponunt Græci, & impedire petitionem conantur: vbi est comparatio præmiorũ: quęritur an Eumenis tanta sint beneficia, vt præmium tam amplum mereantur. Et hęc de ordine honorum ac præmiorum sint dicta.

Modus, qui in premÿs tenendus. Ad modum quod attinet, sæpe in eo peccatur: non solum quo ad defectum, cum debiti honores denegantur bene meritis: verũ etiam quo ad excessum, quando vel su-

vel superstitione quadam, vel stultitiâ, vel superbiâ, vel adulatione hominum præmia & honores nimij tribuuntur. Et sane superstitio, quæ aquæ instar trepidum animum complet timiditate stolida, vt Plut. *in Alexandro* scribit, nec male à Curtio humanarum mentium ludibrium appellatur, in eo, quod est nimium, peccat. Exemplo sint Ægyptij, qui lupi simulacrum coluerunt: quod à lupis aliquando essent Æthiopes fugati: affecerunt honore Ibides & accipitres, quod conficerent serpentes. *Herod. lib.3. Diod. Sic. lib. 1 antiquitatum.* Athenienses mulis, qui strenui fuerant in apportanda materia ad Hecatombem, priuilegium dederūt: vt soluti, vbi vellent, depascerentur. *Plin. lib.8. cap. 44.* Et superstitiose admodum Romani, imperante Tiberio, publicis sumptibus coruum sepeliuerunt, & quidem honorifice: vt eum duo Æthiopes exportarent: præcederent tibicines & Musici: quod ille solitus esset mane nominatim ciues Romanos salutare. *Fulgosus libro 5. cap.2.* Et stulte admodum Caligula equum velocem ad cænam inuitauit: hordeum ex auro illi apposuit: eundem consulem se facturum est pollicitus: sacerdotem cum seipsum fecisset, collegam sibi equum designauit. *Xyphilinus.* Xerxes, contra Persas expeditione susceptâ in Libya, Platanum arborem propter pulchritudinem aureo monili donauit: discedēs eidem custodes reliquit. *Herod. lib.7.* Sic diuinos honores sibi haberi non pauci voluerunt: iussit Caligula sibi immolari & mactari, tanquam numini, phasianos ac pauones. *Alex. ab Alex. lib.6. cap.4. & lib.3. cap. 12.* Adulatores deniq; in hoc multi, imo toti sunt: vt nimios honores tribuant ijs, à quibus alimenta exspectant.

Interim danda opera: vt nec ipsi nimios honores ambitione petamus: nec adulatorie deferamus alijs, nec etiam hos admittamus: propositum habeamus, id quod *in oratione contra Ctesiphontem* grauiter Æschines monet; nisi modus constituatur coronarū & alio-

rum præmiorum: fore, vt neque illi, qui ita honorantur, gratiam habeant: neque Reipub. ſtatus corrigatur: eo, quod neque mali meliores honoribus ac præmijs redduntur: boni vero ad deſperationem ſummam ita adiguntur. Et tum demum ſtatuit idem donationes & præmia fore vtilia, ſi paucis, ſi dignis, ſi ex legum data præſcripto fuerint.

QVÆSTIO CIX.

VTRVM SEPVLTVRÆ ET EPITAphiorum ratio aliqua habenda?

Vſus quæſtionis.

NOn apud veteres modo de Sepultura quæſtiones fuerunt graues: ſed etiam hodie crebro agitari ſolent & controuerti: an Sepulturæ ratio aliqua habenda: an vero ſuſque deque ferendum, ſiue humo mandemur, ſiue inhumati abijciamur. Et quidem in negantem ſententiam adferri iſta poſſunt: quod I. vt Poëta ait: Facilis iactura ſepulchri: cælo tegitur, qui non habet vrnam. *Lucan. lib. 17*. Ex æquo moritur, & qui ſepulchrum habet & qui non habet. *Lucian. in Charonte.* Inſignium virorum ſepulchrum eſt vniuerſa terra, ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος. *Thucyd. libro 2.* Nihil refert, vbicunque ſepeliamur: quandoquidem DOMINI eſt terra & eius plenitudo. Nationes ſunt non paucæ inuentæ, à quibus ſepulturæ adhibitæ non fuerunt. Perſæ canibus & auibus ante demortuos obiecerunt. *Herod. lib. 1.* Indi ſepulcra nulla habuerunt: virtutem putarunt, & vitæ integritatem ſufficere ad propagandam memoriam. *Cal. lib. 18. cap. 30.* Parthi, Bactriani, & Caſpi canibus, domi ad hoc officium nutritis dilaniandos mortuos obiecerunt. *Bonfinius lib. 1. rerum Vngaricarum, Decad. 1.* Maſſagetæ propinquos & cognatos ſuos, vbi ad multam ſenectutem veniſſent, vel aliquo caſu mors eſſet viſa appropinquare, mactatos ante magnifico apparatu deuorarunt: hac ratione allata: quod

Contra ſepulturæ curam.

ta: quod

ta: quod pessima esset æstimanda hominum conditio & natura, à vermibus deuorari. *Herod. lib. 1.* Colchi defunctos suos non sepeliuerunt, sed suspenderunt de arboribus. *Nicolaus de moribus varijs gentium.* III. Etiam doctrinæ laude clari hac à ratione non abhorruerunt. Anaxagoras Philosophus, cum vicinus morti esset, interrogarent vero amici, vtrum vellet in patria sepeliri; nihil necesse esse respondit, quod vndique ad inferos tantundē viæ esset. *Cicer. lib. 1. Tuscul. quæstionum.* Socrates apud Platonem, cum Crito quæreret, quemadmodum sepeliri vellet; ita respondit, vt inde appareret, eum hoc de genere nihil laborare. *Plutarch. in Phædone. Et ex hoc Cic. 1. Tuscul.* Cyrenæus Theodorus philosophus, cum ei rex Lysimachus crucem minaretur, Ista, inquit, horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori nihil interest, humine an in sublimi putrescat. *Cic. ibidem.* Etiam Cynicus ille Diogenes inhumatum se abijci iussit, tantum baculo apposito, & quidē hac allata ratione: Si me canes, inquit, lacerarint, sepultura erit Hyrcana: si vultures, Ibera: si nullum animal accesserit; ipsum tempus pulcherrima erit sepultura, corpore scilicet absumpto à preciosissimis rebus Sole & imbribus. *Cic. ibid. Stobæus sermon. 122. Patricius de Repub. lib. 5. tit. 10.* IV. Neque ad salutem quicquā prodest, vtrum sepulti an inhumati mortui iaceant: nec aliquid nocet fidelib negata eorum corporibus sepultura. *August. in lib. de cura suscipienda pro mortuis.*

Pro sepultura illa faciunt quæ sequuntur, quod I. in Sacris literis quoque legimus, viros sanctos sepulturas non neglexisse: quandoquidem & Abraham legitur ab Ephrone agrū emisse pro sepultura sua & vxoris suæ. *Genes. 25.* ibidemque post sunt sepulti Isaac, Iacob & alij. Deinde Dauid rex ossa Sauli regis & filiorum in sepulchro patris Sauli Selæ in finibus Beniamin condidit. *2. Reg. cap. 21.* Hierosolymis in monte Sion Dauidis & aliorum regum fuerunt sepulchra: humati *Pro sepultura.*

ibidem ſunt: Salomon, Roboam, Ezechias & alij. *3. Regum 2.11. & 14. Paral. 2. cap. 32.* II. Etiam Athenienſes illis, qui aduerſus Philippum ad Cherſoneam pugnantes occubuerant, ſepulchra publice extruxerunt. *Demoſth. in funebri oratione.* III. Inter alias querelas regius vates *Pſal. 74.* etiam hanc adfert: quod tyranni ſeruorum Domini cadauera inſepulta relinquant. IV. Pœnæ loco inſepultos fuiſſe abiectos legimus à Ioſua reges captos: Goliathi corpus *1. Reg. 17.* Ieſabelis reginæ Achabi, *4. Reg. 9.* Ioachimi Iudæorum regis. *4. Reg. 24.* In iure præterea pœnæ grauiſſimæ loco habetur: non permitti, vt corpora ſepeliantur: maxime maieſtatis damnatorum & in inſulam deportatorum vel relegatorum pœna etiam poſt mortem manet: nec licet eos inde transferre & ſepelire, principe inconſulto, *Digeſt. lib. 48. tit. 24. de cadaueribus punitorum.*

Nec deſunt rationes huius inſtituti. Inuentæ enim ſunt ſepulturæ I. ne fœtor & horror ſit viuis. *Thom. lib. 4. ſent.* II. Leniatur ita luctus eorum, qui ſuis ſunt orbati. *Demoſth. in oratione funebri.* Ideoque Plato iubet, in ſepulturis cogitare, hanc carnem, quæ terræ mandatur, noſtrum illum eſſe vel filium, vel fratrem, qui hinc aliò fato ſuo impleto commigrarit. *lib. 12. de Legib.* III. Ciues alij ſuperſtites adhuc ad bene fortiterq; rem gerendam animantur & alacriores redduntur. *Demoſth. in funebri oratione.* IV. Conſideratur quoque, mortuorum corpora dum vixerunt, fuiſſe organa Spiritus ſancti. Quemadmodum ergo amicorum annulos, veſtes, libros, huius generis alia non contemnimus; ita neque mortui negligendi, aut inſepulti abijciendi ſunt. *Martyr locorũ communium claſſe 3. loco 14.* V. Honeſtâ ſepulturâ etiam præbetur occaſio pie cogitandi de mortuorum reſurrectione. *Thom. lib. 4. ſentent.* Et vere hic VI. dicitur meditatio inſtitui pia mortis & fragilitatis vitæ humanæ. *Cælius lib. 17. c. 17.* Vt & VII. imitatio hic præclara atque æmulatio eſt

magno-

magnorum virorũ:quemadmodum Themiſt. Miltiadis Trophæa ſomnum ſibi adimere dixit. *Plut.in Themiſt.* Cæſar,cũ ad Gades veniſſet,viſa Alexandri Magni ſtatua,ingemuit,& Nos,inquit,vero quid? *Plut. in Apoph.* Alexander in Phrygia apud Achillis ſepulcrum lachrymas profudit: quod Homericam eloquentiam Achillis rebus geſtis præoccupatã videret. *Cic.pro Archia.Fulgoſ.lib.8. c.5.* VIII. Ac propterea veteres ſepulchrorum cæremonias ſumma cura coluerũt,violatas inexpiabili religione ſanxerunt: quod in eorum mentibus hæreret, mortem non eſſe interitum omnia tollentem ac delentem:ſed quandam quaſi migrationem & commutationem vitę, quæ in claris viris ac fœminis dux in cœlum ſoleret eſſe. *Cic.lib.1.Tuſc.quæſt.* Iura quoque IX. ſepulchrorum violatorũ actionem inſtituunt, & hanc volunt infamiam irrogare. *Digeſt.17.tit.12. de ſepulchro violato.* Aduerſus eos, qui cadauera ſpoliant, Seuerus iubet præſides interuenire, vt maxime ſi armati more latronũ id egerint, etiam capite plectãtur, *ibid.* Sepulchrorum violatorum Paulus Iureconſultus pœnas iubet ſtatuere, ſi corpora ipſa extraxerint, vel oſſa eruerint: ita vt humilioris fortunæ ſummo ſupplicio afficiantur:honeſtiores deportentur in inſulam,aut relegentur alias, aut in metallum damnentur, *ibid.* Ac tametſi X. Cicero ſcribat,ad mortuos nihil facere ſepulturam:tamen affirmat hanc ad viuorum curam ſpectare. *1.Tuſc.* Et Socrates Critoni permittit, vt corpus ſuum ſepeliat, prout illi gratum ac legib.maxime conſentaneum videatur. *Plato in Phædon.* Legem fert Philoſophus, vt mortuis tam viris quam muliebribus parentationes ex legibus reddantur, *lib.10.de Leg.*

Nec improbantur Ægyptij, qui de futuræ vitæ gloria ſolliciti ſumptibus exiguis domos ſuas, diuerſoria quaſi extruerent: ſepulchra, domos ſempiternas defunctorũ, magnificentia ſingulari erexerunt. *Diod.Sic. lib.1.c.4.Cic.1.Tuſc.* Habuerunt Pyramides ſumptibus

sunt negligendi alij, licet inferioris esse conditionis videantur. Contemnuntur, vt quidam censent, artifices, & qui opificia tractant: quia scilicet singularem suam Rempublicam & Ideam quandam ille spectat. Apud Persas sunt tales ignobiles habiti *teste Herodoto, lib. 2.* Spartani præterea seruis suis artes eiusmodi commiserunt: *vt in Lycurgo Plutarchus notat.* Nec ab his diuersum sentire videtur Aristoteles: cum opifices & agricolas sua è Republica exterminat, propter quæstus studium ac curas collatas in priuatas res, non publicas. Veruntamen & illis honor debetur, non deneganda præmia. Et gloriari eos quoque sacræ literæ affirmant, qui opificijs sunt dediti. *Eccles. 35. capite.* Extant leges de excusationibus artificum: sunt in promptu immunitates ac priuilegia, *libro decimo Codicis, titulo 14.* addita ratione pulchra: quod & tales in artibus suis discendis ocium accommodent: & excitati præmijs exerceant illas diligentius, operam dent, vt peritiores euadant: etiam filios suos has docere cupiant: siquidem verum est, quod non tantum de literis, sed etiam alijs dicitur: Artes honorem alere, negligi atque excoli minime ea, quæ contemnuntur ac despicatui ducuntur. Huc accedit, quod inter ciuitatis partes non postremas, opifices recensentur: siquidem & ab his onera Reipublicæ maxima feruntur, eiusdem procurare tales commoda possunt. *Aristoteles Politicorum 2. C. 5. & 9.* Neque sine causa Solon inter leges alias etiam hanc tulit: ne filius alere patrem teneretur, qui non curasset aliquid eum discere, & arti alicui operam dare. *Plutarchus in Solone.* Atque hinc apud Indos legimus immunes fuisse opifices & agricolas à tributis, etiam frumentum à regia aula accepisse. *Diod. Sic. lib. 2.* Vespasianus Imperator magno precio Architectos Romam vocauit: impense fouit, & amauit artes Mechanicas alias. *Sueton. in Vespasiano.* Alexander Seuerus artifices omnes amplissimis pręmijs ac stipendijs est prosecutus.

ſecutus. *Lamprid. in Seuero.* Propter inſtrumenta varia & machinas bellicas confectas, quibus Syracuſæ aduerſus Marcellum ſunt defenſæ, Archimedes à ſuis πολυμήχανος honoris gratia nominatus: à Romanis Briareus ἑκατόγχειρ, centimanus eſt dictus: hoc ei tributum, vt quicquid affirmaret verum, non ἀδύνατον iudicaretur. *Diod. lib. 5. cap. 9. Plut. in Marcello, Athenæus lib. 5. cap. 7.* Ob horologium ſolarium inuentum Anaximenes Mileſius Spartæ magnis honoribus fuit affectus. *Plinius lib. 2. cap. 78.* vt propter Clepſydram & horologium ex aqua confectum Theſibius Alexandrinus. *Vitruuius de Architect. libro 9.* Propter picturam artificioſam eſt tantum non in Deorum numerum Apelles relatus, *vt ſcribit Plin. lib. 2. cap. 10.* Et decoratus ſummis honoribus Protogenes Caurius, *cuius Strabo meminit libro 14.* Dignos præmijs ſtatuarios inſignes iudicarunt Romani: & inter omnes vrbes maxime ſtatuis abundauit vrbs Roma. *Idem libro 34.*

Agricolæ non negligendi.

Neque etiam agricolæ numero nullo olim fuerunt habiti. Numa hos magnifecit, *vt notat Plut. in eius vita.* Apud Indos capitale fuit habitum, agricolas lædere. *Diodor. Sicul. libro 2. capite 10.* Quin & reges olim atque principes non puduiſſe agris dare operam, exemplum docet Cyri: *cuius meminit Cicero de Senectute:* & Diocletiani, qui poſt viginti annorum imperium, agriculturæ, maxime hortorum voluptati, incubuit. *Auent. libro 2. annalium Boiorum.* De Romana Republica multa adferre minime neceſſe eſt, in qua familias nobiles admodũ hiſce rebus ſtuduiſſe vel cognomenta illa indicant. Sunt Piſones dicti à piſis, à cicere Cicerones, Lentuli ob lentes eximie cultas, à fabarum ſatione Fabij, Hortenſij ab hortorum ſtudio, Lactucinij à lactucarum cura. *Colum. de re ruſtic. Plinius libro 17. capite 1. & libro 19. capite 4.* Neq; id ſane immerito: quia agricultura & publice & priuatim plurimum prodeſt: ſuppeditat alimenta hominibus gratiſſima: ad ſanitatem

tem maxime accommodata exhibet: habet honestissimum commercium cum terra: exercitio suo corporis vires excitat, firmat, roborat. Omnium eorum, quibus aliquid acquiritur, nihil agricultura melius, nihil vberius, nihil libero homine dignius. *Cicero 1. Officiorum.* II. Antiquitate & vetustate, agricultura vrbanam vitam superat. III. Romani ciuitatis ordines non constituerunt saltem senatorium & equestrem, sed etiam plebeium. *Liuius libro primo.* Agnoscit hunc quoque ordinem Plato, & agricolas etiam necessarios censet: vt qui quasi ministri constituti, cæteris ciuibus res ad vitam necessarias comparent. *Libro septimo de Republica.* Idem quoque Aristoteles facit, cum ordines distinguit secundum res necessarias, & inter postremos minime eos recenset, qui glebæ sunt addicti, propter scilicet victum, quo vita humana carere nequit, *Politicorum 7. capite 9.* Ad Martis IV. opera maxime Agricolæ idonei iudicantur, vt laborum patientes, alieni ab otio & libidinibus. *Veget. libro primo de re militari.* Et est deniq; omnium ordinum summa & necessaria coniunctio, ita vt alter alterius ope operaque egeat. Vnde elegans est carmen Cyri Theodori in Amicitia Exsulante de necessaria artium coniunctione:

Homines sociantur artibus per me suis.
Nam quærit ecce fullo calcearium:
Equitum magistro gratus est freni faber:
Agrum colenti mechanicus coniungitur:
Breuiter habeto: qualibet ars cuilibet.
Piscator omnis indiget re rusticâ:
Eget piscatore rura qui colit:
Ille panes dans ipse pisces accipit.
Sic omnis opifex quærit alterius opem.
Hic deniq; modus ciuitatem promouet.

QVÆ-

QVÆSTIO CVIII.

QVO ORDINE ET MODO *præmia distribuenda?*

AD ordinem quod attinet, cum vt Aristot. *1. Rhet.* docet, merito ac maxime honores & præmia illis tribuantur, qui aut beneficia in nos contulerunt, aut beneficiendi facultatem habent: dubium esse non potest; quin, quo maiora beneficia extiterint, eo magis sint honoribus ac præmijs afficienda & reliquis anteponẽda. Hac vero in re trium est habenda ratio. 1. eorum, qui dant beneficia: illorum quæ dantur: & quibus dantur. Et quidem in dantibus aut facientibus aliquid præclari videndum, an qui soli, an primi, an copiose de nobis aut Republ. sint benemeriti: egerint aliquid supra vires, supra ætatem, supra æquales. His enim in ordine honorum ac beneficiorum semper primo loco ratio habenda est. Secundo, quod ad merita & beneficia ipsa attinet, sunt præferenda alijs & remuneratione cumprimis digna, quæ sunt plura, & paucioribus vel vni anteponenda. 2. quæ propter se expetenda, non propter aliud. 3. quæ rariora & minus vsitata. 4. quæ alijs minus egent, per se possunt consistere. 5. quæ laboriosa ac difficilia magis vel cõparatu vel conseruatu. 6. quorum cupiditates honestiores ac meliores. 7. quæ prudentiores ac præstantiores viri vel simpliciter, vel sua in arte periti maiora iudicant. 8. quæ diuturna & stabilia magis incertis ac breuibus præferẽda. 9. quæ fieri possunt, & ad multas quoq; res sunt vtiliora. 10. quæ plus voluptatis ac iucunditatis, minus molestiarum habent: postremo etiam desiderabilia ijs maiora, quibus facile carere possumus. His .n. obseruatis, facile deprehenditur, quænam quibus beneficijs sint referenda: quibus etiam propter hæc ipsa præmia maiora, honores & dignitates plures debeantur. *Arist. 3. Topic. Rhet. 1. Cic. in Top.* Postremo, cum quæritur,

Ordo qui tenẽdus in præmijs.

ritur, quibus potiſſimum dandum: inſtituitur quædam contentio ac comparatio. Primum obtinere debent locum patria & parentes, quorum beneficijs maxime obligati ſumus: proximi ſunt liberi & tota domus, quæ in nos ſolos ſpectant, neque ad alium vllum poſſunt refugium habere. Deinde bene conuenientes propinqui ſequuntur, quibuſcum communis plerunq; fortuna eſt. *Cic. 1. Offic.* Interim ſunt & alia in his conſiderando, quæ augent merita & beneficia. Quo enim quiſq; magis opus re aliqua habet, ſubleuatus maiorem tenetur gratiam referre, vt ſi nudus tempore hyberno veſtiatur, eſurienti cibus detur, peregrinanti crumenâ vacuâ liberaliter viaticum concedatur: obligatus eo magis eſt, quo maior eſt neceſſitas & inopia. Quam vero ſint hæc vtilia & neceſſaria, ſæpe etiam in dicendo & ſcribendo adhibeantur: exempla docent Ciceronis *in oratione ad Quirites, & Senatum poſt reditum*; vbi beneficium augetur reſpectu dantis & accipientis, & ſimul eius, quod eſt datum. Et *in 3. Philipp.* vbi de honoribus Auguſti agitur: vrgetur illud mire, quod adoleſcens, præter omnium ſpem, ſumma in neceſſitate, ſuis facultatibus exercitum compararit ac defenderit Rempub. Et *in orat. pro Murena*: vbi quæritur, rectiusne honos Conſulatus Iuriſconſulto Sulpitio, quam Murænæ Imperatori committatur: & collatione facta concluditur, rectius Murænam, quam Sulpitium Conſulem eſſe factum. Eſt & elegans apud Liuium exemplum, vbi Eumenes bene de Romanis meritus, præmij loco aliquas ciuitates Græciæ petit: huic ſe opponunt Græci, & impedire petitionem conantur: vbi eſt comparatio præmiorũ: quęritur an Eumenis tanta ſint beneficia, vt præmium tam amplum mereantur. Et hęc de ordine honorum ac præmiorum ſint dicta.

Modus, qui in præmijs tenendus. Ad modum quod attinet, ſæpe in eo peccatur: non ſolum quo ad defectum, cum debiti honores denegantur bene meritis: verũ etiam quo ad exceſſum, quando vel ſu-

vel superstitione quadam, vel stultitiâ, vel superbiâ, vel adulatione hominum præmia & honores nimij tribuuntur. Et sane superstitio, quæ aquæ instar trepidum animum complet timiditate stolida, vt Plut. *in Alexandro* scribit, nec male à Curtio humanarum mentium ludibrium appellatur, in eo, quod est nimium, peccat. Exemplo sint Ægyptij, qui lupi simulacrum coluerunt: quod à lupis aliquando essent Æthiopes fugati: affecerunt honore Ibides & accipitres, quod conficerent serpentes. *Herod. lib.3. Diod. Sic. lib.1. antiquitatum.* Athenienses mulis, qui strenui fuerant in apportanda materia ad Hecatombem, priuilegium dederũt: vt soluti, vbi vellent, depascerentur. *Plin. lib.8. cap.44.* Et superstitiose admodum Romani, imperante Tiberio, publicis sumptibus coruum sepeliuerunt, & quidem honorifice: vt eum duo Æthiopes exportarent: præcederent tibicines & Musici: quod ille solitus esset mane nominatim ciues Romanos salutare. *Fulgosus libro 5. cap.2.* Et stulte admodum Caligula equum velocem ad cœnam inuitauit: hordeum ex auro illi apposuit: eundem consulem se facturum est pollicitus: sacerdotem cum seipsum fecisset, collegam sibi equum designauit. *Xyphilinus.* Xerxes, contra Persas expeditione susceptâ in Libya, Platanum arborem propter pulchritudinem aureo monili donauit: discedẽs eidem custodes reliquit. *Herod. lib.7.* Sic diuinos honores sibi haberi non pauci voluerunt: iussit Caligula sibi immolari & mactari, tanquam numini, phasianos ac pauones. *Alex. ab Alex. lib.6. cap.4. & lib.3. cap.12.* Adulatores deniq; in hoc multi, imo toti sunt: vt nimios honores tribuant ijs, à quibus alimenta exspectant.

Interim danda opera: vt nec ipsi nimios honores ambitione petamus: nec adulatone deferamus alijs, nec etiam hos admittamus: propositum habeamus, id quod *in oratione contra Ctesiphontem* grauiter Æschines monet; nisi modus constituatur coronarũ & alio-

rum præmiorum: fore, vt neque illi, qui ita honorantur, gratiam habeant: neque Reipub. ſtatus corrigatur: eo, quod neque mali meliores honoribus ac præmijs redduntur: boni vero ad deſperationem ſummam ita adiguntur. Et tum demum ſtatuit idem donationes & præmia fore vtilia, ſi paucis, ſi dignis, ſi ex legum data præſcripto fuerint.

QVÆSTIO CIX.

VTRVM SEPVLTVRÆ ET EPITAphiorum ratio aliqua habenda?

Vſus quæſtionis.

NOn apud veteres modo de Sepultura quæſtiones fuerunt graues: ſed etiam hodie crebro agitari ſolent & controuerti: an Sepulturæ ratio aliqua habenda: an vero ſuſque deque ferendum, ſiue humo mandemur, ſiue inhumati abijciamur. Et quidem in negantem ſententiam adferri iſta poſſunt: quod I. vt Poëta ait: Facilis iactura ſepulchri: cælo tegitur, qui non habet vrnam. *Lucan. lib. 17*. Ex æquo moritur, & qui ſepulchrum habet & qui non habet. *Lucian. in Charonte.* Inſignium virorum ſepulchrum eſt vniuerſa terra, *ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος. Thucyd. libro 2.* Nihil refert, vbicunque ſepeliamur: quandoquidem DOMINI eſt terra & eius plenitudo. Nationes ſunt non paucæ inuentæ, à quibus ſepulturæ adhibitæ non fuerunt. Perſæ canibus & auibus ante demortuos obiecerunt. *Herod. lib. 1.* Indi ſepulcra nulla habuerunt: virtutem putarunt, & vitæ integritatem ſufficere ad propagandam memoriam. *Cæl. lib. 18. cap. 30.* Parthi, Bactriani, & Caſpi canibus, domi ad hoc officium nutritis dilaniandos mortuos obiecerunt. *Bonfinius lib. 1. rerum Vngaricarum, Decad. 1.* Maſſagetæ propinquos & cognatos ſuos, vbi ad multam ſenectutem veniſſent, vel aliquo caſu mors eſſet viſa appropinquare, mactatos ante magnifico apparatu deuorarunt: hac ratione allata: quod

Contra ſepulturæ curam.

ta: quod pessima esset æstimanda hominum conditio & natura, à vermibus deuorari. *Herod. lib. 1.* Colchi defunctos suos non sepeliuerunt, sed suspenderunt de arboribus. *Nicolaus de moribus varijs gentium.* III. Etiam doctrinæ laude clari hac à ratione non abhorruerunt. Anaxagoras Philosophus, cum vicinus morti esset, interrogarent vero amici, vtrum vellet in patria sepeliri; nihil necesse esse respondit, quod vndique ad inferos tantundẽ viæ esset. *Cicer. lib. 1. Tuscul. quæstionum.* Socrates apud Platonem, cum Crito quæreret, quemadmodum sepeliri vellet; ita respondit, vt inde appareret, eum hoc de genere nihil laborare. *Plutarch. in Phædone. Et ex hoc Cic. 1. Tuscul.* Cyrenæus Theodorus philosophus, cum ei rex Lysimachus crucem minaretur, Ista, inquit, horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori nihil interest, humine an in sublimi putrescat. *Cic. ibidem.* Etiam Cynicus ille Diogenes inhumatum se abijci iussit, tantum baculo apposito, & quidẽ hac allata ratione: Si me canes, inquit, lacerarint, sepultura erit Hyrcana: si vultures, Ibera: si nullum animal accesserit; ipsum tempus pulcherrima erit sepultura, corpore scilicet absumpto à preciosissimis rebus Sole & imbribus. *Cic. ibid. Stobæus sermon. 122. Patricius de Repub. lib. 5. tit. 10.* IV. Neque ad salutem quicquã prodest, vtrum sepulti an inhumati mortui iaceant: nec aliquid nocet fidelib negata eorum corporibus sepultura. *August. in lib. de cura suscipienda pro mortuis.*

Pro sepultura illa faciunt quæ sequuntur, quod I. in Sacris literis quoque legimus, viros sanctos sepulturas non neglexisse: quandoquidem & Abraham legitur ab Ephrone agrũ emisse pro sepultura sua & vxoris suæ. *Genes. 25.* ibidemque post sunt sepulti Isaac, Iacob & alij. Deinde Dauid rex ossa Sauli regis & filiorum in sepulchro patris Sauli Selæ in finibus Beniamin condidit. *2. Reg. cap. 21.* Hierosolymis in monte Sion Dauidis & aliorum regum fuerunt sepulchra: humati *Pro sepultura.*

Tt 2 ibidem

ibidem ſunt: Salomon, Roboam, Ezechias & alij. *3. Regum 2.11. & 14. Paral. 2. cap. 32.* II. Etiam Athenienſes illis, qui aduerſus Philippum ad Cherſoneam pugnantes occubuerant, ſepulchra publice extruxerunt. *Demoſth. in funebri oratione.* III. Inter alias querelas regius vates *Pſal. 74.* etiam hanc adfert: quod tyranni ſeruorum Domini cadauera inſepulta relinquant. IV. Pœnæ loco inſepultos fuiſſe abiectos legimus à Ioſua reges captos: Goliathi corpus *1. Reg. 17.* Ieſabelis reginæ Achabi, *4. Reg. 9.* Ioachimi Iudæorum regis. *4. Reg. 24.* In iure præterea pœnæ grauiſſimæ loco habetur: non permitti, vt corpora ſepeliantur: maxime maieſtatis damnatorum & in inſulam deportatorum vel relegatorum pœna etiam poſt mortem manet: nec licet eos inde transferre & ſepelire, principe inconſulto, *Digeſt. lib. 48. tit. 24. de cadaueribus punitorum.*

Nec deſunt rationes huius inſtituti. Inuentæ enim ſunt ſepulturæ I. ne fœtor & horror ſit viuis. *Thom. lib. 4. ſent.* II. Leniatur ita luctus eorum, qui ſuis ſunt orbati. *Demoſth. in oratione funebri.* Ideoque Plato iubet, in ſepulturis cogitare, hanc carnem, quæ terræ mandatur, noſtrum illum eſſe vel filium, vel fratrem, qui hinc aliò fato ſuo impleto commigrarit. *lib. 12. de Legib.* III. Ciues alij ſuperſtites adhuc ad bene fortiterq; rem gerendam animantur & alacriores redduntur. *Demoſth. in funebri oratione.* IV. Conſideratur quoque, mortuorum corpora dum vixerunt, fuiſſe organa Spiritus ſancti. Quemadmodum ergo amicorum annulos, veſtes, libros, huius generis alia non contemnimus; ita neque mortui negligendi, aut inſepulti abijciendi ſunt. *Martyr locorũ communium claſſe 3. loco 14.* V. Honeſtâ ſepulturâ etiam præbetur occaſio pie cogitandi de mortuorum reſurrectione. *Thom. lib. 4. ſentent.* Et vere hic VI. dicitur meditatio inſtitui pia mortis & fragilitatis vitæ humanæ. *Cælius lib. 17. c. 17.* Vt & VII. imitatio hic præclara atque æmulatio eſt magno-

magnorum virorũ: quemadmodum Themist. Miltiadis Trophæa somnum sibi adimere dixit. *Plut. in Themist.* Cæsar, cũ ad Gades venisset, visa Alexandri Magni statua, ingemuit, & Nos, inquit, vero quid? *Plut. in Apoph.* Alexander in Phrygia apud Achillis sepulcrum lachrymas profudit: quod Homericam eloquentiam Achillis rebus gestis præoccupatã videret. *Cic. pro Archia. Fulgos. lib. 8. c. 5.* VIII. Ac propterea veteres sepulchrorum cæremonias summa cura coluerũt, violatas inexpiabili religione sanxerunt: quod in eorum mentibus hæreret, mortem non esse interitum omnia tollentem ac delentem: sed quandam quasi migrationem & commutationem vitę, quæ in claris viris ac fœminis dux in cœlum soleret esse. *Cic. lib. 1. Tusc. quæst.* Iura quoque IX. sepulchrorum violatorũ actionem instituunt, & hanc volunt infamiam irrogare. *Digest. 17. tit. 12. de sepulchro violato.* Aduersus eos, qui cadauera spoliant, Seuerus iubet præsides interuenire, vt maxime si armati more latronũ id egerint, etiam capite plectãtur, *ibid.* Sepulchrorum violatorum Paulus Iureconsultus pœnas iubet statuere, si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint: ita vt humilioris fortunæ summo supplicio afficiantur: honestiores deportentur in insulam, aut relegentur alias, aut in metallum damnentur, *ibid.* Ac tametsi X. Cicero scribat, ad mortuos nihil facere sepulturam: tamen affirmat hanc ad viuorum curam spectare. *1. Tusc.* Et Socrates Critoni permittit, vt corpus suum sepeliat, prout illi gratum ac legib. maxime consentaneum videatur. *Plato in Phædon.* Legem fert Philosophus, vt mortuis tam viris quam muliebribus parentationes ex legibus reddantur, *lib. 10. de Leg.*

Nec improbantur Ægyptij, qui de futuræ vitæ gloria solliciti sumptibus exiguis domos suas, diuersoria quasi extruerent: sepulchra, domos sempiternas defunctorũ, magnificentia singulari erexerunt. *Diod. Sic. lib. 1. c. 4. Cic. 1. Tusc.* Habuerunt Pyramides sumptibus

magnis constantes. *Herod. lib. 2. Plin. lib. 36. cap. 5. & 12.*

Nec vituperatur Cicero, qui cum Siciliæ Quæstor Archimedis sepulchrum inuenisset septum vndique ac vestitum vepribus & dumetis: reparauit, vt sphæra cū cylindro videri posset. *Cicer. 5. Tuscul.* Nec sunt reprehensi, qui Isocrati monumentū erexerunt, in quo fuit aries positus in cipo 30. cubitorum: ei siren incubuit 7. cubitorum, in laudem ac commendationem ipsius Eloquentiæ. *Plut. in decem oratorib.* Nec adhuc vitio datur regibus & principib. qui sua monumenta & sepulchra certis in locis habent. Galli ad S. Dionysium, Angli ad Londinum, Poloni Cracouiæ, Dani Rotschildæ & Barsholmiæ, Electores Palatini Heydelbergæ, Saxoniæ, Friburgi, Brandeburgij, Berlini. Et principes Witebergici, Tubingæ; Megapolitani, Sucrini; Pomerani, Wolgasti; Holsati, Slesuici; Borussi, Regiomonti: alibi alij.

QVÆSTIO CX.

VTRVM IN VRBE AN EXTRA VRbem sepulchra instituenda?

NOn minus vtilis ac necessaria hæc quæstio est de loco: vtrum ne sit in vrbe, an extra demortuorum corpora humari. Et sunt vtramq; in partem tam rationes, quam exempla in promptu. Habuerunt Romani olim demortuorum corpora etiam in ædib. suis, asseruata in dolijs aut vasculis. Vnde post ortum, vt Lares & dij domestici colerentur superstitione quadam: & in ipsa vrbe campus fuit Esquilinus, publicis sepulturis destinatus. *Alexander ab Alexandro lib. 3. c. 2.* Lycurgus Legislator Spartanorū etiam ciues suos voluit in vrbe sepeliri, hanc ob causam: vt adolescentes assuescerent, non metuere & horrere mortem *Plut. in vita eius.* Tarentini cū oraculo didicissent, beatiores sese fore, si cū pluribus habitarent, intra vrbem mortuos suos sepelire cœpe-

cœperunt. *Polyb. lib. 8.* Et videtur humanitatis eſſe ac pietatis ſingularis, intra mœnia vrbis mortuos retinere: facere quoq; plurimum tum ad mortis meditationem, tum etiam æmulationem maiorum ac parentum.

Sed plura ſunt, quæ oſtendunt extra vrbem eſſe humationes inſtituendas. Chriſtianorum cœmiteria ante vrbes olim fuiſſe Chryſoſtomus teſtatur *in Serm. de fide ac lege.* Et Auguſt. *Epiſtola 64.* & Gregor. Thuron. *lib. 2. cap. 1.* Græci deinde ſuos quoque extra vrbem ſepelire ſunt ſoliti. Athenienſes, de Solonis inſtituto, nullum in vrbe ſunt ſepulchrum paſſi: extra vrbem campus fuit, in quo defunctorum nomina ter tribus in columnis extabant. Atque hinc Sulpitius ad Cic. ſcribit, ab Athenienſibus ſe impetrare non potuiſſe, vt M. Marcello interfecto intra vrbem ſepulturæ locum darent: quod religione ſe impediri diceren, nec ante cuiquam id conceſſiſſent. Idem Sicyonij, idem Corinthij, idem alij Græci fecerunt. *Plutarch. in Arato. Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 2.* Etiam Romæ quique in agris aut fundis ſuburbanis aut auito & patrio ſolo: ſæpius quoque in via Flaminia aut Latina, & anfractibus viarum gentilia fuiſſe ſepulchra teſtantur familiæ Catalinarum, Scipionum, Metellorum, & aliorum. *Liuius Decad. 4. lib. 8. Cic. 1. Tuſcul.*

Et quidem leges 12. Tabul. iubent hominem mortuum in vrbe non ſepelire. Cauſa redditur à Cicerone *in fin. lib. 2. de Leg.* quod hoc factum vel propter ignem vel periculum. Quo cum conueniunt etiam Iura ciuilia, vbi de ſepulchris agitur. Siquidem Adrianum Imperatorem, Vlpianus refert, mulctam grandem ijs conſtituiſſe, qui in ciuitate ſuos ſepelirent. Et eadem pœna affeciſſe Magiſtratum quoque, qui id fieri eſſet paſſus. Extat quoque Imperatorum, Gratiani, Valentis & Theodoſij lex: nemo Apoſtolorum vel Martyrũ ſedem humanis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam, *lib. 1. Codic. tit. 2. de Sacroſanctis Eccleſiis.*

Nec desunt quoque instituti huius rationes I. Inter Pomerium si cuiusque tumulus foret; huiusmodi feralibus contaminari ius sanctum municipiorum, pollui vrbis genium veteres statuerũt. *Brodæus lib.1.Epigram.* II. Iniquum statuerunt, locum publicum priuata religione obligari. *Cicero 2. de Legibus.* III. Si non defunctorum causa, sed viuorum est sepultura inuenta, vt corpora & visu & odore fœda amouerentur: non cadauerum odore aëre pestilenti locus afficeretur: satius omnino extra vrbem, quam in hac sepeliri homines censendum est. Interim tamen negari hoc non potest, virtutis & religionis olim causa concessum fuisse magnis viris, vt in ipsa vrbe sepelirentur. Testatur hoc Plutarchus *in quæstionibus Romanorum*: cum in foro fuisse sepultum Valerium & Fabritium, propter res præclare gestas, scribit. Notat Cicero *2. de Legib.* cum meminit Publicolæ & Fabricij: ostendit etiam Dio *libro 44.* cum priuilegij loco & honoris ergo promissum hoc scribit fuisse Cæsari à Romanis, vt intra mœnia sepulchrum fieret. Concludendum ergo videtur: rectius extra vrbem quam in vrbe homines sepeliri: interim hoc posse nonnullis concedi, honoris & priuilegij causa, vt in vrbe humentur.

QVAESTIO CXI.

AN RECTIVS TERRÆ MORTVI mandentur, aut comburantur?

FVit mos varius & diuersus apud diuersos. Persæ suos nec cremare, nec sepelire, sed cera litos, domi seruare sunt soliti. Idem Babylonij & Assyrij fecerunt: obseruarunt & Syri, qui condierunt cadauera myrrhâ, aloë, cedro, melle, sale, bitumine & resina. *Alexander ab Alexandro lib.3. cap.2.* Alexandri quoque cadauer melle fuisse litum, ideoque putredini non obnoxium scribitur, quod à corruptione mel conseruet. *Plinius*

lib.22.

lib.22. Alij comburere sua cadauera consueuerunt: & Heraclitus Philosophus illud voluit fieri. Obseruarunt hanc rationem Phryges, Carthaginenses: etiam tempore bene longo, Romani. *Alexander ab Alexandro C.2.& 7.* Nec desunt instituti huius rationes .I. Quia fuerunt, qui dixerunt, omnia ex igne constare: ideoque ad originem suam hominem tum reuerti, cum crematur. II. Quod in nobis diuinum est, igneo veluti vehiculo ad superna coniunctum, cœlestibus videtur inferi, subsidente quod terrenum est. III. Purificatio quædam hic inesse putatur: quia expurgandi vim ignis habet. *Cælius libro 17. capite 21.* IV. Romani postquam longinquis bellis animadnertetunt sepulturæ iam traditos denuo erui: ad combustionem necessario venerunt, ne post mortem ignominia sui afficerentur. V. Hanc humandi consuetudinem aliquandiu intermissam L. Sylla reduxit & cremari voluit: metuens, ne idem sibi accideret, quod ille hosti suo C. Mario fecerat: cuius cadauer iusserat erui & in Anienem fluuium abijci. *Plutarchus in Sylla, Plinius libro septimo, capite 24.*

Rectius tamen fecerunt & adhuc faciunt, qui terræ corpora demortuorum mandant. Fuit hoc institutum antiquissimum, obseruatum ab Athieniensibus & Græcis cæteris, Romanis quoque, Numa & alijs. Secundo, Thales Milesius terræ mandari mortuos voluit: vt ita humore dissoluerentur, quia ex aquis omnia constare dixit. *Alexander lib.3. cap.2.* Tertio, Persæ cremari suos noluerunt: quod nefas putarent, ignem, quem pro Deo colebant, cadauera attingere. *Alexander ibid.* Quarto, æquum quoque est, vt terræ corpus reddatur, atque ita situm quasi operimento matris obducatur. *Cicero 2. de Legibus.* Et quinto, Cyrus Persarum rex morti vicinus à filijs suis & regni proceribus petijt, vt terræ corpus suum redderetur, hac allata ratione: quod terra omnium sit mater: optima quæque

& pulcherrima proferat & nutriat. *Xenophon lib. 8. παιδείας Cyri.* Denique & Deus ipse Adæ dixit: PVLVIS ES, ET IN PVLVEREM REVERTERIS *Genes. cap. 3.*

QVÆSTIO CXII.

AN APPARATV ET CÆREMOniys certis funera instituenda?

TAcitum Seneca funus probat, vtpote minus molestiarum habens, *lib. 1. de tranquillitate.* At non sunt improbanda prorsus, quæ à veteribus hac in re obseruata fuerunt, & adhuc hodie nonnunqnam obseruantur. Et quidem primo illud more receptum: imo lege constitutum, vt præcedēte funebri pompa viri sequantur, tanquam haud multo post morituri: vnde exequiarum nomen ortum. *Alexan. lib. 3. cap. 7.* Ita Dauid Abneri feretrum cum suis ministris est secutus, *lib. Reg. 2. cap. 8.* Turba multa ciuitatis Naim comitata funus filij est viduæ, *Luc. 7. cap.*

Secundo, vestes luctui accommodatæ adhibeantur: & quidem fœminæ veste candida, viri pulla & nigra vtantur. Cuius ratio: quod defuncti cadauer albo tegmine inuoluitur: deinde amictus quoq; cognatis videtur conuenire: vel quia luctum maxime decet vestis vilior & simplicior; quæ vero colore sunt infecta, luxum & superuacanearum rerum studium arguunt: vel quia mortuus simplex est & purus factus: albus color solus syncerus ac mixturæ expers est: vel etiam quia à natura parente sunt colores illi insiti: argumentum etiam haud leue prę se ferunt: propterea quod quemadmodum nigredo nota est corruptionis corporeæ: ita albedo indicat splendorem animi à corporis ergastulo soluti. *Plutarch. in Quæst. Rom. quæst. 26. Polydor. Virgil. de rerum inuentoribus.*

Tertio, luctus & planctus. Nemo, *inquit Ennius,* me lachrymis decoret: forte propter immortalitatem,

quam

quam è ſcriptis ſperabat. Etiam hodie ſunt, qui impiũ fere eſſe cenſent profundere lachrymas in demortuorum funeribus. Verum quo ſunt generoſiores ſpiritus: ingenia magis illuſtria & nobilia: eo quoque πάθη ſunt maiora, & naturales στοργαὶ vehementiores. Et in S. literis Abrahamus vxorem demortuam planxit. *Geneſ.27.* Iacobum & Ioſephum fleuerunt Ægyptij. *Geneſ.50.* Iſraëlitæ Moyſen & Aaronem. *Num. 20. & Deuter. 24.* Dauid Saulum & filium. 2. *Reg. 1.* Et quia apud veteres iudicabatur non ſepultus recte, quem non lamentis ſui proſequerentur: ſunt Alexandriæ quidam delecti, qui lamentantium perſonas agerent, ita flerent ſolicite, ac ſi ad eos funus pertineret. *Cal. lib. 17. cap. 21.* Et apud Romanos fuerunt Præficæ mulierculæ nummis aduocatæ, quæ plorandi modum præcinerent, & laudarent virtutes ac res geſtas mortuorum. Vnde iocus ille apud Plautum *in Truculento:* Has alios collaudare, ſeipſas vero non poſſe.

Quarto, cantus & Muſica. Habuerunt Romani ſuos Siticines ſic appellatos, quod apud Sitos, id eſt, ſepultos canerent. *Gell. lib. 20. cap. 2.* Et quidem in funeribus Senatorum ac Patriciorum tuba, plebeiorum tibia adhibebatur. *Alex. lib. 3. cap. 7.* Et Cic. *cum agit de Clodio,* Deorum, inquit, ira hanc iniectam amentiam eius ſatellitibus fuiſſe: vt ſine cantu, ſine exequijs, ſine lamentis, ſine funere abiectus vreretur. *In orat. pro Milone.*

Cantus & Muſica in luctu, cur adhibita?

Cur vero cantum & Muſicam adhibuerint veteres in luctu, ratio hæc eſt: quia animus modulis & ſuauitate demulcetur, minus angitur, reuocatur à luctu. Quemadmodum etiam ad eos, qui vel mortem ſuorum lugent, vel morbo ſollicitantur, homines congregari & vario vti ſermone ſolent: quia ſcilicet animus tum ſe ad verba transfert, minus rem aduerſam ſentit. *Ariſtot. in probl. ſect. 19. probl. 1. Mercurialis exercitationũ Gymnaſticarum lib. 6. c. 7.*

Quin-

Quinto etiam vsitatum fuit ad rogum ludos funebres instituere, introducere gladiatores: quemadmodum ostendit hoc Liuius, *Decad. 4. lib. 1. & 9.* Et Florus *in Epitome Liu. lib. 16.* Et habuerunt Græci sua quoque certamina Gymnica in funeribus illustrium & magnorum, vti notat Cic. *2. de Legib.* Quanquam post etiam priuati homines in suorum sepulchris gladiatores adhibuerunt. *Dio in Iulio, Lipsius Saturnalium, lib. 1. cap. 4.* Ratio instituti huius videtur illa esse: quia veteres crediderunt, animas defunctorum humano sanguine propitiari: ideoq; captiui vel malo ingenio præditi serui ad eiusmodi res adhibebantur. *Tertullianus.*

Sexto, data etiam quædam sunt sæpe munera demortuis. Et apud Gallos olim in funere omnia, quæ fuerunt charissima, sunt cremata cum defunctis, etiam clientes & serui. *Sabellicus lib. 1. Ennead. 4.* Et apud Germanos olim pro dignitate & opibus amici, affines coniunctissimi, quæ habuerunt præcipui cultus in signum luctus igni iniecerunt. *Alex. lib. 3. cap. 2.* Scythæ, defuncto rege, præcipuam concubinarum, pincernam, coquam & agaronem vna tumulare sunt soliti. *Herod. lib. 4.* Etiam de Gallis fertur: quod defunctis familiares & cognati epistolas ad rogum coniecerint valedictorias, quas mortui post apud inferos legerent. *Alexan. lib. 3. cap. 7.*

Postremo, conuiuia quoque fuerunt & viscerationes in funeribus adhibitæ. Meminit rei huius Homerus in funere Patrocli & Hectoris: vbi conuiuia fuerunt habita sepulchralia: *Iliad. φ & ω.* Meminit Cicero *in oratione pro Muræna, pro Plancio, in Vatinium.* Et Cyrus morti vicinus testamento suo mandat filijs, vt Persas & alios ad conuiuium inuitent, eos qui venerint, donis ac muneribus affectos dimittant. *Xenophon lib. 8.* Et Archelaus Herodis filius septem diebus conuiuia agitauit in funere patris. *Iosephus lib. 2 de bello Iudaico.* Meminit huius rei Liuius *Dec. 1. lib. 8. & Dec. 4. lib.*

4. lib. 9. Et Virgil. *5. Æneid.* in funere Anchisæ. Neque sane S. literæ hunc videntur morem improbare. *Prouerb. 31.* vinum dari iubemur lugentibus, vt nonnihil obliuiscantur dolorum suorum. Et post Abneris sepulturam, habitum fuit funebre conuiuium. *2. Sam. 3.* Instituti huius rationes videntur istæ esse: quod 1. talis celebratio testimonium honestatis demortui: 2. desiderium eiusdem quodammodo leuat: tum etiam talibus in conuiuijs licuit libere laudes persequi parentū, cognatorum aut amicorum demortuorum: & quidem habitum fuit nefas, falsum quid tum proferre. Accessit postea superstitio quædam, quasi animæ ita liberarentur à cruciatibus, & transferrentur in campum Elysium: quemadmodum apparet in Homero de Elpenore. *Odyssea 12.* Et apud Virg. de Palinuro. *6. Æneidos.*

QVÆSTIO CXIII.

QVÆNAM IN FVNEBRIbus moderatio adhibenda?

QVemadmodum pium est mortuos non plane negligere, aut vt rationis expertia animalia abijcere: ita in excessu sæpe hic peccatur: vel propter ostentationem facultatum, vel nimium demortuorum amorem. Itaque sapientes omnibus temporibus legibus & rationibus coërcere luxum illum voluerunt. Platonis lex est: Mortuis, tam viris quam mulieribus, parentationes ex legibus reddantur. Quo ad locum vero, sepulchrum instituatur in locis nullo modo excultis, neque ad culturam aptis: quia iniquum esse videtur, viuis mortuos nocere: horum corpora excipere loca, quæ prodesse superstitibus queunt. Tertio, moderatio notatur, quæ adhibenda in monumentis. Ager non sit altior tumulo, quam viri quinq; diebus extruere possint: lapidea ornamenta superstruantur, non maiora, quam vt demor-

tui

tui corporis laudes capere queant: & versibus quatuor heroicis comprehendantur. Generatim vero concluditur: vt sumptus fiant funebres vnicuique pro census ratione: vt qui maximi est census, ad funus ac sepulturam non plus quam quinque minas impendat: qui secundi, tres: qui tertij, duas: qui quarti, vnam, *Plut. lib. 12. de Legibus.*

Solonis deinde lex fuit apud Athenienses: vt primum mortuis nemo maledicat: quod pietatis sit, defunctos vita honore afficere: ad vtilem quoque hoc ipsum vsum pertineat, concordiam faciat: adimat semina contentionum. Tum in funeribus prohibetur: ne corpus lanietur, aut lamentationes instituantur nimiæ. *Plutarch. in Solone.* Hinc quoque manarunt leges 12. tab. Hoc plus ne facito: rogum ascia ne polito: vino rogum ne aspergito. Lex 33. & 34. Mulieres genas ne radunto: neque lessum funeris ergo habento. Et 35. Homini mortuo ossa ne legito, quo post funus fiat. Causa illa: ne necesse sit aut luctum aut sumptũ renouare: exceptis tantum peregrinationibus aut bellis. Cicero has ipsas leges, vt & Platonis & Solonis, persequitur *in fine lib. 2. de leg.* & has ipsas coactos fuisse scribit pueros memoriæ mandare: conqueritur etiam, quod suo tempore ratio illa negligatur.

Neque ius ciuile hanc rem quoque negligit, sed funerum vult haberi rationem, *lib. 3. Cod. tit. 44. de sumtib. funerum.* Sed interim quoque adhiberi moderationem & sumptus nõ nimios esse vult. Et Marcellus I C. cum pecunia fuerit legata ad sepulchrum faciendum, non esse amplius concedendum statuit: quam quod ad modicam monumenti speciem sufficiat. Gladiatores quoque Imperat. Constantinus plane tollere iubet: Cum cruenta, inquit, spectacula in ocio ciuili & domestica quiete non placent: quapropter omnino Gladiatores esse prohibemus. *lib. 11. Cod. tit. 43. de Gladiatoribus penitus tollendis.* Sacræ denique literæ vt non prohi-

prohibent monumenta & ſepulchra honeſta: ita moderationem in luctu requirunt: quando nolunt eos, qui CHRISTO nomen dederunt, indeque ſalutantur, lugere aut triſtitia affici, ſicut eos, qui ſpem non habent. *Theſſ. cap. 4.* Et Dauid, mortuo ſuo paruulo, de terra ſurrexit: mutauit veſtem: Domini ingreſſus domum eſt, & adorauit: in ſuam venit domum: panes ſibi apponi iuſſit, comedit, *lib. 2. Reg. cap. 21.*

Neque etiam argumenta & rationes deſunt: ſed primo ibi moderati ſumptus requiruntur, cum ad terreſtrium truncorum anima carentium aram res agitur, ſepulchrorum & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera & ambitioſas exequias, illorum funera, tanquam minimum vixerint, ad faces & lucernas ducenda ſunt. *Seneca de vita breuitate.* Tertio, comparatione facta, longe pulchrius eſt & optabilius: vt tellus communis parens omnium, flores, herbas, virgulta vltro in tumulis germinet, quam vt putreſcamus inter ſaxa, & à ſcaturientibus vermibus, turpiſſimisq; monſtris deuoremur. *Patricius de Repub. lib. 5. cap. 1. de parſimonia.* Quarto, maxime è natura eſt, vt in morte, fortunæ diſcrimen tollatur, *lib. 2. de Legibus, Plato.* Nec poſtremo felicius quicquam videtur: quam corpus demortuum non in auro, argento, aliaue re precioſa condi, ſed terræ miſceri: quæ bona omnia tum gignit, tum nutrit. *Xenophon lib. 8. Pædiæ Cyri.*

FINIS.



